



GANG · FORWARD · I · AM · READY
FAX · MENTIS · HONESTÆ · GLORIA
William Stirling Maxwell

Nicolai Vptoni

DE

STVDIO MILITARI,

Libri Quatuor.

Iohan. de Bado Aureo,

TRACTATVS de ARMIS.

Henrici Spelmanni

ASPILOGIA.

EDOARDVS BISSÆVS.

E Codicibus Mss. primus publici juris fecit,
Notisque illustravit.

LONDINI,

Typis *ROGERI NORTON*, Impensis JOHANNIS MARTIN, & JACOBI ALLESTRYE sub signo Campanæ in Cœmiterio D. *Pauli*, 1654.



Amplißimo, Præstantißimoque Viro

JOHANNI SELDENO.

Amplissime Vir,




NON diu deliberavi in quo nomine appareret hoc opus; nam præter ingentia tua in me merita, quibus me ita devinctum tenes tanquam mancipio & nexu, ut nihil à me proficisci debeat, quod tibi tuo jure non debeas vindicare; id imprimis accedit, cùm quicquid in studiis molimur tuis auspiciis aggrediamur, æquum esse, te omnia nostra veluti tua repetere: In quibus etiam tuum est *Uptoni* Manuscriptum, quod ex tua Bibliotheca longe instructissima erutum, nostrisq; Notis illustratum

 sub

ſub auſpicio tuo & tutela, publici juris facimus;idq; tanto confidentius, quod noſter labor, priuſquam in lucem ederetur, probatus tibi fuerit; Ut nunc ſecurius aliorum judicia experiri non reformidet, qui placuit tibi, conſtanti omnium Doctorum & Bonorum ſuffragatione, literarum Principi & Dictatori. Quod quidem faſtigium tuum,non tam ſuſpicio & veneror; quam mihi in tua virtute & amicitia gratulor. Tum etiam quod ſi quæ cura noſtri apud poſteros, eo nomine, haud dubio notior & beatior prædicabor,ob illuſtrem illam gratiam,qua me in amicorum tuorum album recepiſti, favore & authoritate tua ornaviſti; quin & conſiliis & præceptis imbuiſti, ac ſuaviſſimo illo & familiari tuæ conſuetudinis receſſu me complecti non dedignatus es. Hæcce, Vir Illuſtriſſime, me in poſterum præſentire, volui præſentibus & poſteris innoteſcere; tibiq; non munus ſed obſidem offerre animi mei,te omnibus gratitudinis officijs proſequentis.

Vale plurimum.



LECTORI.



Uia hujus loci eſt, Generoſe Lector; *de* Auctoribus, *quos nunc in lucem damus*, *deque* Codicibus Mss. *qui huic operi inſervierunt*, *nec non de* Notis *quas diverſi generis ipſi adjecimus*, *ſed quam potero breviter, præfabor.*

Et primum ſe offert Uptonus: *De cujus origine, præterquam quod ipſe tradidit (& hoc ſane perquam eſt exiguum) nihil ad poſteros emanavit. Fuere iſtius nominis familiæ aliquot ſatis celebres, ſed cui illarum noſter ſit aſcribendus haud prompte dixerim. Honeſto loco natum, vel ex hiſce ſtudiis (in quibus nemo unquam alius ſerio operam poſuit) dicere non verebor. Sed neque quia Eccleſiæ Sariſburienſis Canonicus fuit iſtud pomptius eſt àffirmandum. Quantum*

vis

vis enim ædes ſacras (ſi doctiſsimo Alteſerræ, *aliiſque auctoribus fides debetur) Galli, Germani, & Belgi habeant, eo nomine laudabiles quod plebeium ſanguinem arceant; nunquam tamen, quod ſciam, apud Majores noſtros id in more poſitum fuit. Optandum ſane foret, uti, quemadmodum in* Minore, *ſic in* Magna Britannia, *eſſet ſancitum, nemini niſi bonis orto cauſas agendi jus eſſe. Fæcialibus utiq; ignobili loco natis brevi, lege interdictum iri confido. Nam, ſiquidem nobis peccatum eſt, id iſtiuſmodi terræ filiorum vitio accidiſſe (ſi quæſtio fiat) ſatis erit manifeſtum. Quid enim ex infima plebe homo Stemmata & proſapias curat? Sed de Auctoris noſtri proſapia jam non tantum laboraremus, ſi adhuc ſtaret iſta domus quam Eccleſiæ Sariſburienſis Præcentor, crebro ſuis inſignibus inſculptam extruxit. Juventam, ut ipſe refert, extra patriam armis exercuit, Inclytum belli Ducem ſecutus* Thomam *de* Monte acuto *Comitem Sariſburienſem. Qui* Aureliam, *cum* Guilielmo de la Poole, *Comite Suffolciæ, &* Johanne Talbotio, *poſtea Comite Salopiæ, obſidio cingens, dum è feneſtra turris quæ ponti imminebat, adſtante* Thoma Gargravio *Equite, urbem ſpeculatur, globus ab hoſte miſſus diſiectæ feneſtræ fragmina in os caputq; Herois adegit, quibus ille vulneratus poſt octavum diem, tertio, nempe, Novembris, anno* 1428. *uti ex Inquiſitione poſt mortem illius capta cognovimus, occubuit. Defuncto Comite Sariſbu-*

risburienſi, Dux Gloverniæ, Doctorum ſui temporis Mæcenas, viri ingenium & virtutes expendens (nam doctrinam, quæ tum in pretio erat, non mediocrem, in utroq; jure erat adeptus) homini ſuaſit ut ſacris ordinibus initiaretur, eumq; cum ſe vinci paſſus eſt Eccleſiæ Wellenſis & Sarisburienſis Canonicum fecit, cujus poſtmodum Præcentor fuit ut ſupra dixmus.

Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, iſtius Eccleſiæ juſſu, Nicholaum V. *Clavium potentem adiit, rogans ut* Oſmundum *ejus fundatorem & Epiſcopum inter Sanctos referret. Adjunctus illi in hoc negotio collega* Simon Houchinus, *qui nudo tantum Canonici nomine deſignatur. Hoc anno, vigeſimo ſeptimo die Menſis Junij, hora nona matutina,* Romam *uterq; pervenit: unde anno ſequenti qui fuit milleſimus quadringenteſimus quinquageſimus tertius, Maij duodecimus,* Uptonus, *Decano & Capitulo revocantibus, reverſus eſt, & integra res ſoli* Houchino *commiſſa. Nec ulla deinceps ejus mentio habetur; niſi quod bis in Capitulum poſtea venit, anno itidem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio. Credibile eſt eum non diu ſupervixiſſe, & iniquo ſatis animo eam tuliſſe revocationem, nam collegam itineris conſcium non habuit, eoque inſalutato* Roma *deceſſit; ita enim ad* Capitulum *ſcribit* Houchinus. *Epiſtolas ſuper hoc negotio conſcriptas aliquis in libellum contulit, qui in loco humido aut ad parietem recens dealbatum repoſitus, foramen per medium habet. Charta quæ ad oras incolumis manſit, ſitu & temporum injuriis adeo eſt attrita, ut vel perpicaſiſſimos oculos*

fugiat

fugiat. Quo factum eſt ut ratio ulterior de his reddi nequeat. Utcunque ſtilum ejus deguſtate. In quadam epiſtola (ſunt enim Anglicæ pleræq;) ita ſcripſit; And thus bleſſid be God we be a werke, wherfor now hit is nede that mony be hadde in haſt, by God hit hath coſt mony or this, *id eſt*, Atque Deo Gratias, operi incubuimus, quamobrem neceſſe eſt ut quam citiſſimè argentum conquiratur. Per Deum in hanc rem pecuniæ antehæc impenſæ ſunt. *& paulo poſt* Wherefor our matter hath be almoſt forget, and we have bite thayr gaping after your lettres, without comfort of you or of Tarentyne, By God I trowe it money had be in the bank, our matter had be ſped or this. *Hoc eſt*, Quocirca res noſtræ huc uſq; inter immemores delituere, dum veſtris epiſtolis fruſtra inhiantes, neq; à vobis neq; à Tarentino quidquam ſolatij habemus. Per Deum arbitror ſi pecunia fuiſſet in promptu rem antehac perfici potuiſſe. *Inerant & alia hujuſmodi, ſtolida, vana; ſi mollius acciperes, miſerāda, Ita ille more iſtorum temporum juramentorum largus. Froiſſardus Epiſcopum* Norwicenſem *jurantem nobis introducit. Sed ſcripta ſua iſtorum temporum hominibus moris erat juramentis conſerere; ſic* Chaucerus, *& alij. Quidam obſcænas intertexerunt hiſtoriolas, quibus ſuccenſet* Naudæus. *Hunc laborem* Humphridi *Ducis* Gloverniæ, *Mæcenatis ſui precibus conceſſit, & illi inſcripſit. Nomen* Uptoni *hujus artis tyronibus, in ipſo ſtudij limine ſolet occurrere: ſed cùm auctorem (adeo rarus eſt) pleriſque adipiſci facile non eſſet, nos, eorum votis obſequentes, hunc publici juris facimus; hortan-*

hortante præcipuè, & hoc opus adjuvante Domino Seldeno, *qui mihi in hac re duobus pulcherrimis codicibus Mss. opem tulit; quorum alterum* Matthæo Haleo, *patrij, omnisque juris scientissimo, prius datum ab eo mihi exoravit mutuum. Tertium suppeditavit Bibliotheca Domini* Thomæ Cottoni, *Equitis & Baronetti, qui* Roberti Cottoni *Equitis clarissimi filius est, tanto patre dignissimus. Quartus erutus est ex Bibliotheca* Guilielmi Le Neve *Equestris Ordinis Viri. Aliiq; duo eximij mihi ipsi præ manibus erant: quorum præstantior, ad aliquem ex pervetusta, & Equestri* Lambertorum *familia pertinuisse visus est, uti depicta variis in locis insignia testantur.*

Se juvenem adhuc, ait, librum conscripsisse, quo Insignia viridis coloris habuisse inhonora, cujus jam erroris illum pœnituisset. Quibus ego verbis animum induxi ut crederem libellum quem de Tesseris gentilitiis nunc publici juris facio, sub nomine Johannis de Bado Aureo, *opus fuisse* Nicholai Uptoni, *illic enim viridis insignium color damnatur. Quid? quod methodus, & ipsa etiam verba vbiq; congruunt. Neq; ego unquam, vel præter me alius quisquam, familiam istius nominis, quæ usquam extiterit reperire potuimus. Fictitium plane nomen esse videtur, & nisi ille idem* Uptonus *sit, auctorem hunc inter ignotos habeo. Duos hujus libri Codices habui Manuscriptos*

 scriptos

ſcriptos, quorum unum Bibliotheca Guilielmi Le Neue, *alterum noſtra ſuppeditavit.*

De Henrico Spelmanno *non attinet pluribus dicere, cùm ipſe in præfatione ad* Archæologum *de ſe tam clare pronuntiaverit. Sciendum utiq; eum ab antiqua & illuſtri familia in Comitatu* Norfolcienſi *genus traxiſſe, quæ agris opulenta fuit, & affinitatibus felix. Imagines & Elogia univerſi generis exſequi longum eſt, familiæ breviter attingam.* Henricus Spelmannus Elam *duxit, filiam & heredem* Guilielmi Narburgh, de Narburgh (*qui familiæ iſtius pervetuſtæ & equeſtris ipſe heres fuit*) *ex qua genuit* Johannem Spelmannum, *qui uxorem habuit* Elizabetham, *filiam & heredem* Henrici Frowicke *equitis aurati. Ex ijs natus* Henricus, *hunc auctorem noſtrum* Henricum *dedit; qui* Elenoram *filiam natu maximam & ex parte heredem* Johannis Le Strangij *matrimonio ſibi junxit. Is* Johannes *illuſtri, & antiquiſſima* Le Strangiorum *familia Hunſtantonienſi oriundus erat. Porro hæc ab eo etiamnum juvene ſcripta hinc manifeſtum eſt quod* Philippus, Arundeliæ *Comes, quem ſibi Mæcenatem propoſuerat, anno demum* 1595. *diem ſuum obijt. Cùm verò ſe ad altiora contuliſſet, hic liber veluti neglectus apud eum jacebat. Annum agens ſeptuageſimum octavum è vivis exceſſit. Hunc librum* Johannes Spelmannus *Equeſtris ordinis vir, ejus filius & heres, ne in lucem ederet, immatura morte prohibitus eſt; & ſimul*

ſpes

spes nostra fruenda tavoribus tantæ pietatis, & ingenij Virj penitus decollavit.

De Notis *satis dictum putabo, si veniam oravero. Quibus addere potuissem: sed has potius amicorum victi precibus, quam ulla laudis aviditate, aut scribendi desiderio afferimus. Jacta utiq; jam alea est, sed si hæc non ingrata fore (uti spes est) ausim credere; in posterum Nobilitati, nec voluntate, nec officijs deero.*

Cæterum sæpenumero mihi replicanti memoriam superiorum seculorum, incidit hæc cogitatio, quæ me in admirationem dedit; cur, cùm Italj, Gallj, Hispani, Germanj *multa & prolixa ediderunt de Nobilium suorum Stemmatibus volumina; nec ab illis antiquitate, aut claritate Stemmatum & Familiarum superemur, ne tantillum quidem à nostris* Anglis *hactenus fuerit scriptum in eo argumento. Quæ dum apud me reputo, generosus ardor me invasit huic nostrorum, seu incuriæ, seu negligentiæ medendj, publicj juris faciendo quotquot familiarum Stemmata quæ in toto studiorum meorum decursu, & per improbum laborem habeo in conditis. Tantum illud, quod æquissimum est, rogo numerosam illam Nobilium & Generosorum prolem, in nostra* Anglia *passim fruticantem, ut nobiscum communicent si quid habent de stirpe sua à primo suorum capite recensita: quod quidem si nobis sufficitur (cùm in alio genere studiorum desperem operam dare Patriæ meæ)*

meæ) Ipſe viciſſim ſpondeo me lubentiſſimo animo gratiam & oneris & impenſæ cuiquam facturum, nec commiſſurum, dum aliorum utilitatibus inſervimus, ut operæ noſtræ pretium, tum hactenus præſtitæ, tum deinceps præſtandæ in operarum & ſculptorum inciſuris & coelaturis, ullj ſit damnoſa. Hoc inſuper obnixè petimus â Viris Nobilibus & Generoſis, quibus ſolis noſter labor debetur, ut ſi qua deerratum fuerit, amicè moneant, ut quod devium eſt, in rectam lineam in proximo reducatur. Summa denique Generoſe Lector, *excuſationis meæ hæc eſt: placebo tibj, ſi me culpam emendare permiſeris.*





NIC. UPTONI

De Militari Officio *Lib.* I.



Ummum Opificem, *Alpha* & *Omega* in Essentia Unum, & Trinum in Personis, invocans ipsum clementissime exoro, ut michi assit principium, medium, finis, atq; terminus, per quem universa & singula felici tramite gubernantur. Ut in *Authent. quomodo oportet Episcopos & Cle.* 1. responso in fine *col.* 8. *In Authent. de Armis in principio col.* 6. *C.* de *veteri jure enucleando* l. 2. 23. D. *In nomine domini* Et cum Psalmista clamans cotidie, *Deus in adjutorium meum intende, Ps.* 69. indesinenter clamo & profero preces meas, sciens quod prope est dominus omnibus invocantibus eum. Ipse idcirco principiū, ut predixi, michi adjutorium prestet usq; in finem, sic ut de optimo principio medium procedat virtuosum, ex quibus finis fructuosus omnia supplens necessaria maturescat, *de Consec. D.* 1. *Nemo ecclesiam* : in *Authent.* de monach. § 3. *col.* 1. Et quod a Deo inceptum est, imperfectum esse non potest, *C. de emendaone. Justiniano Codice in principio.* Nec dominus opus aliquod imperfectum novit, Ext. *de baptismo & ejus effectu* : *C. majores.* § *Sed ad hec.* De ipsius igitur omnipotentia confisus, qui res penitus desperatas & quasi impossibiles donare potest, *C. de veteri Jure enucl.* l. 1. *ad finem prime columpne.* Et qui omnium scientiarum caput est & rector, qui est etiam omnium gratiarum mirabilis elargitor 16. q. 1. *revertimini* Cujus quidem gratie spe plenius confidens presens opusculum sic aggredior.

Excellentissimo & illustrissimo Principi & domino meo singulari, Humfrido *filio, fratri, & Regum patruo, Duci* Glocestrie, *Comiti* Pembrochie, *& magno Camerario* Anglie, *Minimus orator tuus* Nicholaus Upton, *Ecclesiarum Cathedralium* Sar. *&* Wellie *Canonicus salutem longevam cum omni prosperitate possibili & felici.*

ET quia de pertinentibus ad officium militare, prout in diversis actibus bellicis in *Francia* & alibi asseris diversa me vidisse, & visa in libellum redigi, tuoq; desiderio postulas exhiberi. Adquievisem libentius, si scirem quod dictum libellum esses quasi furtivum aliquod habiturus, quia in lucem prodire proprie imperfectionis conscientia non presumit. § Timeo enim si publicis exponatur aspectibus, ne lectorem jejune macies orationis offendat, michique ad jactanciam reputetur edicio, quam tamen non fastus ostentationis elicuit, sed instancia tue caritatis extorsit. Mallem siquidem predicta, sicut asseris per me visa, oblivioni tradere, & paucula scripta mea tenebris dampnasse perhennibus, quam ridendi materiam prestitisse, que eo securius aliena subsannat, quia sua simili periculo non exponit. Non enim ceteri me vel mea tuis oculis intuentur, a quo si quid in me bonum est, magnificatur attentius, & imperfectioni venia facilis indulgetur. Animi siquidem illorum quos odii sibi vel invidie vendicavit affectio, sicut benignitatem indulgencie nesciunt, sic rationis judicium non attingunt. § Ego itaq; precepto & voluntati tue deesse non audeo, ne forte verecundiam negligentiam putes. Quapropter summo studio materias quas potui congregavi, quarum aliqua licet cruda apud me exemplaria remanserunt. Ea vero que novissime per me visa & scripta sunt, adhuc quendam trahunt presenti senectute defectum, quia provectior etas memoria jam segniori torpescit. Et varie occupationes necessaria spacia studiis non indulgent, verumptamen si quandoq; me vel

reveren-

reverentia tue excellencie,vel quantitas negocii,aut quandoq; qualitas pertrahit ad ſcribendum, omnia mihi cum difficultate proveniunt, cum & ebeciorem ſenectus me reddat,& inſolencia tradiorem. § Mitto itaque quod poſtulanti negare non audeo,ſciaſq; non exhiberi judici, ſed domino propicio apud quem gratia pocius patrocinatur ad veniam, quam exactior pericia reducat ad formam. In preſentiam itaq; tuam procedat meus rudis iſte libellus,qui ex quatuor conſiſtit partibus ordinatus. In prima namq; parte tractatur de milicia & nobilitate. § In ſecunda vero de bellis & actibus excercitus in eiſdem. § Tertia autem pars ponit nobilitatem colorum in armis depictorum. § Et in quarta ponuntur regule,per quas colores Armorum & ipſa Arma clariſſime diſceruntur. Quem quidem libellum ab inicio ſic baptizo,volens quod impoſterum vocetur *Libellus de militari officio.*

Incipit primum capitulum prime partis hujus libelli de officio militari.

FAmoſiſſimus ille Pater Legum & Doctor eximius, dominus *Bartholus de Saxo Ferrato in lege prima C. de dignitatibus li.xii.* nobilitatem ſic deffinit. *Nobilitas eſt qualitas illata per principatum tenentem, qua quis ultra honeſtas perſonas plebeas acceptus oſtenditur.* Et primo probat quod nobilitas eſt *qualitas*, quia poteſt adeſſe & abeſſe preter ſubjecti corruptionem, ut clare probatur in muliere plebea, que nubit viro nobili; ſtatim enim efficitur ipſa nobilis, ut *C. de dignitate l. mulieres li. xii.* & *F. de ſenatoribus l. femine.* § Sed nunquid illa dignitas, que adeſt, poteſt abeſſe? certe ſic, ut in muliere nobili patet que nubit plebeo, & in eo qui propter delictum perdit dignitatem, ut *C. de dignitatibus l. quociens & l. Judices.* Et optime per Doctores in *l. nupte F. de Senatoribus.* Et ſic eſt poſſibile quod pro aliqua parte temporis quis ſit nobilis, & alia parte temporis ſit ignobilis, & econtra: ſic poteſt idem homo uno loco eſſe nobilis, & alio loco ignobilis,

lis, ut patet de nobilibus regni *Anglie* captis in Regno *Francie*, quia quamdiu sunt in manibus hostium, sunt eorum servi & captivi, ut *Instit. de Jure naturali gentium & ci.* § *Jus autem gentium & in l. hostes F. de verb signific.* & tamen in *Anglia* remanent liberi & nobiles ut prius. Dicitur insuper in deffinitione. § *Illata*, quia malus potest habere dignitatem, set non a seipso; set oportet quod ei per alium conferatur, quia propria autoritate sumens eam incidit in *legem Juliam majestatis*, ut *F. ad le. Jul. mag. l. Famosi circa finem. Extr. de Re. Jur. c.* 1. *li.* 6. *per dominum Dy. in* § *Idem patet in feudo* & § *in quocunque.* § Dicitur eciam *illata*, quia in alium transfertur ex mera gracia concedentis, non ex aliqua necessitate, compellente ratione alicujus meriti, ut in *Authent. ut judices sine quoquo suffragio* § *Itaque.* Fateor tamen quod possunt precedere alique cause, que ex congruo impellunt concedentem ad concedendum, non tamen de necessitate. Et iste cause possunt esse triplicis generis. § Primo virtutes & actus virtuosi, ut *C. de statuis & imaginibus l. & virtutum*; sic propter actus virtuosos dantur dignitates, *F. de orig. Jur. l.* 2. *in penultima & ultima columpnis.* § *Secundo* vicia seu actus viciosi aliquando dant causam concedendi nobilitatem, *ut* F. *de orig. Jur. l.* 2. § *postea cum Apius Claudius*, ubi propter furtum *Eneus Flavius* consecutus est nobilitatem & dignitatem; sed ubi dixi, quod propter vicia aliquando conceduntur dignitates, est verum civiliter loquendo: fateor tamen quod preferens indignum digno, peccat, ut notat *Sanctus Thomas* 2. 2. *q.* 64. ubi tractat, utrum acceptio personarum sit peccatum. § Item sunt quedam cause, nec viciose nec virtuose principaliter, propter quas aliquando conceduntur nobilitates: ut progenies, propter quam Princeps, vel lex aliquando concedit nobilitatem, ut *C. de dignitatibus l.* 1. Sic & matrimonium, quia mulier nobilitatur propter virum sine aliqua ejus virtute. Ut *C. de dignitatibus l. mulieres.* & mater aliquando nobilitatur per filium, ut F. *de senator. l. prima.* ubi tamen varie doctores tangunt istam materiam. § Ex quibus sequitur, quod dignitas & nobilitas cadunt in ignorantem aliquando, ut patet, quia ut est dictum, nobilitas

litas consistit in acceptatione ejus qui dignitatem confert; unde sicut dilectio mea in qua accepto *Ticium*, potest cadere in eum ignorantem, ita & nobilitas, ut arguitur in puero nato ex nobili, qui statim est nobilis, licet nichil intelligat, ut patet in *Authent. de defensore civitat.* § *si interim.* & *coll.* 3. & *C. de Jur. o. Judicum l. privatorum.* Ex quo sequitur, non est in intellectu nec voluntate ejus qui nobilitatur, quia cadit in ignorantem, quia circa illud quod ignorat, nullam habet voluntatē, ut notatur *C. de acquirend poss. l.*1. nec in persona seu corpore sensitivo constat, set solum in acceptatione nobilitatis, qui dignitatem & nobilitatem confert, terminatur, non autem in persona ejus qui nobilitatur; sicut visio in re visa, affectio in re affectata vel dilecta. Et sic quantum ad dilectionem illam erit nova qualitas in persona nobilitata, & solum dicitur nobilis respectu nobilitantis. Fateor tamen, quod statim postquam sciverit, imprimatur in eum qualitas. § Et hec videtur velle *Glo. in l. privatorum C. de Jurisdic. o. Judic. que dicit quod statim habet dignitatem.* § Ex predictis arguitur, quod talis nobilitas potest alicui in puncto mortis conferri, quia ruit in ignorantem & consistit in acceptatione alterius, sicut in legatis que adquiruntur ignoranti, ut in *l. cum pr.* § *cum fundo F. de legatis* 2. *cum conc.* & *F. de statu hom. l. a recusa & de condic. & demonstrationibus l.* 2. & sic patet quod in puncto mortis quis potest effici nobilis: sic infans & pupillus possunt effici milites, ut *C. de muneribus & on. non conti. inter patrem & fi. l. ultima li. x.* § Ex predictis tunc queritur in casu Rex *Francie* aliquem burgensem vel ejus filium, propter scientiam, fortitudinem, vel aliam causam nobilitat; nunquid facit ipsum statim generosum? videtur quod sic; nam factum Principis est latissime interpretandum, ut *F. de constituc. Principum l. fi.* Igitur si Princeps aliquem nobilitet, ipse confert eidem omnia dependencia a dicta nobilitate. *F. de reg. Jur. l. accessorium so.* Aut Princeps confert alicui beneficium quod tangit jus concedentis, ut in casu nostro, aut confert beneficium quod tangit jus alterius, aut jus nature. § In primo casu illud beneficium est latissime interpretandum, sic hec nobilitas est magna, quia datur per Principem.

pem. Sed ex hac nobilitatione non consequitur quis generositatē; quia generositas descendit ex jure nature, & est in sanguine, ubi requiritur de necessitate, si iste est generosus; igitur tritavus ejus fuit generosus. De ista solutione est dominus *Barth. in l. beneficium F. de constituc. Principum.* Fateor tamen quod atnepos istus sic per principem nobilitati erit generosus, si dicta nobilitas non fuerit amissa in mediis personis, ut supradictum est; quia sanguis non purgatur usque ad quartum, ut plenissime declaratur per Dominum *Barth. in l.* 1. *C. de dignitatibus li.* 12. & dicam plus de ista materia in sequentibus. § Dixi ultra in deffinitione nobilitatis, *per principatum tenentem*, quia ille, qui tenet principatum, potest concedere nobilitatem, ut *F. de appellationibus l. si constat* &, *Extr. de electione cap.* 2. Item quod dico *principatum tenentem*, intelligo generaliter, sive sit ille, qui cum tenuerit principatum, ut deus, qui istas nobilitates & dignitates temporales instituit, ut habetur in primo & secundo libris Regum, sive de Principe universali mundanorum, sive de Principe Romanorum, cujus sunt omnia, ut in *l. bene a Zenone C. de quadri. prescript.* & in *l. de precario F. ad legem Rod. de jac.* de quo sine dubio constat per suas leges, quod nobilitatem confert. sive sit alius Princeps inferior, ut Rex *Anglie*, *Francie*, *Hungarie*, Dux Marchio vel Comes qui habent auctoritatem concedendi nobilitatem & condendi legem, ut *F. de muneribus & on. l.* 1. in principio quia per legem conceditur nobilitas. Sed civitatibus Princeps concedit, quod possint leges condere sibi ipsis, ut in *l. omnes populi F. de Justic. & Jur. g. &c.* Et sic non existentes milites possunt nichilominus milites facere & creare.

CAP.

CAP. II.

Qui possunt creare milites.

NOn existentes milites aliquando milites faciunt & creant, quales sunt Papa & magni Barones non milites. Sed ille miles, qui creatur per Dominum Papam, debet degradari si militaverit contra ecclesiam, ut in *l.* 1. *C. de obsequiis*, & in necessitate scutiferi & sacerdotes, qui tamen sunt milites inermis milicie, ut notatur *C. de equestribus dignit. l.* 1. Sed certe scias, quod tales qui fiunt milites, & non a militibus creantur, vel *necessitate* vel *consuetudine* que habet vim legis, ut *F. de legibus l. de quibus.* ubi ista materia tractatur per Doctores, & specialiter per dominum *Barth.* in fine cujusdam repetitionis quam facit in dicta *l. de quibus. Necessitate*, ut forte aliquis volens esse miles apud Sanctum Sepulcrum domini nostri Ihesu Christi non reperiens ibi aliquem militem, potest sacerdotem requirere, ut ipsem ordinet ut est multociens visum; quod verum est tam de necessitate, quam de consuetudine, ut in dict. *l. de quibus* per doctores. § Et, ut dictum est, si sacerdos ibi non fuerit, potest ille ordinandus requirere aliquem scutiferum valentem, ut ipsum ordinet. Multi tamen dicunt, quod requiritur quod talis scutifer ordinans sit in actibus bellicis & armis antea notabiliter approbatus & tunc sufficit. § Ex quibus jam insurgit questio, Nunquid non ordinatus possit alium ordinare? Et quod non sic, probatur per naturam tituli *Extr. de clerico non ordinato ministrante.* Ad quod respondet *Ber. ibidem in ca.* 1. allegans pro se necessitatem, ut ibi cum quo concordat *Henricus Bowick in c. accedens Extr. de purg. ca.* Sed tu dic breviter quod officium militare est officium oneris, & non honoris maxime, ut dicam infra ordine suo, quia miles est quasi servus rei publice, ut patet in *l. milites C. locati*, & per naturas titulorum *F. de re militari*, & *C. li.* 12. *de testamento militar. C. F. Justic.* ubi semper patet, quod dictum officium militare est onerosum, quamvis fuerit in multis privilegiatum, ut ibi. Et contraria

sunt

ſunt vera in illis ordinibus per quorum collationem imprimitur caracter in anima ordinati. In creatione militis nullus imprimitur caracter; quare voco illud officium militare proprie & non ordinem, ut inferius dicam. § Creantur, ut dixi, aliquãdo milites per non milites *Conſuetudine vel ſtatuto*, ut forte eſt conſuetudo vel ſtatutum in civitate *Jeroſoloma*, quod hoſtiarius ſive cuſtos hoſtii Sancti ſepulchri ſolus creabit milites ibi creandos. Scutifer eſt ibi hoſtiarius vel cuſtos, qui de conſuetudine vel ſtatuto ut predixi habet excercere ea que pertinent ad ſuum officium. Et ſic de facto creati pro iſtis eſt dominus *Barth. in lege omnem F. de Juſticia & Jur.* & in dicta repetitione ſua in dicta *l. de quibus F. de legibus.* Et ſic habes quales poſſunt creare milites.

CAP. III.

Quibus modis creantur milites.

CReantur autem milites multis modis. Primo modo videlicet ut predixi apud Sanctum ſepulcrum ut predictum eſt. Creantur & alio modo milites, videlicet per Balneum, qui modus obſervatur in *Anglia* & aliis regnis ubi regnat pax, de iſto modo dic ut ibi. § Item creantur milites per aliquem Principem ſeu principalem capitaneum in villarum obſidionibus, caſtrorum vel fortaliciorum, & hoc diverſis modis. § Si forte aſſaltus fiat ſeu faciendus fuerit, tunc creandus in militem portabit gladium in manibus, de principali capitaneo ipſius obſidionis petens, ut ipſum creet in militem. Qui quidem Princeps ſeu principalis capitaneus capiet gladium predictum de manibus ordinandi, & ipſum percuciet, dictum gladium tenendo ambabus manibus, cum eodem, nominando eum militem ſic percuſſum. Qui quidem Princeps tenetur alium veteranum militem eidem aſſignare, qui ſibi calcaria deaurata preparabit & ſecum tranſibit ad aſſaltum faciendum. § Item idem modus obſervatur in creatione militum ad mineram, ſed veteranus ille, cui novus tiro com-

committitur, vigilabit nocte sequenti cum suo tirone in minera supradicta. Item creantur milites in bellis campestribus & talibus conflictibus, ubi idem modus creationis observatur qui in assaltibus excercetur. De honestate tamen est quod Rex Haraldorum si ibidem fuerit, & in ejus absencia alius Haraldus major in excercitu prius congregat omnes creandos in milites: & ducet eos coram Principe illius excercitus. Requiratque eundem, ut productos in milites creet. Qui quidem Princeps, ut predictum est, accipiet gladium de manibus alicujus creandorũ, & faciet ut superius dictum est. § Fiunt eciam milites & alio modo, videlicet, cum aliquis notabilis Princeps conquirere nititur terras sui inimici cum justo titulo. Rex Haraldorum si presens fuerit & in ejus absencia alius, ut predixi, colliget creandos, si quos noverit, & eos ducet ad capitaneum Principem in primo ingressu in terram supradictam eundem requirens ut est dictum. Qui quidem Princeps per omnia faciet sicut prius. Idem modus creationis observatur in aliquo passagio periculoso alicujus riparie seu pontis, ubi transitur de terra una in aliam, sive de una marchia in aliam. Isti predicti modi habentur in usu, & si plures modos inveneris honestos eos audacter observa. § Dominus insuper *Barth.* assignat & alium modum creandi *C. de professoribus qui in urbe Constantinopolitana l.* 1. ubi dicit, quod Doctor actualiter regens in jure civili per decennium efficitur miles ipso facto. § Sunt preterea milites caligati id est milites pedestres; milites caligati qui habent ocreas de corio, & tales non sunt nobiles, & vadunt pedibus; Milites vero equestres sunt illi nobiles qui vadunt in equis, & habent ocreas ferreas, de quibus notantur sufficienter per *Ac. in l. a caligato, C. de nuptiis.* Et nota hic quod sex sunt necessaria ut quis sit perfectus miles, ut notat *Accursius in lege milites* F. *ex quibus causis majores.* Primo ut miles non sit negociator, ut in *l. unica C. negociatores ne militent li.* 12. *milites & l. militares de re militari.* Secundo quod diligenter examinetur condicio militare debentis, & quod omnia capitula contenta in titulo *C. qui militare possunt vel non li.* 12. sint complete observata, ut *C. qui militare possunt vel non l.* 1.2.3. & 4. Et

 specialiter

ſpecialiter quod creandus in militem non ſit ſervilis conditionis, ut notat Dominus *Baldus* ibidem ſuper Rubrica, & in *l. eis quidem e. titulo.* Tertio, ut miles preſtet ſacramentum per genium Principis, & deum omnipotentem, quod cauſa rei publice & evangelii non evitabit mortem nec mori recuſabit, ut *F. ex quibus cauſis majores l. milites* & in *l.* 1. *C. de hiis qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt li.* 10. per Doctores. Quarto quod per aliquem nobilem ei enſis cingatur, ar. *F. de teſt milit. l. filius familias.* Item Quinto, quod ſtigmata ſive inſignia militaria ei imponantur, ut *C. de fabricenſibus l.* 3. *li.* 11. ſicut ipſi milites qui creantur per balneum portant de conſuetudine in humero ſiniſtro ſuum ſtigma militare album; quod quidem ſtigma dictus tiro portabit, quouſque fecerit aliquod notabile factum, niſi aliqua nobilis domina illud tollat, ut docet conſuetudo *Anglie.* Sexto requiritur quod immatriculetur in libris imperialibus inter alios milites, F. *de teſt. militari l. ex eo*; & tales ſunt perfecti milites, ut ibi; unde verſus,

Stigma, genus, ſcriptura, fides, examen & enſis.
Hec faciunt militem lex dicit Bononienſis.

§ Item dominus *Barth. in dicta l.* 1. *C. de dign.* loquitur de aliis militibus, qui non ſunt nobiles, ut ſunt milites ſcigaudentes, & milites hiſtriones. Pro qua materia eſt ſciendum, quod jam habemus quoſdam officiarios Principum dominorum & aliorum militum, qui vocantur perſecutores, de quibus dicetur infra capitulo de perſecutoribus qui non ſunt nobiles, ut ibi.

CAP.

CAP. IV.

De institutione milicie.

DIcitur enim in historia Romanorum, in principio, Condita civitate a *Romulo* quam ex nomine suo *Romam* vocavit, mille pugnatores de ipsis civibus elegit, quos a numero millenario milites appellavit; miles enim dicitur quasi unus ex mille electus, ut *F. de test. militum l.* 1. *per. Ac.* vel dicitur miles a malo, ut ibi. *Romulus* milites prius e populo sumpsit, & appellavit; & sic miles est nomen laboris, non dignitatis, ut dicit *Policraticus li.* 5. *ca.* 7. &, ut ait *Vegecius de re militari*, necesse est ut tirones tales eligantur e populo, qui non tantum corporibus, set eciam animis prestantissimi inveniantur ad vires Regni & Romani nominis fundamentum. § Nec leve hoc publicetur officium, aut passim quibuscunque commendandum, quod aput veteres inter tam varia genera virtutum precipue constat esse laudatum. Militare officium enim est, cui defencio provinciarum imminet & committitur, quod moribus, virtutibus, exemplis, & viribus omnia alia officia excellere debet; honestas enim idoneum militem reddit, & verecundia stabilem, que dum fugere prohibet, sepe facit esse victorem: sic & velocitas requirenda est & robur. In omni enim conflictu non tantum prodest multitudo quantum virtus. Hec ille.

CAP. V.

Quales debet esse milites.

BErnardus in exhortatione quam facit ad *Milites Templi* dicit, quod milites debent esse strenui, audaces, impavidi, experti, providi, & moribus prediti: & specialiter assignat tria esse necessaria prelianti. § Primum videlicet, ut prelians sit strenuus. § Secuncundo quod sit audax & industria dotatus. § Et tercio

quod sit circumspectus ad se servandum, non capitosus, expeditus ad discurrendum, & paratus ad feriendum; unde, ut essent tales, instruebantur olim a principibus, prout narrat *Salustius* de *Pompeio* Imperatore, qui cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis valide certabat: neque enim in predictis potuit aliquis par inveniri, qui semper se & suos frequentibus excerciciis vexabat. Sic in excercicio sagittandi tela vel lanceas proiciendi sit maximus usus in milite, quibus hostis eminus leditur, aut terretur, & dictorum excercicio lacertis robur accrescit, & bellandi peritia adquiritur. § Non ergo delicati, vel effeminati, aut trepidi debent esse milites. Optima enim militibus sunt hostem ferire, presagia agitare, nichil metuere nisi turpem famam vel vecordiam: hiemem & estatem ultro pati, humi requiescere, eodem tempore laborem & inopiam tollerare. Hec *Bernardus*, ut supra ad *Milites Templi*. De hoc similiter *Vegecius Renatus* testatur, adiciens inutilem esse militem tenere nutritum, & deliciis assuetum, preferens tanquam aptiorem plebem rusticam, que sub dio & in labore nutritur, solis paciens ardorem, imbribus laniata, nescia balneorum, deliciarum ignara, simplicis animi, parvo cibo contenta, cum induratis membris ad omnium laborum tollerantiam preparata. Cui quidem plebi rustice gestare ferrum, fossas & mineras componere, ac talia grossa excercere de Jure consuetudo continua est, ut habetur in *Policratico li. 6. c. 2.* Et *Gedeon*, sicut habetur *Judicum 7. c.* Vicit innumerabiles hostium copias in expedita paucitate virorum fortium, quos in deliciis urbium, aut regalibus epulis cotidianisque conviviis ut aquam lamberent, eos tamen dominus pre ceteris censuit eligendos. Quare dicit dictus *Vegecius*, ubi supra, quod necessitas exigit interdum urbanos delicacioresque milites, si qui sint ad arma compelli debere, & in actibus bellicis discurrere, sagittare, lanceas & tela proicere, solem & pulverem tollerare, & discant parvo vivere cibo, & aliquando rustico. Interdumque sub dio, interdum sub papilione humi requiescant. § Sed quia hodie multi milites lasciviis vacant, ociis & aucupiciis sunt effeminati, & in milicia inexperti, hodie plus student multi vestimentorum

mentorum ornamentis & armorum, quam excerciciis & induſtriis bellorum, ac tolleranciis laborum. Cum oporteat milites nitidiores eſſe Armis militaribus, quam veſtibus. § Unde legitur de *Hanibale* cum apud Regem *Antiochum* cauſa refugii moraretur, & Rex oſtentaret ſibi excercitum inſigniis aureis & argenteis florentem, frenis & phaleris prefulgentem, & Rex gaudens reſpexiſſet *Hanibalem*, ait, Putaſne inquit Romanis ſatis eſſe hec omnia? Ille lepide breviter & acerbe eludens, ignaviam militum precioſe armatorum, ait, Plane ſatis eſſe credo, & ſi Romani avariſſimi ſint, pugnabunt acrius propter predam. § Nec tamen vituperanda ſunt ornamenta precioſa & ornata Arma, quia ſi fortuna contraria occurreret captionis, forte nobilitas ornamentorum ſalvabit vitam capti. Et *Machabei* habebant clipeos deauratos 1. *Machabeorum* 6. *c.* ſed hi habuerunt talia arma ad eorum magnificentiam & probitatem mutuam, & ad terrorem adverſariorum. Ex fulgore enim illorum clipeorum fortitudo gentium diſſipata eſt. Et narrat *Vegecius li.* 4. *ſtratagematum c.* 1. quod *Scipio Affricanus*, cum ornatum ſcutum elegancius vidiſſet, Non mirari ſe inquit, ſi tanta cura ornavit illud, in quo plus habebat confugii quam in gladio.

CAP. VI.

De Diſciplina Militum.

SIcut ait *Valerius Maximus l.* 2. *tit. de militari diſciplina de Metellio*, qui vetuit neminem militum miniſterio ſervorum jumentorumque uti, ſet ut ipſi ſibi Arma ferrent & alimenta prepararent: Similiter *Vegecius* narrat quod *P. Naſica*, quamvis uſus claſſis aut pugnandi non eſſet neceſſarius, ne tamen milites deſidia corrumperentur, aut per ocii licentiam injuriam ſociis inferrent, naves componere inſtituit. De admirabili diſciplina militum, & ſevera caſtigatione exceſſuum, narrat *Valerius Maximus*, ubi ſupra, ponens multa exempla, ſicut de *Manlio Torquato*, qui filium pro eo, quod ipſo ignorante ad dimicandum de-

descenderat, mactari jussit, judicans satius esse patrem forti filio, quam patriam militari disciplina carere. § Et alia multá exempla de castigatione militum, vel permittentium se capi cum essent armati, quos noluit Senatus redimere, vel fugientium de acie, quorum erat castigatio, vel quod nudi virgis cederentur, vel quod quasi hostes reputarentur & interficerentur, vel quod eis era & alia donaria denegarentur. § Disciplina militaris acriter retenta principatum *Ytalie* Romano peperit imperio, ac ci multarum urbium magnorumque Regum validissimarum gentium regnum largita est. Et de hoc Policraticus li. 6. ca. primo refert, quod Romanos gentium omnium victores esse fecerunt scientia, excercitatio & fides, quas electi milites reipublice impendebant. Ideo prevaluerunt adversus multitudinem *Gallorum*, proceritates *Germanorum*, vires *Hispanorum*, & dolos *Affrorum*. Similiter dicit *Trogus Pompeius l.* 11. quod *Alexander* exiguam manum militarem suscepit a patre, sed doctam, qua assueta in officio militari orbem terrarum aggressus, nimias hostium copias fudit, sic disciplina militaris omnia conservat 23.*q.p.C. summa milicie laus.*

CAP. VII.

De Jure & privilegiis militum.

DE Jure autem militum in principio *Decretorum di. p.* dicitur quod Jus militare est belli inferendi solempnitas, federis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem vel pugne commissio. Item prede decisio, & pro personarum qualitate & laboribus justa divisio ac principis porcio. § Privilegia vero militaria, que erant ex jure antiquo, latius patent per dicta domini *Dyny F. de testa. militari* super Rubrica & plenius per *Barth. F. e. ti. l. neque enim* in versiculo ultimo videamus: ubi dicit ultimo, videamus quot sunt privilegia militum ; & dic primo, quod in testamento sunt quatuor consideranda. § Primo ipsa forma & solempnitas testamenti : tamen circa hanc videtur

videtur diſpenſatum cum milite in ix caſibus. Primo in numero teſtium. § Secundo quod non requiruntur rogati ſecundum diſpoſitionem poſitam, *F. de teſt. militari l.* 1. § Tercio quia non tenentur filium inſtituere vel exheredare dummodo facient ſcienter, ut *F. de militari teſt. l. qui Juris & l. qui militis § miles C. e. ti. l. ſi tamen in utero, &* in *l. ſicum milit.* § Quarto quia agnatione heredis ſui per legem Welleyanam non rumpitur teſtamentum licet ſit preteritum, *ut F. de teſt. milit. l. idem.* § Quinto quia poteſt inſtituere in codicill. ut in *l. militis codicill. F. de teſt. milit.* § Sexto quia teſtamentum facilius confirmatur & infirmatur, ut *F. de teſt. militar. l. in fraudem* § 1. & *l. milit. § veteranus.* § Septimo quia in ſubſtitutione pupillari non requiritur quod ſibi faciat teſtam. ut in *l. miles, ita* in *ſi. F. de teſt. militari.* § Octavo quia ad confirmationem tabularum pupillar. non requiritur adicio, ut in dict. *l. miles* ita in *ſi.* § Nono quia poteſt decedere cum duobus teſtamentis, ut in *l. querebatur F. de teſt. milit.* Et circa omnia predicta eſt ſufficienter diſpenſatum per illa verba, ſcilicet, faciant teſtament. quomodo voluerint, poſita in *l. prima F. de teſt. militari.* § Item conſideranda eſt perſona teſtantis circa quam videtur diſpenſatum, primo in dampnato crimine capitali, ut in *l. ex militari § ſi miles F. de teſt. militari.* Item in muto & ſurdo, ut in *l. In re militari F. de teſt. militari.* In eo vero qui eſt ſervus hoſtium, vel qui eſt pupillus, non eſt diſpenſatum, & ratio, quia impedimentum ſervitutis eſt de jure gentium. Item impedimentum diſcretionis eſt de jure gentium quod cadit in pupillo; unde ad hoc non porrigitur diſpenſatio predicta que inducitur per *l.* 1. *F. de teſt. militari,* ut predixi. § Item eſt conſideranda perſona Inſtituti ſeu legatarii; Et hic eſt advertendum, quandoque quis impeditur jure communi, propter defectum juris gentium, ut quia ſervus eſt, & tunc non videtur in hoc diſpenſatum cum milite ut in *l. ſi ſervum.* Aut propter impedimentum Juris civilis, & tunc, aut ſi eſſet diſpenſatum tolleretur jus alterius & non intelligitur eſſe diſpenſatum, ut in *l. In fraudem F. de teſt. milit.* & in *l. dotalem e. ti.* Aut non tolleretur Jus alterius, & intelligitur diſpenſatum in tribus.

Primo

Primo quia poteſt inſtitui ille qui alias non poteſt. Secundo quia ſufficit quod ſit capax tempore mortis. Tercio favore milit. eſt introductum, quod non poſſit relinquere mulieri in qua eſt turpis ſuſpicio, ut in *l. miles. ita § mulier F. de teſt. militari.* Sed hoc non eſt ex vigore illorum verborum poſitorum in *l.* 1. ut predixi, ut faciant teſt. &c. ſed ex reſcripto divi *Adriani* poſito in dict. *§ mulier.* § Quarto debemus conſiderare ipſam diſpoſitionis ſubſtantiam, aut quis eſt prohibitus diſponere, ne auferat jus alterius, & tunc hec prohibitio durat eciam in milite, ut in *l. cum filius F. de teſt militari*, & in dict. *l. miles ita § mulier.* Aut jus alterius non aufert, & tunc aut ideo eſt prohibita diſpoſitio, quia contra edictum Pretoris vel contra bonos mores, & non videtur diſpenſatum, ut in *lege ſi a milite § edict. predict.* Aut alia ratione eſſet prohibita diſpoſitio in privato, & tunc videtur eſſe diſpenſatum in ſex. Primo quia miles inſtituere poteſt ex re certa, & ſic decedere pro parte teſtatus, & pro parte non, ut in dict. *l. miles ita.* § Item ſecundo quia poteſt ſubſtituere extraneo directo, ut *F. de vulgari & pup. ſubſt. l. centurio.* Item tercio quia obliqua trahitur ad directam, ut in dict. *l. neque § fi.* cum leg. ſequenti. Item quarto quia verba emiſſa propter aliud inducunt diſpoſitionem, ut *C. de teſt. militari l. ex hiis.* Item quinto quia emancipato ſubſtituit directo, ut in dict. *l. miles § exheredato*: Sed iſtud eſt idem cum 3. Item ſexto quia poteſt heredem gravare ultra dotantem, ut in *l. ſi certarum § fi. cum l. ſe. F. de teſt. militari.* Privilegia vero militaria que ex jure erant antiquo latiſſime patent in communi loquio *Wallenſis partis prime, diſtinctione nona, c.* 7. Nam & liberiores ſunt milites, & pluribus immunitatibus gaudent, in tantum quod ab angariis & perangariis, & ſordidis muneribus eſſent alienii, & quia jura licenter ignorant, Et licet in poſteſtate patris ſint in caſtrenſi peculio teſtari poſſunt. Et quia ex publica ſolicitudine quod maximũ eſt non permittuntur egere prout ſcribitur in *Policratico li.* 6. *c.* 8. Sed qui de facto miles eſſe deſiderat ad honorem dei eccleſie, & populi catholici militaturum ſe diſponat, & ad mandatum Principis ſi fuerit edictum, ut dicitur in *Policratico li.* 2.

c. 7. § Usus vero milicie est tueri ecclesiam, perfidiam impugnare, sacerdocium venerari; quia sacerdotes sunt milites inermis milicie, ut ait apostolus pr. ad *Timotheum pr. c.* pauperum propulsare injuriam, malis hominibus purgare pro posse provinciam, & ad evangelii defensionem sanguinem fundere, & si opus est animam ponere, ut supra dixi in juramento militari. Et hoc non ad rapiendum & predandum, quod alienum est, vel ad injustum bellum inferendum, sed ut faciant judicium conscriptum, id est, excerceant officium suum secundum judicii equitatem. Nam & *Julius Cesar* prohibuit spoliari templa & excercitus *Brennii* mansit semper invictus donec ausus fuit insurgere in deos, *Apollinis Delphicum* invadens templum, ut scribitur in *Policratico li. 6. c.17.*

CAP. VIII.

De Veteranis quos modo Haraldos appellamus.

IN precedentibus habuimus de militibus validis, & in bono statu existentibus, jam sequitur videre de veteranis, quorum jura, privilegia et favores incorporantur *C. de veteranis coll.* 10. per processum *C. de Comitibus & c. li.* et in *l. tirones C. de tironibus ibidem*, et *de referendariis coll.* 3. per Dominum *Bertrand Caprioli in verbo militia*, ubi facit purificationem inter Haraldos nostri temporis et veteranos, declarans quod olim quando imperatores patrias et regna conquerentes habebant bonos milites quosdam graviter vulneratos, et quosdam membris suis mutilatos, solebant dictis militibus de victu et necessariis providere, qui sic vulnerati postea vocabantur veterani, in tanto seu majori honore positi, quam alii milites non vulnerati; tum quia experti esse solebant in armis, tum quia pro republica et majestate imperatoria seipsos ad suorum corporum destructionem exposuerunt; Quorumque consilio, etsi non fortitudine, obsidiones, et bella, et obsidionibus et bellis diverse machine mirabilis structure honorabiliter gubernabantur. § Demum processu temporis

poris prefati milites veterani ſic vocati in tali honore habebantur, ut imperatoria negocia ad adverſarios et rebelles ſine periculo nunciarent. Et hinc inde pacem aliquando, et aliquando guerram partibus referentes, ita ut in tanta confidentia habebantur, ut ſecreta unius partis alteri parti licet adverſe non revelarent. In quorum uſum introducuntur Haraldi Armorum hiis diebus. Qui quidem Haraldi quibus modis et de quibus perſonis creantur, in ſequentibus eſt dicendum.

CAP. IX.

De Curſoribus.

PRimo pro originali eſt ſciendum, quod de neceſſitate oportet, quod Imperatores, reges et alii magni Principes habeant ſuos certos nuncios ad ſua negotia expedienda. Quorum nunciorum primi ſunt Curſores, ſive nuncii peditantes, Quorum officium eſt pedibus tranſire, qui inſuper portabunt Arma Dominorum ſuorum in pixidibus depicta pendentibus in ſuis cingulis, ſive cinctoriis ſupra renes, Nec eis eſt permiſſum ſuorum Dominorum Arma alio aliquo loco portare. Et iſti poſſunt eſſe milites propter peritiam in officiis habitam, non tamen ſunt nobiles, et vocantur milites caligati, ut *C. de nupciis l. a caligato per Ac.* ut dixi ſupra in *capitulo 3. Quibus modis creantur milites.*

CAP. X.

De equitantibus qui Gallice vocantur Chinachirs.

SUnt autem et poſt Curſores, aſcendendo per ordinem, alii nuncii, qui equitantes appellantur, et tales portabunt Arma ſuorum dominorum in humero ſiniſtro et non alibi; qui eciam creantur ex curſoribus ſupradictis, ut per remotionem pixidis Armorum Dominorum ſuorum

rum a cingulo, et appositionem in humero sinistro cum fidelitatis juramento domino suo speciali prestando.

CAP. XI.

De prosecutoribus qui Gallice vocantur Pursivantz.

ULterius & post predictos equitantes, alii nuncii habentur, qui prosecutores appellantur, qui ex predictis equitantibus post excercicium triennale in arte equitandi ad negotia creantur, certa solempnitate adhibita. Creari autem debent prosecutores non in minori festo quam in die dominica hoc modo. Aliquis Haraldus Armorum tunica Domini sui indutus, prefatum creandum in manu sinistra ducens, & unum ciphum aqua & vino plenum in manu dextera tenens, accedere debet ad presentiam Domini vel magistri ipsius creandi, a quo in presentia multorum testium ad hoc vocatorum petere debet, quo nomine vult, ut prosecutor suus nuncupetur. Quo nomine a dicto Domino vel magistro dato, dictus haraldus vocabit suum creandum illo nomine, proiciens partem ipsius aque super caput creandi. § Tunc accipiet Haraldus tunicam domini prefati creandi, & ponet super caput creandi ex transverso, ita quod illa pars tunice que ordinatur pro brachiis ponatur ante & retro, & quod pars longior prefate tunice supra brachia creandi ex utraque parte pendeat. Et sic prefatus prosecutor novus, uti debet tunica Armorum, cum eam aliquando induat semper & non alio modo quamdiu fuerit prosecutor. § Sequitur jam juramentum quod ipse novus prosecutor prestabit immediate post suam creationem in presentia antedicta Haraldo sic dicente; *Tu eris fidelis domino sive magistro tuo qui te nominavit, imperpetuum, quacunque fruaris dignitate. Item Domino Regi & cuicunque nobili licet hosti; Item negotia quorumcunque Nobilium licet hostium fideliter exequeris, Et cum inter hostes interrogatus fueris, tantum ad interrogata fideliter respondebis, nichil novi eis intimans: Honestatem tuam & officii tui usque ad mortem conservabis, erisque obediens*

cunctis Armorum Haraldis ubicunque deveneris; sic deus te adjuvet & sancta crux dei. § Et de istis notatur *lxiii.dist. c. t. domino per doc. juncta l. minime F. de Relig.* Et est sciendum, quod tales nuncii prosecutores possunt esse milites, & militaribus gaudere insigniis, ut deauratis, uti velvet. & aliis pannis aureis indui; non tamen sunt nobiles. Et tales vocantur milites linguares, quia eorum precipuus honor est in custodia lingue. Et quomodo isti tres officiarii precedentes portabunt arma sive scuta suorum Dominorum patet per *hos versus*,

Cinctorio Scutum dicas deferre pedinum,
Sic equitis dignum fert scapula dextera signum,
Sed humero levo detulit prosecutor ab evo;
At Haraldorum stat pectore fons titulorum.

CAP. XII.

De Haraldis.

EX quibus quidem prosecutoribus creari debent, postquam autem excercuerunt per septennium alii nuncii majores qui Haraldi Armorum nuncupantur. Quorum officium est minores nuncios creare, ut superius dictum est, multitudinem populi faciliter numerare, tractatus inter Principes matrimoniales & pacis inchoare, diversa regna & regiones visitare, miliciam honorare, & singulis actibus militaribus interesse desiderare, clamores publicos & proclamationes in torneamentis & similibus actibus militaribus ordinare, fidelem negotiorum relationem inter hostes deferre, & neutri favere parti in actibus bellicis, aut in pugna que inter duos aliquando nobiles geritur inclusos; sed omnia per superiorem parti vel partibus mandata, seu a parte parti fideliter & sine palliatione nunciare. § Et isti debent portare tunicam Armorum dominorum suorum, & eisdem indui eodem modo sicut domini sui cum in conflictibus fuerint vel torneamentis, aut aliis periculis bellicis, vel cum per aliquas regiones equi-

equitaverint extraneas. Item in conviviis & maritagiis; ac Regum & Reginarum coronationibus, & Principum Ducum & aliorum magnorum Dominorum ſolempnitatibus, dominorum ſuorum tunicis uti poſſunt; & tenentur in regionibus & regnis licet extraneis ad honorem ſuorum & magnificentiam dominorum. Qui quidem haraldi aliquando creantur in actibus bellicis, ut aliquis Rex vel Princeps cognoſcens induſtriam proſecutoris ſui autequam cum hoſtibus congreſſum habeat, proſecutorem ſuum in preſentia commilitonum novo nomine nominabit, induſtriam, fidelitatem, diligentiam, honeſtatem & taciturnitatem predicti ſui proſecutoris commendando, eundem nobilitabit, ipſumque vel terris aut feodo ſufficienti dotabit,& arma congruentia eidem & ſuis heredibus aſſignabit. § Creantur inſuper Haraldi aliquando in Regum vel Reginarum Coronationibus ſeu torneamentis, eodem tamen modo ut ſupra. Et eſt ſciendum, quod Haraldus, ut ſupradicitur, creatus jurare debet ut ſequitur alio Heraldo veterano ſic dicente; *Tu jurabis quod omnia Capitula in juramento proſecutoris contenta fideliter obſervabis, tractatus & negotia quecunque tibi commiſſa ſecundum nudam & planam veritatem exequeris. Non eris in dampnum domino tuo ſpeciali in ſuis ſecretis que tibi ut ſecreta ab eo committuntur, vel de ſuis munitionibus per quas tutus eſſe poteſt. Nec eris domino tuo in dampno de ſua juſticia, aut aliis ſuis cauſis que ad honeſtatem ejus pertinere videntur; Nec eris ei in dampno de ſuis poſſeſſionibus, ſicut te deus adjuvet & ſancta crux dei.* De iſto juramento notatur in *lib. feodorum in c. In epiſtola Philiberti de forma fidelitatis coll. x. & 22. q. v. c. de forma.*

CAP.

CAP. XIII.

De milicia.

VIso superius de tironibus militibus & veteranis; jam dicendum est de milicia in generali; Et sciendum est, quod isti tamen Haraldi quamvis insigniis militaribus utantur, non tamen sunt nobiles, neque sui prosecutores, quia eorum officium est officium publicum, quod tenentur impendere unicuique hoc petenti, eciam hosti; quale eciam est officium notariorum publicorum & sutorum, qui tenentur in festis laborare & sotulares facere, si publica necessitas hoc exposcat. Et credo quod in scripturis quadruplex tantum reperitur militia; videlicet virtualis, spiritualis, votivalis, & humanalis. § Ad primam autem miliciam hortatur apostolus omnes ecclesiarum Prelatos contra hostes fidei heresium & errorum adinventores viriliter ac sinceriter militare, juxta doctrinam apostoli. *2. ad Timotheum 2. c.* labora sicut bonus miles *Ihesu Christi.* § Secunda militia est spiritualis, que secundum apostolum est adversus carnem & sanguinem, &c. *ad Eph. 6.* de qua *Job 7.* scribitur, militia est vita hominis super terram: ibi *Gregor. moral. 8.* sufficienter loquitur de hac dicens, In hac milicia debet fidelis militans deo esse industria providus, disciplina excercitatus virtute preditus, constancia animosus. Plus est diabolum vincere quam Pharaonem cum ejus excercitu, ut dicit *Bernardus super Cantica omelia 39.* § Tercia milicia est votivalis. In hac autem hortatur *Sanctus Bernardus* milites fideles, qui ex divino amore & fidei devotione devovent & seipsos exponunt contra hostes fidei, viriliter militare ut *Milites Templi* vel ordinis *Sancti Johannis*; & breviter omnes Christiani milites bene stantes in fide: unde in loco pre allegato *Bernardus* istos Christi milites excitat dicens, Securi procedite milites, animo intrepido inimicos Christi propellice, & sequitur, quam gloriose revertuntur victores de prelio. O quam beati martires qui in prelio moriuntur! Et ibidem, Impavidus profecto miles dicitur, qui

qui corpus ferri sic animum fidei ut loricam induit; Et qui in bello justo amittuntur, in gloria per dei gratiam vivere intelliguntur, *Inst. de excusatione tu.* § *Filii autem.* § Quarta & ultima milicia dicitur humanalis, de qua in presenti proposito ulterius hic tractare intendo. Hec autem fit sub Principe terreno. In cujus quidem executione quatuor principaliter concurrere debent. Primum ut tales milites sint disciplina electi atque jurati. 2. quod tales milites sint viribus prediti. 3. quod dire & aspere sint nutriti. Et 4. quod nedum Principi, sed sibi sint invicem mutua fidelitate connexi. Dixi primo, quod tales milites debent esse disciplina electi atque jurati; pro cujus intelligentia est sciendum, quod duo sunt precipua que militem faciunt, prout ait *Policraticus li.6. c.5.* Electio scilicet & sacramentum. § De militum autem factura & creatione dixi supra; Et de milicie institutione. In principio historie Romanorum dicitur, quod condita civitate a *Romulo*, quam ex nomine suo *Romam* vocavit, mille pugnatores de ea elegit quos milites appellavit. Miles igitur dictus est quasi unus ex mille electus. § Ait namque *Papias*, *Romulus* primus de populo milites sumpsit & appellavit. Et sicut miles est nomen laboris, ita & honoris, ut dicit *Policraticus li. 6. c. 7.* ut dixi supra in precedentibus. Item de electione militis dicit *Vegecius Renatus de re militari in c. de electione militum.* In hoc inquit tocius reipublice salus vertitur, ut tyrones non tantum corporibus, sed animis prestantissimi eligantur in vires Regni & Romani nominis fundamentum. Quidam tamen, quamvis probabiles videantur in specie, experimentis aliquando probantur indigni. Repellendi ergo sunt minus utiles, & in locum ipsorum strenuissimi subrogandi. Utilitatem vero hujus discipline militaris ostendit *Valerius Maximus li.2 ca. 2. de disciplina militari*, dicens, quod disciplina militaris acriter retenta principatum *Ytalie* Romano peperit imperio. Multarum urbium multorumque regum validissimarum gencium regnum largita est,& *Policraticus li. 6. c. 1.* Romanos gentium omnium victores esse fecerunt scientia, excercitatio, & fides, quas electi rei publice impendebant. § Et ideo prevaluerunt adver-

adverſus militudinem Gallorum, proceritates Germanorum, vires Hiſpanorum, & dolos Affrorum. Unde *Egeſippus li.* 5. recitat in excercitu Romano non ſolum virtutem corporis, ſed eciam mentis requiri debere, nec fortitudinem in hoſtem, ſed eciam diſcipline normam ſectari, Ne crudelis impiuſve aut inſolens miles potius prede quam victorie ſit intentus. § De ſacramento autem militari dixi ſupra in expoſitione verſuum,

Stigma, genus, ſcriptura, fides, &c. in verbo fides.

Et legitur in *Policrat. li.* 4. *c.* 1. quod jurant milites per deum & Chriſtum & ejus ſpiritum Sanctum, ac ejus majeſtatem, Principiſque genium, omnia ſe ſtrenue facturos que eis preceperit Princeps ſeu dux belli. Cum enim legitimum quis recipit principatum tamquam preſenti deo ei fidelis preſtanda eſt devotio, & impendendus eſt pervigil famulatus. § Jurant eciam ſe nunquam miliciam deſerturos, aut mortem recuſaturos pro re publica cujus ſunt conſcripti milicie, ut *F. ex quibus cauſis majores l. penult. & C. de hiis qui non imple ſtipend l.* 1. *li.* 11. Cumque hoc preſtiterint juramentum, cingulo militari dotantur, & privilegiis militaribus fulciuntur, ut *C. & F. de teſt. militari per totum C. ut dignitatis ordo ſervetur l.* 1. *ti.* 12. *C. de commu. rei militaris l.* 1. *li.* 12. & clariſſime *C. qui militare poſſunt l. eis quidem & e. li. de militari veſte l. prima.*

CAP. XIV.

De privilegiis militibus indultis.

PRivilegia deinceps militum bene & fideliter ſuum officium excercentium de jure civili eis conceduntur, ut ab angariis, perangariis & ſordidis muneribus tales milites eſſent alieni, & quod ignorent jura. Et licet in patria fuerint poteſtate in caſtrenſi peculio teſtari poſſunt, ut *F. de re militari per totum*, & per *D. Dynum ſuper Rubrica F. de teſt. militari*, & per *Barth. F. eod. titulo l. neque enim in verſiculo ultimo*, ut dixi ſupra in *c. de privileg. militum*

litum. § Inolevit enim temporibus nostris quedam consuetudo solempnis, ut ipsa die qua quis militari cingulo decoratur, ecclesiam solempniter adeat, gladioque suo super alteri posito, & oblato quod celebri professione seipsũ obsequio altaris devoveat, & gladii, id est officii sui, jugem deo spondeat famulatum. Neque necesse est ut hoc verbo confiteatur, cum legitima professio milicie facto ejus inserta videatur convenire. In homine vero illiterato, & quem Arma pocius quam literas cognoscere oportet, necesse non est ut dictam professionem faciat sicut convenit literatis. Secundo expedit quod milites sint viribus prediti, unde beatus *Bernardus ad Milites Templi*, ait, Tria esse precipue necessaria militi prelianti, videlicet ut sit strennus, industrius, & circumspectus ad seipsum servandum, expeditus & expertus ad discernendum, & sine tardatione promptus ad feriendum, Optima enim presidia sunt militibus hostem agitare & ferire, nichilque metuere, nisi turpem famam. § Tercio expedit quod dure & aspere sint nutriti, quod declarat *Seneca exemplificat. ep.* 44. Nullum, inquit, laborem recusant manus que ab aratro transmittuntur. Effeminat enim animos amenitas nimia, & *Hanibal* armis vicit, qui viciis postea victus erat. Ideo vacantes lasciviis, ociis, aleis, aucupiciis & talibus effeminati sunt & milicie inepti. Cum milites oporteat nitidiores esse armis quam vestibus, tam hiemem quam estatem indifferenter ut mixta pati, humi requiescere, eodemque tempore inopiam & laborem tollerare. Ad quod concordat lex prima *C. de arrogatione militaris annone li.* 12. ubi dicitur, milites nostros ita solere percipere in duobus vel tribus diebus panem buccellatim; uno die vinum, alio autem acetum; uno die lardum, biduo carnem sumere jumentinam. § Quarto expedit quod predicti milites sint sibi invicem mutua fidelitate connexi: non solum milites ad suos duces sive majores debent esse fideles, verumetiam ad seipsos, ut fideli jungantur amicitia. Militum enim acies multum timetur ab hostibus, cum in eis amicitie et fidelitatis vinculum inviolabile perseverat; at contra cum in acie militum dissidia aut controversia oritur, raro belli victoria speratur. § Milites ergo sic se et sibi

ſibi ipſis mutuo amore faveant, ut honorem alterius ſuam putent eſſe victoriam, ac eciam morti pro altero ſe exponant. Tales enim in figura fuerunt illi illuſtres milites *Joab* et *Abiſay*, qui contra *Syros* et *Ammonitas* bellantes, ſibi invicem fidelius amicitie ſubſidia preſtantes, hoſtes infugam verterunt; unde dixit *Joab* ad *Abiſay*, Frater mi, eſto vir fortis, et pugnemus pro populo noſtro et pro civitate dei noſtri: Et ſi prevaluerint adverſum me *Siri*, eris mihi in adjutorium; ſi autem filii *Ammon* prevaluerint adverſum te, auxiliabor et ego tibi, ſicque pugnantes, omnes fugaverunt, et victoriam obtinuerunt, 2. *Regum* 4. *c*. Et concordat philoſophus 4. *ethicorum*, ubi tractat de fortitudine, et in tractatu de voluntario et violento, et in tractatu de magnanimitate, ubi dicit, quod prius eſt pro ſocio moriendum, quam fugiendum, vel aliquid turpe committendum. § Ergo incidenter tunc queritur, utrum militare ſit peccatum. Ad quam quidem queſtionem, ſalvo ſacerdocio, diu guerrarum turbationibus, diverſorum fortaliciorum obſidionibus, inſultibus, et aliis actibus bellicis involutus, et aliqualiter eiſdem maculatus reſpondere expaveſco: Verumptatem cum Pſalmiſta dico. *Beati qui faciunt judicium & juſtitiam omni tempore, pſalmo Cv.* Stat etenim mecum textus *c. xxi. Deuteron.* ut opinor, ubi dicitur, *Appropinquante jam prelio ſtabit ſacerdos ante aciem & ſic loquetur ad populum, Vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committetis. Non pertineſcat cor veſtrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos*, &c. ut ibi per proceſſum. Et ſequitur, *ſi quando acceſſaris ad expugnandum civitatem, offeras ei primitus pacem, ſi autem receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt ſalvabitur, & ſerviet tibi ſub tributo: ſi autem fedus inire noluerint, & ceperint contra te bellum, oppugnabis eam. Cumque tradiderit dominus deus tuus illam in manu tua, percutiens omne quod in ea eſt generis maſculini in ore gladii abſque mulieribus, & infantibus, & jumentis que in civitate ſunt, omnem predam excercitui divides & comedes de ſpoliis hoſtium tuorum. De hiis autem civitatibus que ſic dabuntur tibi, nullum omnino vivere permittes, ſed interficies in ore gladii, Etheum, Armorreum, & Cananeum, &c.* Ex quo

quo tunc ſequitur § ſi ſacerdos debeat iſta, ut ſupradicitur, proclamare ad animandum milites pugnaturos ut occidant ex precepto divino, multo majus ille miles qui pugnat, ſi occidat non peccat, ſed excuſatur. Nam milicia ſecundum ſe non eſt illicita, quamvis ejus abuſus ſit illicitus, ut expreſſe probat beatus *Auguſtinus in li. de verbis Domini tractatu* 19. quod tranſumptive habetur in *canone* 23. *q.* 1. *c. militare*, ubi ſic dicitur, *Militare non eſt delictum per ſe, ſed propter predam militare, peccatum eſt.* § Et quamvis talis abuſus multipliciter fiat, precipue tamen conſiſtit in tribus, ſcilicet, in concuſſione innocentum, & exactione ſalarii amplioris quam deſerviri poteſt militando, & in excercitiis ad oſtentationem virium cum nocumento hominum & rerum ſicut torneamenta & ictus lancearum. Et tercio quando militatur propter cupiditatem vel avaritiam, & non principaliter propter defenſionem reipublice, patrie vel eccleſie dei, ut ſupradixi. § Sunt tamen quedam excercitia milicie neceſſaria, ut curſitationes, & verſiones dextrariorum, ac ars percutiendi & defendendi, ſic tela proiciendi, que omnia non prohibentur, ut *in l. milites C. de re militari.* Et hoc accipitur 2. *Regum c. pr.* ubi Rex *David* precepit ut docerent filios Iſrael arcum, id eſt, modum, & artem ſagittandi. Inſuper queritur utrum liceat militibus bellare, & tales actus militares excercere diebus dominicis & feſtivis? § Dic breviter ſecundum *Sanctum Thomam* 2. 2. *q.* 40. quod feſtorum obſervatio non impedit ea que ad hominum ſalutem eciam corporalem ordinantur, unde dominus arguebat Judeos, dicens illud *Joh.* 7. *michi indignamini quia totum hominem ſanum feci in ſabbato?* Inde eſt quod medici in die feſto licite medicare poſſunt. Multo magis ergo conſervanda eſt ſalus rei publice quam unius hominis: hoc autem fit per bellum; quare dico quod diebus dominicis & feſtivis licitum eſt bellare, ſi rei publice vel eccleſie neceſſitas hoc expoſcat. Nam propter feſtum in neceſſitate non bellare eſſet forte Deum temptare, verumptamen neceſſitate ceſſante non approbo. § Inſuper queritur nunquid licitum ſit militibus in bellis uti inſidiis? Idem *Sanctus Thomas* 4. *li. q.* 13. finaliter dicit,

quod in bello justo licet uti insidiis, & concordat *Augustinus in l. trium questionum*, & transumptive in *canone* 23. *q*. 3. *dominus*. Sed non licet inimicos sic decipere, quod eis dicatur falsum, vel non teneatur promissum, ut in *c. Noli* 23. *q*. 1. *ante medium*: nec ut inimicis detur venenum ad bibendum, ut dicit *Valerius Maximus l.* 6. *ti.* 2. *de Justicia*, ubi dicit quod *Tymocrates* pollicitus est se *Pirrhum* veneno necaturum. Quod audiens Senatus missis Legatis monuit *Pirrhum* ut adversus hujusmodi insidias se cautius gereret, malens bella non venenis sed armis gerere. § Postquam diximus qualiter creantur milites, & quod est eorum officium, qualeque Juramentum ab eis prestandum, Nunc quero, Imperatore bellum movente contra ecclesiam, nunquid possunt milites Imperatorem juvare eorum juramento non obstante. Videtur quod sic; quia fit Principis auctoritate & mandato, ergo, &c. Eciam quia sunt due Jurisdictiones. *Extr. de Judic. c. novit. Ext. qui fi. sunt legitimi per venerabilem*, & *de appellationibus si duobus*. § Item quia in pertinentibus ad usum Armorum subditi tenentur obedire Imperatori eciam schismatico. 1. *q*. 3. *nichil*. Istam questionem movit dominus *Johannes de Lynyano in tractatu suo de bello*, qui eam sic solvit. Imperator est advocatus ecclesie, & tenetur eam defendere, ideo non potest eam inpugnare. *Extr. de natis ex libero ventre c. uno de restit. spoliat. conquerent*. Immo indicendo bello contra ecclesiam abutitur sua potestate 11. *q*. 3. *privileg. de dec. suggestum*. Et puniri debet in quo delinquit, *de translac*. § *ne autem*. Immo talis pertinacia in Principe non distat ab heresi; *de hereticis excommunicandis* § 1. quia Papa ejus superior est; Nam examinat Imperatorem, ipsumque reprobat & deponit, *de elec. venerabilem de r. jud. ad apostolice li.* 6. In hoc igitur casu milites non debent juvare Imperatorem contra Ecclesiam, Immo & econtra, & potest papa absolvere eos a vinculo fidelitatis 16. *q*. 6. *Nos sanctorum* &*c. Juratos*. Et nota, *de hereticis excommunicandis*, *de penis c. ultimo*, & per *Host. de rest. spol. olim*. De isto autem vinculo fidelitatis dicam infra.

CAP.

CAP. XV.

De pena militibus infligenda.

NUnc ſequitur videre quomodo puniuntur milites in premiſſis delinquentes. Milites ſuum juramentum tenentur obſervare, & Ducibus obtemperare. Et ſi contra eorum preceptum fecerint, quamvis bene, nichilominus capite puniri debent *F. de re militari l. deſertorem* § *in bello*: & *Auguſtinus de civitate dei li.* 1. *c.* 18. loquens de *Bruto Caſſio*, qui filios occidit, unde poeta,

Laudator natoſque pater nova bell[a] moventes
Ad penam pulcra pro libertate vocavit,
Infelix ut eum ferrent ea facta minores.

Et ibidem de *Torquato* qui filium, non quia contra patriam, ſed pro patria pugnantem, ſed quia contra quod ei imperaverat pater, videlicet ab hoſte provocatus juvenili ardore pugnaverat, quamvis hoſtem vicit, eum occidi pater juſſit, ne plus mali eſſet in exemplo imperii contempti, quam boni in gloria hoſtis occiſi. § Item abſtinere debent ab agrorum cultura, animalium cuſtodia, mercimoniorum queſtu, aliena nec peragant negotia, ad civiles curas non accedant, ut *C. de re militari l. nemo milites*, & *l. qui militares. C. locati. l. milites C. de procurat. l. milit.* predia non emant ubi militant tempore quo militant, nec ſuo nec alieno nomine, & ſi fecerint, fiſco vendicantur, ut *in l. ſecunda F. de re militari* & *l. milites eodem titulo.* § Alie autem ſunt punitiones militum, ut pecuniaria caſtigatio, munerum interdictio, ignominioſa de excercitu miſſio, gradus dejectio. Verumptamen in metallum non dampnantur, ſed decapitantur. Non enim talis pro milite ſed pro hoſte reputatur, *F. de. re militari l.* 3. § 1. *&* § *hiis qui & lege proditores e. ti.* Capite autem puniuntur qui prepoſito manus intulerint, qui vero inobedientes fuerint; Qui ſpectantibus ceteris prius fugam arripuerint; Exploratores milites qui ſecreta facta hoſtibus nunciant;

Cali-

Caligatus qui metu hostium infirmitatem simulavit; Qui commilitonem gladio vulneravit; Qui sine causa seipsum voluntarie vulneravit, vel mortem sibi constituit: secus tamen si vite tedio vel doloris inpatientia hoc fecerit; nam tales infamia notantur: qui non defendit prepositum suum cum potuit, capite punitur. Hec omnia per ordinem habentur *F. de re militari l. omne delictum § fi.* § Item qui de fossato recedit capite punitur, etsi rem bene gesserit *F. de re militari l. desertorem § hiis qui sunt.* Item miles turbator pacis capite punitur, *ibidem l.* 3. Item si miles concitaverit atrocem sedicionem, desertor tempore belli capite punitur, tempore pacis eques gradu repellitur: pedes miliciam mutat *F. de re militari l.* Non omnes tamen desertores puniendi sunt equaliter, haberi tamen debet ratio gradus, ordinis, stipendiorum, & aliarum circumstantiarum, ut in *l. qui commeatus* & *l. non omnes.* § Item emansor est qui vagatus a castris ad ipsa reducitur, ut in *dict. l.* 3. § *emansor.* Desertor est qui invitus ad castra reducitur, qui si in urbe inveniatur, capite punitur. De ista materia optime notatur per Doctores in *l. lex* 12. *tabularum F. ad le. Jul. magest.* § Alibi tamen si ex prima descercione captus iterato deserat, capite punitur, *F. e. ti. l. non omnes* Desertorum defunctorum bona confiscantur *C. de re militari l. defunctorum li.* 12. § Ex hiis autem jam insurgit questio. Dux excercitus mandat nequis prorumpat in hostes, aut discedat a signis sub pena capitis, Quidam strenuissimus miles cum magna militum comitiva quibus preerat, contra mandatum Ducis prorumpit in hostes, & ipsius strenuitate hostibus conflictum dedit, & campum obtinuit; queritur an sit capite puniendus? Videtur quod sic: Nam dicit textus in § *In bello.* Qui rem prohibitam a Domino facit, aut mandata non servat, capite puniendus est, eciamsi rem bene gesserit, F. *de re militari l. desertorem.* § *in bello* & § *sequenti in v. Concitavit per Ac.* & probatur per jura que volunt astrictos obedientia ad ipsam teneri, *F. mandati. l. si Proculus* & *l. generaliter & l. si remunerand.* Nam magna est virtus obedientie, ut in *dict.* § *In bello. in v. gesserit per Ac.* & *F. ad Macedonium l. sc. & si* § 2. *F. ad l. Aquileam l. si servus servum* § *&*

si

si puerum C. de negoc. g. l. ultima. Nam malum non excusatur per quod sequitur bonum, *l. 6. d. c. undecunque de pe d.* 1. non sufficit: Nec facta sunt ab eventu notanda, 15. *q. 1. illa 23. q. 5. de occidend. F. de negoc. g. l. an altero* § 1. *F. mandati l. qui mutuam* § *sumptus:* ergo ab hoc eventu insigni non fiet notacio, ymmo ab obvenientia prevenienti in contrarium videtur. § Nam propter periciam & factum insigne effectualiter perpetratum remittitur pena, que alias imponi deberet perpetranti contra legem vel mandatum Principis. Probat istud textus *F. de penis l. ad bestias* 22. *q.* 2. *c. queritur cur patriarcha* § *solutio.* Dicit *Johannes de Lyniano* quod dominus *Richardus de Malumbra* determinavit, quod delinquens propter periciam magnam penam evadet per *dict. l. ad bestias.* Et induci potest per *dict. c. queritur cur Patriarcha.* Tamen illam opinionem non approbat dictus *Johannes de Lyniano*, sed dicit quod est contra textum *l. desertorem in* § *in bello F. de re militari.* Nec obstant jura in contrarium allegata; nam aliud est post pene commissionem ipsam a Principe remitti posse, & supponunt illam commissam, ut probat uterque textus si bene inspiciatur. De ista questione notatur per *Petrum*, & *Cynum* in *Authentica, quibuscunque C. de sacrosanctis, &c.*

CAP. XVI.

De officio Ducis belli.

SUperius multociens mentionem fecimus de duce belli. Jam sequitur videre que pertinent ad officium Ducis belli. Et sciendum est quod ad officium Ducis belli pertinet militibus persistere, commeatum dare, equos militares extra provinciam duci non permittere, milites in castris retinere, ad Armorum excercitationem milites perducere, Juuenes tyrones actibus bellicis instruere, vecordes & desides sub honestis ficticiis deridere, habita tamen provisione, ut per sua verba dicti vecordes fortius animentur. Ad opus privatum videlicet, piscatum, venatum non intendere vel mittere, claves portarum custodire,

ſtodire, vigilias circuire, verba convenientia aut debita interſigna vigilantibus aſſignare, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, menſure fraudem cohercere, delicta caſtigare, querelas commilitonum audire & ſapienter terminare. Hec omnia habentur in *lege officium F. de re militari.* Et ut nullus omnino aquam fluminis polluere audeat, ne abluendo equorum ſordes & ſudores, publicos oculos maculet, ſed procul in inferioribus partibus fluminis id fieri ordinabit. Hec habentur *C. de re militari l. ingent.* Et multa alia neceſſaria oſtendit *Vegecius de re militari li. pr. c.* 20. & *li.* 3. *c.* 14. § Debet eciam dux belli videre, quod milites ſint continentes, prout recitat *Valerius Maximus li. pr.* dicens, quod *Cornelius Scipio* miſſus in *Hiſpaniam* eo tempore quo caſtra intravit, edixit ſub pena mortis, ut omnia, que voluptatis cauſa comperta erant, auferentur & ſubmoverentur. Unde & duo milia ſcortorum legitur abegiſſe ab excercitu. Novit enim vir prudens, quod luxuriandi voluptas effeminat & enervat voluptuoſos. Unde & de continencia *Alexandri* narrat *Vegecius li.* 2. quod capta civitate, cum tradita eſſet ei virgo eximie pulcritudinis, cuidam Principi antea deſponſata, ſumma abſtinencia pepercit, ut nec illam aſpiceret, ſet ad ſponſum remiſit. Qua remiſſa, univerſe gentis mentes ad ejus nutum reconſiliavit, earumque animos ſibi eternaliter applicuit. § Ad officium inſuper Ducis belli pertinet de contractibus & delictis militum cognoſcere, quod eciam pertinet ad ſpecialem magiſtrum militum, ut *in l. magiſterie C. de juriſdict. omnium judicum,* & *in l. tam collatores C. de re militari.* Sed hodie omnia iſta predicta pertinent ad officium Conſtabularii & Mareſcalli: Regni vel excercitus, dirivative tamen, quia eorum poteſtas dirivata eſt & commiſſa per Ducem belli, ut *Inſtit. de jure naturali gentium & civili § ſc. quod Principi placuit* & *F. de orig. juris l.* 2. § *noviſſime.* Brevitatis eciam cauſa omitto hoc inſerere illa juſtiſſima ſtatuta per illuſtriſſimum Principem *Henricum* dei gratia *Francie* & *Anglie* Regem quintum, in guerris ſuis edita, que alias mandato domini mei Comitis Sarisberienſis, ego de Anglico tranſtuli in Latinum.

num. § Jam redire oportet ad declarationem nobilitatis,ut ſupra in diffinitione ejuſdem, in qua habetur *ultra honeſtas perſonas plebeas*: hoc ideo dico quia plebeorū quidā dicuntur honeſti, & quidam viles, ut *C. de dignitatibus l. nullus & F. de penis l. capitalium* § 1. *cum ſuis concordanciis*, & licet honeſti ſint magis accepti quam viles, tamen propter hoc non ſunt nobiles, nec deſinunt eſſe plebei. § Requiritur ergo quod talis nobilis ſit acceptus ultra honeſtos plebeos. De iſta materia plene vide *D. Barth. in l. Labeo F. de ſupell. leg.* Ulterius in diffinitione *acceptus*, hoc ideo dixi, quia nobilitas conſiſtit in hoc, quod ſuperior facit quod eſt ſibi gratum & acceptum, ut ſupradictum eſt. Et de iſta acceptione patet, quod tales Principes aut Domini ſuos ſic acceptos nobilitantes ſolent in illa nobilitatione certum Feudum eis aſſignare, quod quidem Feudum eſt nominatum & vocatur Feudum ligeum.

CAP. XVII.

De Feudo ligeo.

DE feudo autem ligeo in duobus locis textum invenimus, unus textus eſt in *c. paſtoral. Extr. de re judic. in cle.* § *denique*, ubi dicitur Rex ipſe noſter & eccleſie Romane ratione regni predicti notorie ſubditus eſt homoque ligeus & vaſſallus. Alius textus invenitur *in titulo de quibuſdam aliis extraordinariis capitulis feudorum*, que capitula ſunt Extravagantia, nec ſunt in corpore decime collationis: tamen notabilia ſunt & vera & ea tanquam ſolempnia & legitima capitula allegat ille, qui fuit precipuus ſummiſta in materia feudorum, videlicet *D. Jacobus de domino Ardiſone Veronenſi*, In *Anglia* autem quando dominus Rex aliquem nobilitat, ſolet una cum feudo, ut predictum eſt, ſignum hoc eſt, liberatam ſuam nobilitato condonare, que liberata eſt unum collarium cum literis S. de auro vel argento fabricatum. Rex autem *Francie* dat pro ſuo ſigno ſive liberata unum collarium factum de ſiliquis geneſte de auro ſimiliter vel argento. Rex eciam

Cipri ſolebat dare pro ſigno ſuo ſive liberata unum gladium aureum vel argenteum prout convenit. Sic Rex Romanorum ſolebat dare ſuis pro ſigno unum ſerpentem, ex cujus dorſo inſurgit quedam crux florida patens de Auro ſimiliter vel argento. Rex eciam *Scocie* dare ſolebat pro ſigno ſive titulo ſuo unum collariũ de gormettis frenalibus equorum de auro vel argento, & ſic de aliis regibus mundi; ſet multociens dubitatur de iſtis ſignis ſive titulis. Et quia omnia ſigna ſive inſignia ex aliquo dependent titulo; § Primo quid ſit titulus reſpiciamus. Et quidem ſi congrue ſcribere valcam, expedit equivocationem tituli prenotare. Nam titulus multipliciter capitur in jure. Aliquando tantum valet ſicut ſignum rei appoſitum, ut ſcutum vel vexillum, ut notatur in textu. & *glo.* 16. *q.* 6. *conſuetudo*, & *C. ut nemo privatus. l.* 2. § Secundo modo dicitur titulus omnis cauſa adquirendi dominii, ut dicimus in preſcriptione que requirit bonam fidem & juſtum titulum, ut *Inſtit. de preſcript. & in ca. ſi diligenti Extr. de preſcripc.* & *in ca. pr. Extr. eod titulo in* 6. § Tercio dicitur titulus idem quod eccleſia, ut titulus Sancti *Petri*, de quo titulo nichil hic, ſed de primo titulo, prout titulus ſumitur pro ſcuto, vexillo, aut ſigno. Primo ſciendum eſt quod titulus ſive ſignum dicitur illud quod ſeipſum offert viſui, & aliud repreſentat intellectui, ut patet per magiſtrum ſententiarum *li.*4. *d. prima*, ut cum talis Rex vel Princeps aut nobilis quiſcunque in campo fuerit armatus,non cognoſcitur a plebeo niſi indutus fuerit tunica ſuis Armis depicta, vel niſi ſcutum armis ſuis depictum habuerit ſeu vexillum. § Sic ergo cum fuerit ſignum, id eſt, tunica ſcutum vel vexillum rei hoc eſt perſone armate appoſitum, ſeipſum offert viſui, ſet aliud repreſentat intellectui, videlicet ipſam perſonam armatam, que aliter non cognoſceretur niſi per illud ſignum. Signum tamen aliquando certis perſonis imponitur in obprobrium propter aliquod delictum,ut *Extr. de crimine falſi c. ad noſtram*, de quo non intendo hic ulterius tractare. Inſuper quia omnium Chriſtianorum regum Arma ſunt ſufficienter cognita, non intendo de eis hic tractare, hanc materiam relinquens Haraldis quibus neceſſe eſt illa cognoſcere

noscere ut est notum. § Notandum tamen est quod ista signa ut predixi regia, prout signum accipitur pro sua liberata, non sunt sua Arma vel bagia, set solummodo liberate, & sic sunt signa per que ipsorum nobiles feudatarii & vasalli ab aliis cognoscuntur. Ex quibus jam insurgit questio, utrum nobilitatus per unum Principem & ratione feudi suus vasallus portans liberatam ejusdem, poterit alterius Principis vel Domini liberatam recipere, & sic vasallus esse & homo ligius plurium dominorum ratione diversorum feudorum ab eisdem receptorum? Et si sic, tunc cujus effectus erit suum homagium quod utrique dominorum suorum tenebitur tunc prestare. § Secundo utrum prestans homagium vel juramentum ligium pro certo uno & determinato feudo ligio, reliqua patrimonia & cetera bona que ille prestans dictum homagium ligeum habet extra illud feudum, & que non tenentur ab aliquo alio domino in feudum, nec aliter obligentur in aliquo illi domino cui dictum homagium ligeum prestatur, & si in aliquo obligentur in quo & in quantum? Pro quarum quidem questionum declaratione, primo textum suppono *tituli de quibusdam aliis extraordinariis ca. in C. siquis videlicet.* § Si quis investitus de feudo ligio pro quo contra omnes homines fidelitatem domino debet *Lucio* & *Ticio* ex se descendentibus filiis sibi heredibus institutis, vita decesserit divisione facta. Si ad solum *Ticium* feudum pervenerit, rationabiliter placuit eum solum fidelitatis sacramento esse obnoxium ad quem solida feudi jura transierunt. Quod si ab alio domino *Lucius* postea feudum per investituram adquisierit, pro quo similiter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit, decedente *Ticio* sine liberis, ad quem devolvatur feudum quod ex divisione habuerat, an ad *Lucium* fratrem, vel ad dominum queri potest. Et cum placeat quem ligium hominem duorum esse non posse, videri potest feudum ad dominum pertinere; Sed rectius visum est feudum quod per investituram adquisivit impedimento ei non esse, licereque ei per substitutum acceptabilem domino priori servire.

CAP. XVIII.

Quid sit feudum ligium, homagium, & fidelitas.

Ex precedentibus apparet quid est feudum ligium. Nam feudum ligium est, pro quo vasallus investitus contra omnes homines fidelitatem domino debet. Et hoc est si queratur quid est. Sed si diffinitive queratur quid est ligium feudum, sive ligeitas, Respondeo, quod nichil aliud est quam suprema fidelitas, sive supremum homagium contra omnes homines, nullo excepto. Et rursus, si queratur quid est homagium, Respondeo, quod homagium idem est quod sacramentum fidelitatis, quod fit pro aliquo feudo, ut notatur in *c. ultimo Extr. de regulis juris in antiquis.* § Differt tamen homagium a fidelitate, quia homagium est ille actus prestationis juramenti cum sua solempnitate, & fit in principio, set fidelitas est obligatio permanens, habens perseverantiam & tractum temporis, sicut contractus quoad volatum verborum transit in instanti, ut emere: sed illa emptio vel vendicio perpetuo manet, ut subtiliter notatur 8. *d. cui. F. de Instic. & Jur. l. ex hoc Jure facere*; Ergo non durat in tractu temporis, set factum esse jugiter perseverat, ut *C. de ac. & oblig. l. sicut F. commodati l. in commodato* § *sicut* & *F. de captivis l. in bello* § *facte.* § Apparet ergo ex predictis quid est homagium, & quid fidelitas; Verumptamen ad hoc sciendum est, quod fidelitas est duplex quedam superior, ut in feudo ligio, & alia inferior. Feudum enim ligium consistit in superiori fidelitate, que debetur Pape, Imperatori, vel Regi, vel si quis alius sit qui non recognoscit superiorem: vel si recognoscat, tamen recognoscitur secundum quid & non simpliciter. Sic ergo scias, quod omne feudum licet non exprimatur ligium, tamen est ligium, ut quando fidelitas juratur Principi, quia ex natura predominantis Principis est quod non excipiatur ullus homo, ut *C. de legi. l. finali* & in *c. pr. de natura feudorum coll. x. &c. Imperialem* § *fide prohibit. feud.* alias per *Fredericum*, presertim eum Princeps concedit regalia, sicut sunt omnia que pertinent ad statum

ſtatum Imperii, ut tributa & ſimilia. § Item ſicut eſt ducatus marchia Comitatus,& alie dignitates ſimiles, quecunque modo uſus vocet eas. Nam realitatem pocius inſpicimus, quam nuda rerum vocabula, ut *C. de teſtamentis l. quoniam indignum*, verbi gratia, ſi dolphinatus ſit nomen dignitatis,vel vocetur banus ſicut in *Hungaria*, certe in hoc non eſt vis. Si quis autem acciperet feudum ab aliquo vaſſallo, ſi de facto eciam juraret fidelitatem ei contra omnem hominem, tale feudum non eſt ligium, quare conſiderandum eſt quod textus dicit, contra omnes homines fidelitatem debet, ſet talis non debet fidelitatem contra omnes homines, quia impoſſibile jurat, ergo feudum non eſt ligium, quia impoſſibile juramentum non habet vigorem *F. de le.* 1. *l. ſi quis inquilinos.* § Preterea Princeps ſemper videtur exceptus, ut juramentum non ſit iniquum, ut in *dict ca. Imperialem* § *ſi. de prohib. feud.* alias per *Fredericum*, vel poſſumus dicere,quod ſit feudum ligium ſecundum quid, id eſt, contra omnes homines alios, excepto Principe. Nec eſt hoc novum. Nam quedam ſunt que non ſunt vera ſimpliciter, & tamen ſunt vera ſecundum quid, ut *F. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum* § *creditor*, ubi creditor habet poſſeſſionem & uſum rei, & tamen non vere poſſidet, quia debitor eſt verus poſſeſſor, ut *F. uti poſſidetis l. ſi duo* § *creditores & F. de adquirend. poſſ. l. qui pignor.* ſic in omni juramento ligio tacite exeipitur illa fidelitas debita domino ſuppremo. § Et breviter ſcias, quod qui fidelitatem alicui jurat, ſex capitula in memoria habere debet, ut 22. *q.* 5. *de forma &* Extr. *de Jure-jur. c. venientes &* 11. *q.* 3. *c. qui reſiſtit. in c. In epiſtola Philippo de nova forma fidelitatis.* *In li. feudorum coll.* 10. ubi habetur in juramento fidelitatis, quando aliquis domino ſuo fidelitatem jurat,iſta ſex in memoria habere debet; *Incolime, tutum, honeſtum, utile, facile, & poſſibile.* § *Incolime*, videlicet, ne ſit in dampno domino ſuo de corpore ſuo. *Tutum*, ne ſit ei in dampno de ſecreto ſuo, vel de ſuis munitionibus, per quas tutus eſſe poteſt. *Honeſtum*, ne ſit ei in dampno de ſua juſticia, vel de aliis cauſis que ad honeſtatem ejus pertinere videntur. *Utile*, ne ſit ei in dampno de ſuis poſſeſſionibus. *Facile, vel poſſibile*, ne

id

id bonum quod dominus suus facere poterit leviter faciat ei, nec quod possibile est domino suo sibi reddat impossibile. § Sic ergo honestas & possibilitas in omni juramento intelliguntur, ut 22. *q.* 4. *unusquisque*, & Extr. *de Jurejur. c. quemadmodum.* Idem sacramentum prestant Archiepiscopi domino Pape *Extr. de Jurejur. c. ego*, & 23. *d. quamquam. Idem Imperator. Pape* 63. *d. tibi domino*, videlicet quod in istis sex jurabit Papam, & contra quemlibet causa propria patrie & parentum dumtaxat excepta, ut *F. de Religiosis & sumptibus funerum l. minime per Bartholum.* Ista predicta sex capitula ponuntur in canone 22. *q.* 5. *c. de forma.* Sic ergo declarato quid est ligium & legeitas, satis apparet ex natura obligationis qualis censeatur esse contractus & cujus nominis. Nam sicut nomen contractus habet obligationem denominare, ita econtra, ut *F. de prescript. verbis l. Insulam.* Hec autem dicta sunt pro declaratione primi puncti, quare concludo, quod ligium non est aliud quam homagium contra omnem hominem. Sed forte queris quomodo homagium sit Regi cum subsit Cesari. Respondeo, eciamsi de jure subsint Reges Cesari tanquam deo in terris, non tamen dicitur orateo generalis infringi, quia deus & Cesar non faciunt fallere regulam, sed ei tribuunt intellectum Juris & Justicie arg. *F. de le.* 1. *l. apud Julianum* § *fi.* & Extr. *de Jurejur. c. quemadmodum.* Et ideo omnes Principes immediati Cesari quocunque vocentur nomine tanquam pars sui corporis sunt, ut *C. ad legem Jul. magestat. l. quisquis*; & possunt habere vassallos ligios cum tali tacita conditione, ut supra dixi. § Modo venio ad secundum punctum, quo queritur quid importat dictum verbum ligium de jure sive legeitas ultra conditionem & naturam aliorum feudorum in 10. *collatione designatorum.* Circa quod dicendum est quod quedam sunt nature feudorum generales, & quedam singulares, que quidem singulares nature proveniunt ex pactis; quedam vero ex alio proveniunt capite, quantum ad naturas generales feudorum, sicut est adquirere per investituram traditivam vel equipollentem. Et voco equipollentem fictam traditionem, in casibus consuetudine feudorum approbatis, ut in *c. pr. quid sit investitura* 10. *coll.* & in

Authent.

Authent. de consuetudine recti feudi c. sciend. coll. 10. Item sicut est adquisitum retinere,& ad filios transmittere,si heredes sint, quia iste casus est indubitatus in *c.* 1. *an filius vel agnatus coll.* 10. § Item in admittendo per feloniam contractus, & per feloniam delicti, ut in *c.* 1. *que fuit prima causa benefit. am.* & in *c.pr. quibus modis amittitur.* Item de generali est sortiri preconium singulare quod non est in aliis contractibus, ut *Extr. de Judic. c. ceterum*; videlicet si est controversia de feudo inter duos vassallos, Domini sit cognitio; si vero inter dominum & vassallum, tunc cognoscunt pares curie, ut in *c. Imperator Fredericus* § *si de feudo*, & idem ubi est contentio inter eos qui proprie dicuntur capitanei, ut Duces, Marchiones, Comites, Barones, & eis similes, Imperator vel Rex a quo judices, ut in *c. pr. apudquem, vel quos*, & in *c.* 1. *de lege corradi*, & plene per *Jac. de Bello visu* & *D. Baldum* post eum in *c. pr. de investitura in maritum facta* § illud tamen sciendũ, Et multe alie nature generales, tam affirmative, quam negative, sunt in feudis, quedamque consistentia eis attributa preter aliorum contractuum naturam § simile dicit lex in emphitiosi, ut *C. de jure emphitiotico l.* 1. Dico igitur quod in communi natura nil distat feudum ligeum a feudo simplici, set bene discrepat in homagio, quod juratur fidelitas contra omnem hominem. Item differunt in dignitate & nobilitate, ut in *c.* 1. *quis dicatur dux marchio, vel Comes coll.* 10. § Item forte differt in hoc, quia vassallus ligeus non potest dicere domino suo priori, tu injuste contendis cum domino alio, immo precise compellitur dominum suum priorem juvare, quia uti juravit, ita jus esto, ut *Extr. de restit. spol. c. cum olim cum juraverit Principi, F. ad sillianum l.* 1. *juncta l. metum F quod metus causa*, quia habet feudum, & bene de ista materia in *c. solicite Extr. de majorit. & obed. &* 14. *q.* 3. *c. fortitudo.* § In vassallo autem non ligeo adhibetur distinctio in *c. Domino guerram movente* & *c. in principio tituli sub rubrica hic finitur lex*; *demum consuetudines regni incipiunt*, &c. potest Princeps dicere, *qui mecum non est, contra me est*, ut notatur, *C. de Judeis l. celicolarum.* § Item est manifesta differentia quam faciunt textus preallegati extraordinarii capituli, quia

quia unus homo non poteſt eſſe ligius dominorum duorum pro diverſis feudis, niſi hoc contingat ratione ſucceſſionis, & ſic nota ex principali propoſito, ut dicit notabile caſum predictum; & per hoc eſt reſponſum eciam ad tercium punctum: Sed tamen unum reſtat declarandum. Nam in feudo uno poteſt quis habere plurima feuda, omnia ſub juramento fidelitatis, tamen antiquiorem Dominum debet juvare. Nam ſenior eſt cunctis merito preferendus, in *c. contra omnes in titulo hic finitur lex*, ubi talis reperitur textus, *contra omnes debet vaſſallus dominum juvare, eciam contra fratrem & filium, niſi contra antiquiorem Dominum; hic autem cunctis preferendus eſt.* Et hec ſunt verba textus, Et concordat textus *Extr. de appell. in c. ut debitus*, & *Extr. de reſcriptis c. ut duobus l. 6. & C. qui po. in pign. ob. l. 2. &* per *D. ſpeculatorem titulo de feudis § 12. queritur.* § Tamen aliud vult *Dominus Dynus* in *l. ſi quis in gravi § ſi cum omnes domini al. in § ſi maritus F. ad ſillianum*, ubi dicitur ſervus duorum dominorum, videns utrumque in periculo, eligere poteſt quem vult prius juvare, ut ibi. Solutio, idem crederem ego ſi mandata predictorum Dominorum ſimul veniant ad vaſſallum, vel ſi neuter ipſorum Dominorum fuit prior in tempore, ſicut in ſervo, ut in contrario. Sed ſi appareat prioritas in tempore, tunc obſervantur contraria prius allegata & locum habent. Pone ergo quod *Ticius* habet a Marchione in feudum Caſtrum ſancti *Stephani*, & a Comite *Baldvyno* Caſtrum *Bald.* § Queritur nunquid Marchione guerram movente contra *Baldvynum* ſolum antiquiorem debet juvare? Reſpondeo, ut predixi, ſi appareat prioritas, tunc de perſona ſua debet ſolum antiquiorem juvare *ſ. de perſonali intereſſentia F. de judic. qui prior, F. qui potiores pignorac. hab. l. qui balneum* & *l. qui potior.* Nam propria perſona eſt honorabilior, gratioſior, & magis accepta, tam de jure quam de facto dominis ſuis, quam ſi mitteret ſubſtitutum in quo non poſſunt ita veteris nobilitatis inſignia coruſcare, aut virtutum preconia, abſque eo quod in ipſis principalibus ſolet eſſe major induſtria & experientia probabilior, ut *C. de caduc. tol. l. ne autem* & *l. inter artifices F. de ſolutionibus*, unde citius poteſt occurrere & ſuccurrere,

rere, & precipue in factis armorum, in quibus consilium in arena sumitur, ut naturaliter patet. § Et multociens videtur, quod factum per alium non potest esse ita acceptum, ut si factum fuisset per seipsum, quia cavetur in jure, quod factum ab eodem diversis temporibus non representat idemptitatem ejusdem facti, ut *F. d. condic. inde. l. si non fortem* § *libertas*, & *in Authent. d. fid. instr. in principio.* Sed pro ista materia vide *legem nemo F. de duobus reis* & *F. de vi armata l.* 1. § *deiecisse* & § *quod dicitur.* Et si quando necessitas, que legem non habet, faciat quod debeat mittere substitutum, mittet quem potest nobiliorem, sed in talibus consuetudo inspicitur, & ideo usus feudorum appellatur, ut in *c. libertus, de feudi cognitione coll.* 10. & *ar. l. venditor* § *si constat* F. *coi. prediorum*, ubi textus dicit, quod *servanda est consuetudo lapidicinarum.* § Set dicet forte aliquis, Quo jure probas hanc distinctionem, & diversitatem distinguendo personas? Respondeo, quod persona est unum quid individuum, & ideo eam conservant ambo domini, set per prius prefertur prior, F. *locati l. in operis*, set in rebus non est ita, quia prior solus, & secundus solus, & non circa idem, nam separatorum seperata est ratio, ut F. *de columpniatoribus l. hec actio.* & *C de donac. inter virum & uxorem l. si maritus*: sicut in hoc exemplo; Unus donat mihi feudum, alter donum: hic non est prioritas, nec posterioritas, quia ista sunt nomina relativa ordinis circa eundem effectum, ut in *l. qui duos* F. *de re dub.* dum dicit qd. quod principium est, aliud ante se habere non potest. Et nota quod hoc relativum quod est relativum substancie, ut notatur in *l.* 1. *C. de sentenc.* que pro eo quod interest ad si. in verbo proferuntur per *Accursium.* § Set modo videamus si est ita in feudo ligio, & dico quod non. Nam ita debet servire primo, quod nullo modo debet servire ejus adversario scilicet domino secundo: quapropter cum non possit servire secundo, debet dimittere feudum. Nam contra naturam est, quod ille gaudeat beneficio qui non potest servicium exhibere, ut in *c. pr. de eo qui arma bellica deposuit, coll.* 10. & *c. de sac.* & *l. qui sub pretextu*, & plenissime, vide pro ista materia in *c. eam te Extr. de jurejur.* per *Hast.* & *Joh. Andr.* Et

G imputet

imputet sibi ipsi qui se astrinxit ad istam perplexitatē per Juramentū ligiū ar. F. *de fals. l. qui duobus.* Nec tenetur dominus hoc casu admitere substitutum, vel acceptare, quia non debet esse auctor perjurii. Nam longe aliud est per se facere, quā per aliū facere, ut F. *de soluc. l. inter artifices*, quia eligitur persone industria, ut supradixi. § Nam solū hoc permittitur, quando ex incidenti preter culpā suā incidit vassallus in hanc necessitatem ratione successionis, ut in dicto extraordinario capitulo elegāter nos docet auctor textus. Verumptamen quod fuerat nomen illius auctoris ignoro. Set certe non fuit *Egbertus*, quia ille ponit nomen suum: unde puto, quod fuit *Gerardus Gagapisti*, vel saltem alius authenticus. § Potest eciam quis accipere simul a pluribus feuda, ut ex eorum consensu forte. Et tunc equalis omnium causa est, F. *de pign. ac. l. aliena § pluribus.* Et hoc casu de persona sua habet electionem cui servire voluerit. Et si eligat unum ad serviendum ei, debet alteri servire per substitutum, ut supradixi. Nec per hoc dicetur sibi ipsi contrarius, quia hoc facit ex natura contractuum licitorum, & causa sui juris conservandi, ubi enim agitur de jure conservando, non refert per quam fiat, dummodo juxta effectum contractus fiat, ut F. *de v. ob. cum servus.* Et idem dico quantum ad serviendum per sustitutum, sive simul, sive non simul. Et quoniam idem corpus non potest esse simul in diversis locis, ut F. *commodati l. ut certe si duobus vehiculum.* Primo Domino personaliter & proprie, secundo vero domino serviet ymaginarie per sustitutum, qui est ejus ymago, tamen nature veritatem non habet, ut F. *de Relig. & sumpt. fu. l. ossa § fi.* & *C. de caduc. tollendis l.* 1. *§ ne autem*, & F. *d. indebiti l. si non sortem § libertus.* § Et sic quod non potest fieri in eodem, fiet in consimili, ut F. *de constituc. Principum l. qui autem § sed & quis*, ibi dum dicit aliam personam non minus idoneam. § Ulterius scias, quod quantum ad istud homagium ligium, dictum illud *Speculatoris* est notissimum in titulo *de feud. § quoniam* 5. & nota, ubi sic inquit, *Et nota quod est homagium ligium quod solum fit Imperatori, vel Regi, nullius alterius fidelitate salva.* Sic ergo nota, quod illud quod fit aliis non dicitur proprie ligium,

quia

quia fit seu juratur salva Imperatori vel Regi fide debita, ut *in li. feudorum de prohibita feudi alie. c. Imperialem in fi.* Quod eciam observatur in *Anglia*, ubicunque juratur, & fit homagium, semper excipitur fides debita domino Regi. Multi tamen putant ligium homagium esse, quando vassallus mittit manus suas junctas intra manus domini, & sibi homagium facit, ac fidelitatem promittit: sic oscula dant invicem, non tamen est ibi homagium ligium, ut dixi. Et sic juratur. § *Ab ista hora in futurum homo tuus devenio, & tibi domino meo fidelitatem promitto, fide Domino meo Regi debita semper salva.* Que quidem exceptio nunquam fit in ligio. Et tale juramentum potest quis facere secundo, salva fidelitate primi, & tercio salva fidelitate primi & secundi. Et ulterius si necesse fuerit. Nam primum est licitum juramentum, & secundum eciam est servandum, *Extr. de Jurejur. veniens, &c. eam te in fine*, set istud pro spiritualibus fieri non debet, *Extr. de regul. jur. c. fi.* & *Extr. de re judicat c. pastoral.* § rursus per *Ioh. an. in cle. & de simonia c. ex diligenti post principium*, & per eundem in *Novella Extr. de statu monachorum c. recolentes verbo omnia.* Item ratione feudi potest dominus precipere sub debito fidelitatis, sicut Prelatus sub debito obedientie. *Extr. de foro compet. transmissa super verb. fidelitat.* § Quidam eciam dicunt, quod duplex est homagium; unum quod dicitur ligium, in quo nullus excipitur quantum ad verba, tamen ad mentem illi qui suppremam & generalem habent Jurisdictionem, puta Imperator, vel Rex, intelliguntur excepti, *Extr. de Jurejur. c. venientes*, contra quos non tenetur quis dominum suum juvare. Aliud vero est non ligium, quando videlicet aliquis excipitur, ut predixi. § Dicitur autem homo ligius, id est, homo ligatus domino suo, vel ligius quasi legalitatem continens. Quod autem in *Ytalia* & alibi vocatur vassallagium, in *Francia* & *Anglia* vocatur homagium. Porro *D. Ioh. de Blanosco* in suo tractatu de feudis & homagiis compilato, unde *D. speculator* colligit, quod sequitur in *suo speculo in* 2. *carta verb. viso igitur sic inquiens.* § Notandum est quod duplex est homagium, Quoddam est ligium, quod legalitatem, id est, fidelitatem gerit. Nam

homo ligius adversus omnem hominem fidelitatem gerit domino suo. Et ita in homagio ligio nullus excipitur quantum ad verba. Tamen quantum ad intellectum, illi qui habent generalem Jurisdictionem, ut Imperator & alii Reges intelliguntur excepti. Nam contra illos non tenetur dominum suum juvare, ut dixi supra. § Et per hoc notatur & apparet, quod quis non potest facere homagium ligiũ duobus, set tantum uni, ut predixi. Est autem homagium non ligium, quando aliquis excipitur; verbi gratia; *Facio tibi homagium, excepta fidelitate quam debeo domino meo suppremo*, ut Imperatori vel Regi: vel isto modo; *Facio tibi homagium hoc, excepto quod possum mihi dominum constituere contra quem nolo teneri te juvare.* Et idem esset si exciperetur alia persona, ut *Facio tibi homagium, hoc excepto quod contra talem nobilem nolo te juvare.* § Hec autem sunt verba *Iohannis de Blanosco* ad literam *speculatoris*, & *Domini Martini de Fano*; a quorum dictis non judico fore recedendum. Conclusionaliter ergo apparet, quod sive dicatur quod fidelitas ligia est servitus, ut *Extr. de actu c. veniens.* sive dicatur quoddam servire, quia vassallus non minuitur capite cum ligius strictiori vinculo est ligatus, quia contra omnem hominem excepto deo in celis, & deo in terris, id est Imperatore, vel eo qui est in suo regno Monarcha, sicut est Rex *Francorum*, & Rex *Anglie*, & si qui fuerint qui libero fruuntur Imperio. Idem tamen est in liberis populis juxta notata *F. de captivis & postliminio reversis l. hostes.* Sed videamus an sit differentia in hiis que sequuntur. Consuetudines feudorum dictant, quod vassallus potest renunciare feudo, & redit feudum domino, ut *in c. q.* § *ultimo de vassallo qui contra consuetudinem Lotharii*: unde non immerito dubitatur, an idem sit in feudo ligio? Pro cujus questionis intellectu oportet scire, an primum suppositum sit verum; & videtur quod non: quia contractus feudalis secundum omnes Doctores quasi est contractus nominatus, quia habet proprium nomen, & parit actionem, sed in contractibus nominatis non habet locum penitentia, ut *C. de accion. & obligac. l. sicut.* Nec obstat si dicatur quod ex feudo oritur condicio ex moribus, sive condicio ex lege *Frede-*

rici,

rici, vel *Conradi*; quoniam ex donatione oritur conditio ex lege, & tamen hodie eſt contractus nominatus, ut notatur in *l. finali. F. de conditionibus ob cauſam.* § Item compromiſſum eſt contractus nominatus, & tamen ſi eſt compromiſſum, ex nudo pacto oritur condicio ex lege, ut *C. de arbitris l. penultima.* Signum autem quod ſit contractus nominatus eſt, quia non habet locum penitentia, immo committitur pena. Item ſi dicamus quod iſte contractus ſit innominatus, ſive nominatus, aut anomalus, quia plura ſunt negocia quam vocabula, tamen hinc inde ſervari debet equalitas, *F. de arbitris l. ſet interpellatus § ſi ab altera.* Sed ita eſt quod dominus non poteſt reſilire a conceſſis, ut in *c. 1. de forma fidelitatis*; ergo nec vaſſallus, quia ſi ſic, tunc ſequeretur quod vaſſallus majoris eſſet auctoritatis quam dominus, quod eſſet innaturale, & abſurdum: igitur, &c. § Item cum perfecte nata ſit obligatio, & actio alicui domino radicata, non poteſt poſtea tolli voluntate unius, ut *F. de negoc. geſt. l. Pomponius ſcribit*: igitur, &c. § Item grave eſt fidem fallere, *F. de conſtituc. pec. l. 1. in principio*: unde plerumque infamia ſequitur infidos, F. *de infamibus l. furti § mandati.* Dominus *Barth.* ad precedentia argumenta ſic reſpondet. Aut loquimur in contractibus nominatis, & non eſt locus penitentie in eo, in quo eſt obligatio contracta, ut in *l. ſicut* F. *de act. & oblig.* & *l. in commodato § ſicut* F. *commodati*, & hoc nunquam fallit: Aut loquimur in contractibus innominatis: Et tunc aut ſunt celebrati cauſa dirimendarum litium, & tunc non eſt locus penitentie, *C. de tranſact. l. quamvis.* Aut non celebrantur cauſa dirimendarum litium, Et tunc. Aut in nulla parte aliquid eſt impletum, & abſque dubio locus eſt penitentie: Aut ex utraque parte aliquid eſt impletum, & non eſt locus penitentie, quia obligatio eſt perfecta, ut in *l. ex placito C. de rerum permutac.* Aut ex una parte aliquid eſt impletum perfecte, et ex alia non: & tunc ſupereſt facultas implendi, & eſt locus penitentie, ut F. *de conditione cauſa data cauſa non ſecuta in l. 3. § ſed & ſi tibi.* Aut non ſupereſt facultas implendi, Et tunc. Aut non ſupereſt modo, nec unquam fuit facultas implendi de jure vel de facto. § Aut ab

ab inicio fuit facultas, & postea desiit. Primo casu, aut ille qui implevit fuit sciens, & non est locus penitentie, aut fuit ignorans, & tunc secus. Ex parte vero recipientis non distinguitur scientia vel ignorantia, ut in *predict. l.* 3. § *si liber homo.* § Secundo casu potest penitere, dum tamen indempnitati adversarii consulatur; non autem potest repeti quasi causa non secuta. Et ubi facultas implendi deficit post moram adversarii ex parte implentis, ex parte vero ejus cui est impletum nullo modo locus est penitentie, sed ista solutio non placet *Jacobo de Bello visu in li. feudorum c.* 1. *de vassallo qui contra constitutionem Lotarii &c.* ubi ipse tangit hanc questionem, & clarius in *c. ultimo in e. li. feudorum de capitaneo qui curiam vendidit.* Tu tamen dic, Aut feudum est simplex & in determinatum, propriam habens naturam, aut est occasionatum & determinatum, nec habet simplicem & propriam feudi naturam. Primo casu potest refutare feudum domino invito indistincte, ut in *dict. c. de vassallo qui contra constituc. Loth.* Secundo casu non potest, ut in *preallegata lege, sicut C. de act. & ob. cum concordanciis:* & est ratio, quia primo casu non est obligatus cum effectu, sed solum astrictus servire juramento, & naturali jure seu instinctu nature propter beneficium quod recepit a domino, ut F. *de petic. heredit l. set & si lege* § *consuluit,* & ideo potest refutare feudum, & solum deum habet ultorem si fidelitatem non servaverit, *C. de Jurejur l.* 1. *&* 2. § Et hic in juramento inest quedam tacita conditio, scilicet si res in eodem statu permanserit, & feudum retinuerit, *ar.* 22. *q.* 2. *c. nequis,* & *Extr. de Jurejur. c. quemadmodum maxime,* quia videtur esse sibi datum feudum quamdiu habere voluerit, ut in *dict. ti. de vassallo qui contra constituc. Loth.* igitur & juramentum quod accessorium ejus videtur prestitisse, eodem modo ar. F. *de usufruct. l. si absentem & l. cum fructuarius.* § Set in 2. casu est obligatus ex pacto civiliter & naturaliter, ut per stipulationem, vel per pactum appositum in traditione, ut *C. de pact. l. petens &* F. *de pact. l. in traditionibus C. de rerum permutac. l rebus:* & tenetur actione ex stipulata, si incertum est in stipulatione vel certi conditione, ubi certum vel prescriptis verbis actione, si stipulatio non intercessit,

ceſſit, vel ſecundum quoſdam certi conditione ex moribus, & ideo hoc caſu non poteſt refutari invito domino ar. *C. de tranſact. quamvis.* Vel diſtingue brevius. § Aut eſt feudum conceſſum ad certum ſervicium, & non habet locum penitentia; & eſt ratio, quia ſtatus obligationis eſt certus, & ideo ex poſtfacto non poteſt mutari *F. de verb. oblig. l. inſulam intra.* Aut eſt ſimpliciter conceſſum, & tunc poteſt renunciari, quia tacite ineſt hec condicio, ſi renuncietur. Et hanc tacitam condicionem inducit conſuetudo, ut in *dicto ca. de vaſſallo, &c.* & de capitaneo qui curiam vendidit, in *glo. ultimi capituli*, & ratio eſt, quia re deficiente, deficit & onus rei, ut *F. de uſufruct. l. cum uſufructuarius in l. ſi neque C. de ſervitur* & in *l. Ticius F. que res pignori oblig.* § Sed unum adhuc reſtat inquirendum, videlicet, quo titulo tale ut predicitur feudum, retinetur? Et reſpondeo, quod quodlibet feudum retinetur per inſtitutionem, inveſtituram, & miſſionem in poſſeſſionem. Inſtitutio, ut dicit *dominus Dynus in c. beneficium Extr. de regul. jur.* eſt Juris alicujus beneficii verbalis collatio. Inveſtitura eſt inſtitutionis ſeu collationis illius confirmatio, ſeu declaratio, per quam inducitur confirmatio. Miſſio vero in poſſeſſionem eſt precedentium, ſcilicet inſtitutionis & inveſtiture realis executio. Quod per ſimilia patet. Nam in inſtitutione heredis tria ſunt per ordinem obſervanda. Primum eſt Inſtitutio, que precedit diſpoſitionem verbalem. Secundum eſt Inſtitutionis irrevocabilis confirmatio, que contingit per conſequens factum, & per hereditatis vel feudi vacationem. Tertium eſt inſtitutionis, & inveſtiture, ſive confirmationis executio, que contingit per aditionem hereditatis, & per ſubſequens adminiculum, ſcilicet per apprehenſionem & poſſeſſionem corporalem, licet illa verba non ſint neceſſaria ad adquiſitionem poſſeſſionis, *C. de teſtamentis l. olim, de adquirenda poſſ. l. cum heredes, in princ.* & de *bo. poſ. l. pr. & 2.* Et idem eſt in datione tutoris. Nam datur aliquando tutor a teſtatore: ſed datio illa verbalis confirmatur a judice, ut patet *C. & F. de confirm. tutorum per proceſſum.* § Sed tertio ſequitur decretum Judicis adminiſtrationem concedentis *C. de arbitrio tutele l. ſi.* & in

Authent.

Authent. ut hii qui obligatos, &c. § *penultimo coll. 6.* ibi tradit curam ei qni ad eam accedit, *&c.* sic est in feudo. Nam primo est feudi concessio, 2. ejus investitura, que est precedentis concessionis confirmatio, & 3. in possessionem inductio, que est concessionis & investiture realis executio, ut patet per processum tituli *quid sit investitura coll.* 10. Et licet predicta non sint similia quantum ad omnia, similia tamen sunt quantum ad ordinem, successionem, & absolutam atque propriam significationem verborum. § Sed jam queritur si predicta locum habeant in feudo ligio: & puto quod non; quia talis contractus habet vim legis, ut *C. de donac. inter virum & ux. l. pe.* & *F. de publicanis l. Cesar in textu & glo.* & plene per *Barth. ibidem* & inferior non potest tollere legem superioris, maxime Principis, ut *C. de leg. l. pe.* & plene ibi per *Dynum*, & per Dominum *Cynum ibidem*: sic ergo patet differentia inter feudum ligium & non ligium. Et scias, ut notat *Innoc. in c. veritatis Extr. de dolo & cont.* Quod si dominus fuerit excommunicatus, suus vassallus liberatur a fidelitate durante excommunicatione, non obstantibus supradictis, & concedit *Johan. ibidem.* § Jam sequitur quartum punctum feudorum, utrum cetera bona vassalli ligii sint propter ligium juramentum affecta? Et dico quod non; immo sunt libera, sicut sunt bona castrensia, quia quoad onera creditorum, divisionem recipiunt, ut *C. de test. militar. l.* 1. & *F. e. l. si certarum, & peculia diversi generis F. de pecul. l. hinc queritur* § *potest F. de minoribus l. denique* § *set utrum*, unde ligius & non ligius in hoc differunt, quod omnes res sunt libere, que non sunt obnoxie servituti, ut *C. de servit. & aqua l. alcius F. de servit. rustic. prediorum l. certo genere.* Porro hii liberam habent testamenti factionem in rebus francis et liberis: Nam et ipsorum status in seipso liber est, ut notatur *Instit.* § *de jure personarum*, in glo. super verbo *Servi* § 1. que glo. incipit *sed quid.* De feudalibus autem testari non potest, ut in *c.* 1. § *ad hec de pace juramento firmanda*, licet quidā dicant, quod si esset feudum francū, posset testari in ecclesiā tanquā inter liberos salva proprietate domini & debitis serviciis. De hoc consuevit notari *Extr. de fide instrument. c. inter dilectos.* Quod mihi non placet

placet, nisi consuetudo hoc concedat, quia sic esset ablata domino spes consolidationis, cum ecclesia non desinit esse heres, ut in *c. si clientulus de feud. alien.* de hoc est *glo.* F. *de verb. ob. l. si ita quis* § *ea lege*, ubi vide plenissime de ista materia per *Barth.* & *in l. si ita quis* § 1. F. *de le.* 2. & per *Dy. in l. pat.* § *Jul.* F. *de le.* 3. & per *Cy. c. de condic. ob causam l. ea lege*, & per *Barth. in l. filius* § *deinde.* F. *de le. pr.* § Item videtur esse contra naturam feudi quod ecclesia succedat, cum ingressus monasterium deponat feudum, & non adquiritur ecclesie, ut in *c.* 1. *de eo qui arma bellica deponit.* Sed illud debet intelligi, quando est tale feudum cui non possit serviri per substitutum, F. *de pignor. l. ex vectigali, Extr. de probationibus c. in presencia, & notatur, C. de sacro, & Authent. ingressi.* Non tamen nego quin propter serviciorum re tardatam prestationem, vel propter ipsius feudi temerariam fruitionem, si quid deberetur nomine pene vel dampni, possit dominus recurrere super certis bonis sicut quilibet creditor, *c. de sacro, & Authent. qui res jam dictas*, F. *soluto matrimonio divortium* § *si fundum ad instar fructuarii.* Sic ergo finaliter nota, quod omnis qui non recognoscit superiorem in regno, potest licite recipere ligium juramentum, quod eciam tali legitime prestatur, alias non, ut patet ex predictis. Sed pone, feudatarius commisit delictum propter quod sua bona sunt publicata: queritur, an jus feudi publicabitur? Videtur quod sic, per textum *l. si finita* § *si de vectigalibus* § *de dampno infecto.* Idem videtur tenere *speculator de feud.* § *quoniam, versiculo* 40. Tamen quicquid ipse dixerit, textus est in contrarium; videlicet quod feudum revertitur ad dominum, vel ad agnatos. Et sic si vassallus privatur, tamen fisco non adquiritur, ut *in x. coll. si vassallus feudo privatur*, & si de feudo controversia fuerit *c. si vassallus culpa*, & de eo qui inter fratrem domini sui *c.* 1. *facit de probibit. feudi alien. c. Imperialem* § *illud quoque.* § Sed contra predicta videtur *glo. in lege. si quis in tantam, C. unde vi.* et *ibi Cynus, & Jac. de Arenis.* Respondeo, et fateor quod suo jure privatur, non tamen adquiritur offenso, sed ad dominum revertitur per jura predicta. Pro hac facit quod si vassallus efficitur clericus, vel Religionem ingreditur,

ditur, ſtatim perdit feudum, nec tranſit ad eccleſiam, ut in *Authent. de milite qui arma bellica. c.* 1. et eſt caſus, ſi de feud. controverſia fuerit, *c. ſi clericus coll. x.* et de beneficio inveſture *c.* 1. *in fine.* licet quidam diſtinguant in *Authent. ingreſſi prius allegata, ubi glo. tangit.* Et ratio hujus eſt, quia cum feudatarius debeat ſervitutem perſonalem, ut in *Authent. quibus mo. feudum amit. c.* 1. *coll. x. & que fuit* 1. *cauſa beneficii amittendi, c.* 1. et propter hoc habet utile dominium, non poteſt ſeparari a ſua cauſa: ſic ergo in fiſcum non tranſit illa obligatio fidelitatis que eſt mere perſonalis, ut in *Authent. de forma fidelitatis c.* 1 *.coll. x. igitur nec feudum.* Item quia alie ſunt opere unius, et alie alterius hominis, ut in *nemo eſt* F. *de duobus reis*, nec homo facit ad maliciam, an aliquis poteſt ſervire per ſuſtitutum, cum vaſſallus a feudo cadat, ut ſupradixi. § Dico ergo in propoſito, quod ex ſecundo decreto non tranſibit jus feudi in illum qui petit cavere de dampno infecto: quia tamen iſtud jus ſit unicum cum obligatione perſonali qua tenetur feudatarius, que obligatio non tranſit, nec poteſt tranſire, nec jus feudi erit; ergo forma ſecundi decreti hoc caſu quod hinc denegetur jus feudi cum in petitione transferatur poſſeſſio quam ipſe feudatarius habebat: ut clare probat dominus *Barth.* F. *de dampno infecto l. ſi finita § ſi que vel qua ſunt.* § Nec obſtat illa *lex pr.* F. *de fund. dotal.* quia ibi locatur in marito, qui plenum jus habet, et habet jus alienandi ex cauſa neceſſaria in eo qui habet fundum vectigal a civitate obligatione perſonali, quia habens fundum vectigal tenetur transferre feudum ad ſucceſſores, ut F. *de public. l. imperator*, merito tunc tranſit in realibus: Sed quero, quid ſi agatur contra feudatarium actione perſonali, utrum ex ſecundo decreto, vel in cauſam judicati poſſit feudum accipis. Dico quod ſic, ut tranſeat commoditas in alium, ipſe autem remanebit obligatus ad ſervicium, ut F. *de re judic. l. commod. C. de excepc. rei judic. l. ſtipendia.* Et ideo aliud in cauſa dampni infecti, quia cum ſecundum decretum interponatur ex vicio rei magis quam ab opere, non eſſet equum ut unus faceret ſervicia, et alius haberet commodum: Sed cum agitur pro obligatione perſonali, ceſſat iſta iniquitas.

Nam

Nam si ego servio, & creditor meus habet commodum, satis ego videor habere cum per hoc liberer. § Et eodem modo dico, quod si ageretur contra dominum in solidum, posset fieri missio ex secundo decreto in commodo quod percipit a vassallo, & contra patronũ in cõmodo operarũ quod precipit a liberto, licet hoc non potest credi, casus est F. *de adquirend. hered. l. pro herede § si quid tamen, & quod ibi notatur in magna glo.* Item pro hoc facit quod res alienari prohibita, alienari potest in hanc causam necessariam, ut *in l. peto § predium* F. *de le* 2. Ipse enim heres habere videtur, quando sui creditores habent. § Incidenter tunc quero, an propter prelati ingratitudinem donatio facta in ecclesiam possit revocari? Videtur quod sic, per *l. jubemus nullam C. de sac. ecclesiis. Tu dic.* Quod hoc potest dici verum quod ecclesia potest privari feudo propter prelati ingratitudinem durante vita prelati, quo tamen mortuo revertitur feudum ad ecclesiam vel successorem. De istis est *Barth. Instic. de donationibus § sciendum & conc. tex. in Authent. c. finali de capitul. Coraldi alias Conradi § & iterum coll. x.* ubi *Jacobus de Bello visu* optime tractat istam materiam cum suis incidenciis. Sed quid de feudo emphitiotico an publicatis bonis feudatarii transeat feudum in fiscum. § *Speculator* videtur tenere idem quod in aliis feudis in *dict. § quoniam, versiculo xl. in fine.* Tu tamen dic. Aut est emphitiosis ecclesie, & ecclesia potest repetere a fisco indubitanter casus est, *de alienatione emphitiotic. c.* 1. *coll. ix.* Aut est emphitiosis alterius privati, si quidem est talis emphitiosis que forte ex conventione transiret in alium extraneum heredem, tunc transibit in fiscum qui habetur, ut heres, *in l.* 3. *C. ad legem Jul. de* 6. *cum similibus ut in l.* 2. F. *de bonis dãpnatorum* & ibi bona glo. de hoc, & si dominus repetat feudum tanquam indebite alienatum non obstat, l. predict. ut dixi, quia hec obligatio personalis prosequitur possessorem: secus est in alio emphiteota. Hanc differentiam ponit *Cynus de Jure emphi. l. finali.* Sed certe *glo. ordinaria C. de fundis patrimonialibus l.* 1. *li.* 11. aliud innuit. § Ulterius quero quid de feudo linellario, de quo tangit *glo. C. de sacrosanctis ecclesiis Authent. ingressi,* & *Azo in summa C. locati.* cito post

principiũ dicit, quod ibi contractus eſt, quando vaſſallus locat ad xx. annos § *Cynus* eciam hoc tangit *C. de jure emphi. l. pr.* ubi dicit textus, *Illud quod datur a vaſſallo perpetuo ſub modica penſione dicitur linellus*, ut in *Authent. qualiter poterat olim feudum alienum, c.* 1. *in fi. coll. x.* & ideo non dicitur proprie emphitioſis, quia concedens non eſt dominus, nec concedit ut dominus, tam hodie hiis vocabulis abutimur, & pro eodem communi uſu loquendi accipitur, ſicut contractus emphitioticus. Set ſi vere ponam contractum linellarium, hec emphitioſis accepta a primo vaſſallo vel primo emphitiota, & alteri ſub vili precio, duorum forte denariorum, que valet C. ad xx. annos tradita contractum explet, & tunc in caſibus in quibus dixi ad dominum reverti, non revertetur ad eum qui dedit pro ipſo vili precio, ſed ad dominum primum, ut notatur in ſimili *C. de jure emphit. l. fi.* § Sed eſt caſus hodie de hoc de prohib. feudi alienac. *c. Imperialem* § *illud quoque coll. x.* Sed in hiis caſibus diſtingue pro rat. illius textus, & ſolvitur queſtio, ulterius quero, quid de feudo precario? *glo.* de hoc tangit *F. de dampno infecto l. ſi finita* § *ſi de vectigalibus*, et in *Authent. ingreſſi C. de ſac. eccleſiis*, et *Cy. in. l.* 1. *C. de Jure emphit.* Set certe hic non eſt contractus precarius, de quo loquitur titulus de precario: quia illud revocatur ad voluntatem concedentis. § Set eſt quidam contractus conceſſionis ad quinque in quinque annos, vel in majus tempus; Et iſtud nomen contractus eſt majus de conſuetudine quam de jure, ut *Extr. de precario c.* 1. *& ibi per Innoc.* tamen in omnibus, & per omnia, eſt ejuſdem nature cujus eſt emphitioticus. Et ideo quod ſupradixi hic repeto, & facit quod notatur in ſpeculo in *dict.* § *quoniam verſiculo* 40. Et nota ſecundum *Bernardum in c.* 1. *Extr. de precario*, quod precarium eſt quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui conceſſit pati vult; *con. F. de prec. l.* 1. § Superius jam vidimus quid eſt feudum, & quomodo adquiritur, & quomodo eciam retinetur. Reſtat jam videre ſi feudum poſſit alienari. Reſpondeo, quod neque feudum, nec minima pars ejus, ſine conſenſu domini alienari poteſt. Et ſi ſiat alienatio, id quod alienatum eſt ad dominum revertitur

titur

titur nulla prescriptione obstante, ut in *constit. Frederici de prohibita feudi alienac. per Fre. c. Imperialem.* De istis est *Host. in summa titulo de feud* § *quid hodie.* Sed nunquid potest feudum concedi in dotem? Distinguendum esse puto. Aut feudum est temporale, & tale potest dari in dotem usque ad mortem vassalli, & non ultra, nisi dominus consenciat, *Extr. de donac. inter virum & uxorem c. nuper.* Aut est feudum perpetuum & patrium, in quo succedit filius; & tale potest concedi in dotem, & eciam potest relinqui pro mortuario, *Extr. de re ecclesiastica non alienand. c cum laicis secundum Hostiensem.* § Et quod tale feudum possit dari in dotem, notat *Innoc. in c. nuper.* Set *Bernardus* notat contrarium, *Extr. de constit. c. que in ecclesiarum.* Et est textus pro eo *in libro feudorum, quibus modis feudum olim alienari poterat c.* 1. § *donare.* Et idem tenet *Speculator, in titulo de feudis* § *quoniam super homagio, versiculo xxxviii.* Set ad ista respondet *Henricus Bowyck Extr. de feudis c.* 1. dicens, quod hoc videtur verius, nisi in casu, ubi vassallus ipsium feudum daret uxori sue, ut sibimet reacciperet in dotem; quia tunc videtur ipsum alienasse proprie, set brevi manu ad eum revenire debere, ar. *F. de Jure dotium, l. licet* § *quociens quia non videtur versum, &c. F. de mihi rem verso l. si pro parte* § *versum.* Et ita loquitur *Innoc. in c. nuper prius allegato.* § Queritur ulterius, utrum vassallus possit sine consensu domini feudum alii in feudum dare? Et scias quod *Ber, Hostiensis, Iohan.* & multi alii dicunt quod sic, *Extr. de constit. c. que in ecclesiarum,* & hoc dummodo non infeudetur ecclesie, ut *ibi in glo. quia non est proprie alienatio,* & *de feudi alienac. c. clientulus.* Unde dic secundum *Henricus Bowyck ibidem,* quod jure antiquo novo & novissimo permittitur vassallo feudum suum alii in feudum dare, ut *in l. feudorum de controversia investiture* § *fi.* & qualiter olim feudum alienari poterat *c.* 1. *& per quos fiat investitura c.* 1. § *set & res.* Et si de feudo controversia sit *c. beneficium & de lege corridi c.* 2. § *similiter, & de prohibita feudi alienac. per* Fredericum *c. Impeialem* § *illud quoque precipimus* & § *callid.* Et hoc dummodo hoc faciat sincere & bona fide, non in fraudem, illud alienandi a domino, vel sub colore investitu-

re

re precio accepto illud vendere diſponat & diſſimulet in feudum, ſet equali perſone ſibi dare poteſt, & ea lege, qua ipſe dictum feudum habet, & non alia, ut in dictis capitulis manifeſte apparet, ſicut notat *ibi glo.* & *Jac. de Bello viſu clariſſime ibidem.* § Et notandum, quod ſi vaſſallus faciat pro feudo fidelitatem alteri quam vero domino, Ex hoc feudum incidit in commiſſum, quia quantum in ipſo fuerat alienavit, per *dict. c. Imperialem.* Quandoque tamen contingit, quod aliquis de eodem feudo facit fidelitatem duobus dominis, majori ſcilicet domino, & minori, ſalvo jure majoris, cui & minor de eodem feudo fidelitatem facit. Hoc notat *Hoſtienſis* & *Iohan. Extr. de jurejur. c. eam te.* Ex quibus ſequitur, ſi vaſſallus poſſet feudum ſuum alteri in feudum conferre, tunc videtur quod invito domino poſſit feudo renunciare. Ad quod dicendum eſt, quod refert, quia aut renunciat feudo in manibus domini, & hoc facere poteſt indiſtincte, nec tenebitur de cetero ſibi ſervire, ut *C. de queſtionibus l. ſervus.* Et eſt textus *in li. feudorum de vaſſallo qui contra conſtituc. Lotharii c.* 1. & per *Hoſtienſem in Summa titulo ſuo de feudis* § *fi. verb. eſt eciam,* & *in ſumma Confeſſorum titulo de decimis q. lxviii. utrum vaſſallus & conc. arch. in roſario xxii. q. ultima de forma glo. penultima,* & *Guill. de Monte Land. Extr. de re judic. c. fi. ſuper verb. ex natura feudorum in cle.* § Idem *Vincencius* & *Compoſtol.* Extr. *de conſt. c. que in eccleſiarum.* Et dominus *Odo de Senon. titulo ſuo de interdicto uti poſſidetis dum tamen non intempeſtive renunciet.* Set iſtorum opiniones intelligit *Henricus Bowyck* eſſe veras in vaſſallo ſimiliter ad ſervicium obligato. Set ſi ſit ad certum officium ſpecialiter obligatus, tunc ſecundum eum invito domino non poteſt feudo renunciare propter obligationem hinc inde contractam, que fortius ligat quam obligatio generalis, *Extr. de prebend.. quamvis le. 2. F. de pignorat. oblig. l. generali,* & hoc notat *glo. in Authent. de capitaneo qui curtem vendidit c. fi. coll. x. quod vide plenius ibi.* § Superius tractavimus, ultrum vaſſallus ſine voluntate domini poſſit feudum in alium transferre. Nunc videamus, utrum econtra dominus ſine voluntate vaſſalli poſſit feudū in alium transferre? & videtur primo quod ſic; ad inſtar ceſſionis

que poteſt fieri contra debitorem eo invito, ut legitur & notatur *C. de donationibus l. illam. Et denovationibus. l.* 3. Et quia nichil eſt tam naturale quã voluntatẽ domini volentis rem ſuam in aliũ transferre ratam habere, ut *Juſti. de rerum d. § per traditionem.* § *Azo*, cujus fuit hec queſtio, determinat, quod ſicut vaſſallus non poteſt invito domino feudum alienare, quinymo talis alienans ipſo jure cadat a jure feudi ſecundum *Innoc.* & *Iohãnnem* ut ſupradictum eſt : ita nec dominus poteſt invito vaſſallo, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, nec debet ex contractu uni partium licere quod alteri non licebit, *ar. C. de fruct. & lit. expenſ. l. ultima. Extr. de mutuis peti. c. ult.* Et videtur caſus in *li. feudorum de prohibit. feud. alien. per Fredericum c. Imperialem § preterea ducatus*, & ita determinat *Azo* in queſtionibus ſuis, in ſpecialiter in illa que incipit, *an dominus Rex, &c.* § Circa quod tamen moderni Doctores diſtingunt ; Aut dominus vult transferre vaſſallum ſuum in alium majorem dominum, & tunc poteſt, quia facit conditionem ejus meliorem, cum ſub majori Iudice gens conſtituta, majori gaudeat ſecuritate, ut *in Authent. de confeſſ. ti. § gaudeant coll.* 3. Et ideo cum vaſſallo proſit, cogitur conſentire, *F. ejection. l. in creditorem :* Aut vult transferre feudum cum vaſſallo in minorem dominum, & non poteſt, quia per hoc facit conditionem vaſſalli deteriorem. Set *Petrus de Bella pertica* tenet, quod nec in minorem transferri poſſit invito vaſſallo, quemadmodum nec jus filiationis transferri poteſt filio invito, *F. de adopt. l.* 2. *& l. in adoptionibus.* § Idem tenuit *Hoſtienſis, Extr. de ma. & obe. c. dilecti, & ſpeculator titulo de feudis §* 1. *verſiculo xxxix.* & hoc teneas de jure, quamvis in regnis *Anglie*, & *Francie* de conſuetudine contrarium obſervetur, ut clare patet per *Henricum Bowick Extr. de feudis c. ex parte § ſuper eodem in fi.* Item utrum vaſſallus poſſit feudum legare pro anima ſua, vide *Hoſt. in ſumma de Immunitate eccleſie §* 4. *eciam quantum & § ſet illa immunitas*, Dic ut ibi & bene, & *in ſumma confeſſorum l. pr. ti. xv. c. lxxi.* Quid ſi diverſe conſuetudines de feudis inveniantur in diverſis locis ? Reſpondeo, & puto, quod ſalvis legibus imperialibus, que continentur in conſtitutionibus, feudorum natura & cauſa feudi ſecundum

cundum diversarum regionum consuetudines est diversimode terminanda. Consuetudine autem deficiente in regione aliqua, recurrendum est ad aliarum regionum consuetudines; & si nec illa appareat, constitutione vel lege scripta sine calumpnia uti possunt, ut dicit *Hostiensis in summa, ti. de feudis, versiculo finaliter.* § Ex predictis ergo conclusionaliter collige, quod feudum est beneficium quod ex benevolentia alicujus ita traditur alicui, ut proprietate ejus rei, que in feudum datur, penes dantem remanente, usufructus ejusdem rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum, heredesque suos masculos, & feminas, si de eis nominatim dictum fuerit, imperpetuum pertineat, ad hoc ut ipse sive ejus heredes fideliter Domino serviant, sive illud servicium nominatim dictum fuerit a Domino quale esse debeat, sive indeterminate sit promissum, ut *in constit. Frederici: quibus casibus feud. amit. circa principium.* Viso jam per premissa quid est feudum ligium vel homagium ligium, & quid est legeitas, quid feudum emphitioticum, quid feudum linellarium, & quid precarium, que omnia ex nobilitate dependent: Jam redio ad priorem Finitionem nobilitatis ulterius declarandam. § Sequitur ergo in diffinitione *Acceptus*, per quod verbum insurgit dubium. Nam in illis civitatibus que reguntur per populum, illi aliquando qui dicuntur nobiles sunt minus accepti, ut in positione penarum. Nam plus puniuntur nobiles quam ignobiles, & in multorum officiorum & beneficiorum exhibitione, a quibus nobiles excluduntur; Et sic videtur; quod illi non debent dici nobiles, cum non sint magis accepti set minus. Et sic diffinitio nobilitatis quam premisi videtur claudicare, & talibus non congruit. Respondeo, quod nobilitas semper importat acceptionem ad bonum ejus ad quem refertur: quod potest esse duobus modis; vel secundum se, vel per modum cause: primo, quando secundum se, plura exempla sunt posita, quia quis non dicitur nobilis, nisi qua acceptus est in aliqua dignitate. § Secundo modo potest per modum cause, & loquitur in contrarium factum. Nam nobiles de jure communi penis pecuniariis plus puniuntur, ut in *l quedam delicta, F. de penis, & C. de epi. & cle. l. presbiteri.* Et licet

licet iſtud plus puniri ſit malum, tamen cauſatur a bono, & acceptatione facta de delinquente. § ideo quia nobilitas erat ſibi conceſſa, lex habet pro majori delicto, ſi ipſe delinquat, unde iſtud plus puniri reſpectu cauſe denotat bonitatem, ſcilicet in exhibitione beneficiorum. Nam a quibuſdam removentur nobiles, & poſito quod hoc removeri ſit malum, tamen cauſatur a bono, quia populus videns nobiles delinquentes, neceſſitatem habet eos punire, quia niſi puniantur, alios opprimerent. Ideo ab officio nobiles aliquando removentur ſecundum juſtitiam. Et hoc videmus in Principe, qui propter ſalutem aliquos debet removere de una civitate in aliam, ut *in l. certe forma C. de jure fiſci.* eciam interdum propter quietem civitatis, ut *in l.* 1. § *fi. F. de offic. prefect. urbis.* Et cauſa iſtius poteſt eſſe, licet removeatur nobilitas & acceptatio illius, quia minus acceptus,, Et hoc eſt de mente *philoſophi* 5. *politicorum*, ubi dicit, quod propter exceſſum removetur quis a civitate, aut quando quis fuerit majoris potentie, Conſilium eſt meum relegare in agrum. Sic de legibus ordinari, ut nnlli fiat excedens potencia, neque amicorum, neque pecuniarum, &c. ut ibi. Vides ergo quod per ſe, vel per reſpectum cauſe nobilitas habet in ſe quandoque certa gravamina adjuncta que ſunt per ſe mala. Ex quibus infertur mirabilis concluſio, Aliquis privatur nobilitate vel dignitate propter delictum ſuum, certe quoad omnia commoda dignitatis ſive nobilitatis erit privatus, ſet omnia nobilitatis onera, quatenus ſeparabilia ſunt, remanebunt. Quod arguitur per rationem, quia pena non debet eſſe cauſa premii, ut in *l. ſine hereditaria F. de negoc. geſtis.* § Non debet tale premium eis concedi, per quod releventur ab oneribus. Et eſt expreſſum *C. de infamibus l. unica li.* x. & *F. interdict. & releg. l. relegatorum* § *fi. cum lege ſequenti.* Et notatur in *Authent. de hered. & fal.* § *ſi vero F. ex quibus cauſis majores l. ſi cui.* Set contra, ſi placet, inductum eſt in penam & odium illorum qui de milicia per ignomineam revertuntur, quia non debent nec poſſunt morari in urbe, nec in tali loco ubi imperator ſit, ut *F. de hiis qui notantur infamia l.* 2. § *ignominie cauſa verſiculo, ſet & ſi,* & tamen convertitur ad utilitatem eorum,

quia per hoc excusantur a tutelis que deferuntur in urbe, ut *F. de excusac. tutorum l. set & milites.* Set dicendum est, quod idem actus non potest esse immediata causa pene & premii, ut in *l. relegatorum § ultimo & l. sequenti & in l. sine hereditaria, superius allegat.* & *C. de hereticis l. ne quis,* licet causa mediata & remota possit esse. § Nam causa inhabilitatis ad aliquem actum vel officium est propinqua, quia inhabilitacio est causa remotionis ab actu, que remotio est causa exemptionis a munere tutele, occasione actus precedentis infamie, ut *F. de suspect. tutoribus l. decreto.* § De istis est Dynus *Extr. de regul. jur. c. quod ob gratiam & conc. Barth. in l. 2. § nubes F. de his qui no. infa. & plene per eundem in l. eadem F. ad legem Jul. repetundarũ in quadam questione sua ibidem.* Et nunquid infamis possit esse tabellio. dic ut ubi. § Ulterius in diffinitione *ostenditur* hoc ideo dico, qnod si per mille annos quis cum omnibus virtutibus mundi viveret, & Princeps eum summe diligeret, tamen semper plebeus remanet, donec in eum feratur aliqua dignitas seu nobilitas, per quam distinguatur a plebeo, & patet forma per Regem *Assuerum* & *Aman*, ut scribitur *Hest. c. 2.* & de *Mardocheo ibidem c. 5.* ubi ostenditur notabilis modus nobilitandi aliquem per Regem, vel per Principem. Vel potest fieri ista ostensio verbis expresse hoc continentibus, & tunc non est dubium, ut *in l. aut ille.* F. *de le. 3.* In verbis tamen potest esse differentia. § Nam princeps quando nobilitat aliquem, communiter se refert ad nobilitatem que habetur respectu certe dignitatis, vel officiorum, ut *C. de privilegiis eorum qui in sacro militant palacio*, per totum, & specialiter, in *l. omnes qui de communitatibus conc. l. 1.* Aut cum aliquis princeps aliquem nobilitat; eum in aliquo nobili officio ponit; forte sic nobilitatum constituens Principem domus sue; ut ut patet in *Pharaone*, qui constituit *Joseph.* principem hospicii sui, ut *Genes. xxxix. c.* Et iste modus nobilitandi multum observatur ad instar *Pharaonis, & Joseph.* Et tunc solent Principes concedere sic nobilitato certa arma; per dictum nobilitatum, & suos heredes, portanda. Et talia arma sunt majoris auctoritatis quam alia arma per

sic

ſic nobilitatum aſſumpta, ut refert *Bartholus in tractatu ſuo, de armis pingendis circa medium.* § Unde jam oritur queſtio. Nunquid liceat nobili unicuique, ſibi Arma, aut inſignia, ad libitum aſſumere? Cujus queſtionis partem affirmativam ſic juſtifico. Nam ſicut nomina ſunt inventa ad recognoſcendum homines, ut in l. ad recognoſcend. C. de ingenuis manumiſſis, ita arma & inſignia ad cognoſcendum homines ſunt inventa, ut *F. de rerum di. l. ſanctum xxi. d. cleros, in verſiculo, & ideo,* ſet talia nomina cuilibet licet imponere ad libitum, ut *F. de falſ. l. falſi. C. de codicill. l. ſi. idem, per Cy. & Pe.* Ita inſignia & arma ad libitum cuilibet nobili licet ſuis clipeis inpingere, & portare. Pro majori, eſt textus, l. predictar. & minor ſufficienter probatur per *Cy. & pe.* in *l. ſi idem.* ſuperius alleg. Ergo titulos, ſigna, vel inſignia, unicuique Nobili licet aſſumere. Patet modus arguendi a pari, ſive à ſimili, pro quo *F. de le.3. l. 3. &* F. *de furt. l. a Ticio, Extr. de bap. & e. ſ. c. majores, in verſiculo ſacro per Will. in cle.* quod tamen eſt verum; ſi nobilis fuerit, qui talia arma aſſumit, & alius in illo regno vivens, ipſa arma vel inſignia non portavit. Civitates autem, per ſtatuta earum faciunt, ut aliqui habeantur nobiles ſimpliciter, nec adiciunt qua nobilitate, ſet credo quod nobilitate infima, que eſt nobilitas innominata, de qua dixit *Barth. C. de dignitatibus l. 1. in pr. queſtione li.* 12. § Nam eſt ſpecies per ſe, & verbum debet referri ad id cui congruit communiter & in genere, ut in *l. legatum* F. *de le.*3. Quandoque vero non exprimitur, & tunc oportet fieri aliquo actu hoc importante quaſi hoc eſſet de neceſſitate, *ar. l. pro herede § pap. ſcribit* F. *de adquirenda, hereditate,* ut ſi concedatur alicui aliquod officium, quod habet nobilitatem, vel dignitatem annexam, ut ſi concedatur alicui Ducatus, Comitatus, ſive marchia, F. *de muneribus & on. l. honor. & in x. coll. quis dicatur Dux marchio vel Comes c.* 1. Set dubitatur que ſunt iſta officia que habent nobilitatem annexam; hoc eſt, quod tales qui excercent illa officia ſunt ipſo facto nobiles. § Reſpondeo, quod de jure communi ſunt multa, ut patet per totum *librum, xij. C.* ſet quia iſta officia hodie non ſunt in uſu, ideo dabo, ſi placet, talem regu-

lam. Illud officium, seu ille actus, habet in se nobilitatem annexam, quod in illa universitate ubi de hoc agitur, hoc habere reputatur. Istud probatur: primo auctoritate, ut in *c. de multa, ex. de prebend.* Secundo per textum F. *de muneribus & on. l. fi. in principio, ibi questuaria quoque.* § Nota ergo, quod ita demum est honor seu nobilitas, si pro honore in civitate habetur. Item probatur per rationem. Nam nobilitas, & dignitas sunt in acceptatione ejus qui potest tribuere dignitatem, & nobilitatem. Aut ergo ille populus qui habet illud officium in reputatione pro dignitate & nobilitate habet jurisdictionem, Et tunc sine dubio sufficit quod potest inducere, ut supradictum est: Aut ille populus non habet jurisdictionem, & tunc voluntas Principis requiritur. Set illa jam declarata est, quod illud quod ibi pro nobilitate habetur quod illa civitas habet, ut *in l. fi.* F. *de muneribus & on. supradictis.* § Ex istis tamen arguitur qualiter debent formari articuli, quando aliquis vellet probare aliquem nobilem. Primo debet probare quomodo communis usus loquendi & intelligendi sic habet, & habuit, quod appellatione communi continentur omnes de civitate nobiles, & ignobiles. Secundo, quod communis usus loquendi se habet, & habuit, quod ille qui est ux, vel Comes, seu de progenie Ducum, vel Comitum, seu militum, sit nobilis, & non contineatur sub appellatione popularium. Tercio quod ille homo de quo agitur, puta *Ticius*, est Comes, vel de progenie Comitum, vel militum. Eodem modo, si quis velit probare contrarium, scilicet, quod non sit iste nobilis, quia forte habetur jus commune contra se, debet facere articulos in contrarium. Et adverte ubicumque fit mentio de communi usu loquendi vel intelligendi, debes intelligere de communi usu loquendi ex longo tempore scilicet x. vel xx. annorum F. *de supell. le. l. labeo § non enim ubi modus probandi habetur optime positus.* Set si quis faceret articulū simpliciter, quod talis sic est reputatus nobilis, non sufficeret, quia verbum est equivocum, ut supradixi. Et tunc dic quod testis qui deponeret de articulo, non concludit de necessitate. Extr. *de probationibus c. in presentia.* Oportet ergo ut concludat quod sit nobilis, ille

ille nobilitate, que faciet quem differre a popularibus seu plebeis. § In jure autem illud nomen popularium, prout differt a nobilibus habetur *F. de appellationibus. l. si constat. & F. de penis l. capitalium* § *solent.* In quibusdam tamen partibus illi qui supra vocantur nobiles, appellantur magnates, ut *Florencie.* Alibi vocantur Majores, ut *Veniciis* unde secundum diversitatem locorum diversificanda sunt nomina. Quod est judicio Advocatorum qui sunt in partibus relinquendi. Dicas ergo tu quod verbaliter ille est nobilis, qui communiter appellando, nobilis appellatur.

CAP. XIX.

Ad quos descendit Nobilitas.

EXpedita jam diffinitionis nobilitatis expositione; quero usq; ad quos descendentes, transeat Nobilitas, que attribuitur ex genere. Respondet *glo.C. de dignitatibus l.* 1. *li.* 12. dicens, *quod usque ad pronepotes,* ut *C. de questionibus l. dom.* que hoc probat. § Nam a pronepote non est aliquis acceptus a plebeis, ut ibi notatur, ergo, &c. Tu tamen dic. Quandoque illud, ex quo sequitur nobilitas, transit ad posteriores, ut regnum, Ducatus, Marchia, Comitatus, & similia; & tunc usque infinitum ille erit nobilis ad quem transit ex persona porentum, ut patet in Cronicis, de Rege *Arthuro* & Rege *Ricardo* primo qui fecit *pincernam suum* Regem *Cipri.* Quandoque vero non transit ad posteriores; & tunc de jure communi ex personis parentum capiunt filii nobilitatem, & istud non transit ultra pronepotes, ut supra dixi. Set consuetudo est in quibusdam partibus *Italie* quod omnes descendentes admittũtur ut habeantur pro nobilibus, donec perveniant ad paupertatem, vel artes viles, & tunc incipiunt esse ignobiles conc. lex. *ne quis c. de dignitatibus,* & ita loquitur auctoritas *Philosophi quinto politicorum.* Ubi dicitur, *Nobiles esse videntur quibus assistunt progenitorum virtutes & divitie.* Nam intelligo, quod politia, que tunc

tunc regnabat, admittebat nobilitatem ex progenie, quamdiu durabant virtutes, & divitie. Que quidem politia non erat satis justa, ut patebit inferius, cum jura velint quod nobilitas generis debeat attendi, ut *F. de transactionibus. l. cum hii. § si annos. C. de postul. l. providend. de nuptiis. l. si furiosi. Extr. de providend. de multa. Extr. de appellac. constituc. xxx. d.* hoc autem per *arch. in rosario.* Immo dic quod aliquando non debet attendi nobilitas generis solum cum requiratur eciam nobilitas morum. § Nam ut dicit. *Galterus de Castellione.*

Nobilitas sola est animum que moribus ornat.

Art. F. de tut. & cur. dat. ab hiis l. scire § fi. Extr. de prebend. c. fi. & xl. dist. nos qui. & duobus capitulis sequentibus. xxxii. q. 4. iis ita, & notatur de prebend. venerabilis ubi *Johannem in novella,* ponit multa pulcra de nobilitate, & sunt versus *Ovidii de nuce.*

§ *Nobilitas hominis, est mens deitatis ymago.*
Nobilitas hominis, virtutum clara propago.
Nobilitas hominis, humilem relevare jacentem.
Nobilitas hominis, mentem frenare furentem.
Nobilitas hominis, nisi turpia nulla timere.
Nobilitas hominis, nature jura tenere.

Unde *Tullius* contra *Salustium. Sacius,* id est sanctius, *est me meis gestis florere, quam majorum auctoritatibus inniti, & ita vivere ut sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum.* Item *Ovidius de Ponto l.* 1. *epistola penultima.*

Non census, nec opes, nec clarum nomen avorum,
Set probitas magnum, ingeniumque facit.

Et hiis concordat *Matheus Vindociensis in poetria, parte prima c. vi.*

Virtus nobilitat animum: virtute remota,
Migrat in exilium Nobilitatis honor.

§ Ex

§ Ex predictis jam patet, quid est nobilitas, & quomodo adquiritur. Jam queritur; nunquid aliquo casu poterit nobilitas amitti? Et videtur quod sic. Ut propter monachatum; nam nobilis factus monachus amittat nobilitatem, ut *Extr. de purgatione canonica c.* 1. 27. *q.* 2. *scripsit.* Item per matrimonium: ut forte mulier nobilis nubit plebeo, ut, *C. de dignit. l. mulieres li.* 12. *& in c. scripsit. & in l. femine F. de senatoribus.* Item amittitur nobilitas propter crimen. *C. de Curionibus l. neminem.* in fine per *Jac. de Bello visu super vers. privilegia dignitatis.* Item propter crimina vel delicta aliquis incidit in infamiam, & propter infamiam perdit nobilitatem, *C. de dignitatibus. l.* 2. *& l. quociens.* Cum ergo aliquis ex filiis alicujus nobilis se gesserit virtuose, retinet nobilitatem & ille erit nobilis: si alius se gesserit viciose, perdit nobilitatem, & erit plebeus. Ita fuit de *Cayn*, qui occidit fratrem suum *Abel*, propter quod delictum perdidit patris nobilitatem. *Gen.* 4. *c.* Et de hoc ponit *Valerius Maximus* plura exempla, sub rubrica, *Qui parentibus claris degeneraverunt*, per totum. Item si nobilis habuerit unum filium prudentem, & legitimum, & alium spurium, vel bastardum; certe ad legitimum transit nobilitas, & non ad bastardum. *F. de statu ho. l. cum legittime de senatoribus l. liberos.* Exemplum eciam in *Abraham* qui habuit filium legitimum, & filium ex ancilla *Gen.* 21. *c.* § Sed pone: forte unus rusticus cepit esse valens, & probus, ac tenere statum nobilitatis; certe ipse non est nobilis: quia rusticitas perfecte purgari, vel ita cito evelli ab eo non potest, quamvis filii sui vel nepotes pretendant statum nobilitatis: set talis status vocabitur status pretensus, quousque talis virtus in eis habundet propter quam quis mereatur vocari nobilis, sicut cotidie videmus de rusticis provenientibus ad aliquem gradum civitatis. Unde ex patre ignobili, licet valente, nascatur filius nobilis, vel nepos. Set istud non esset verum, videlicet, quod ex vili patre ignobili possit descendere filius nobilis, sequeretur omnino quod aut omnes sunt nobiles, quod falsum est, aut quod nulli sunt nobiles, quia si primus parens fuit nobilis, sic & omnes ab illo descendentes. Et si pre-

predictus primus parens fuerat ignobilis, tunc omnes descendentes sunt & fuerunt ignobiles: quia nunquā, in persona alicujus de vili stirpe nata, potuit incipere nobilitas, quod falsum est: ergo, &c. § Aut habemus dicere quod mundus iste fuit ab eterno, cum multitudine hominum nobilium, & ignobilium, quod falsum est, & contra fidem Christianam. Dic ergo quod neque solum a parentibus, nec solum ex diviciis efficitur quis nobilis, set ipse in quo concurrunt contenta in versibus *Ovidii de nuce*, quos premisi videlicet. *Nobilitas hominis est mens deitatis ymago, &c.* § Est vero nobilis & si ex nobili descendat, seu ex vili, vel plebeo, ut concludit dominus *Barth. in tractatu suo de nobilitate*, circa medium, quem posuit *in lege pr. C. de dignit. li.* 12. Et sic nichil aliud est vera nobilitas, quam vita humana, clara virtutibus per electionem & habitum anime intellectualis exterius operantis. Nec tamen omnis nobilis est generosus, ut supradixi, quia ille est generosus, qui descendit a parentela generosa. Et semper nota; quod sanguis non purgatur usq; ad quartum gradum inclusive: quamvis talis nobilitatus gaudeat regno, sive regalia, ut Rex *Cipri*, de quo supradixi, unde adhuc opiniones quorundam referam. § Fuit enim quidam nomine *Dancy, de Florencia*, vulgaris poeta, laudabilis, recollendeque memorie, qui circa hoc fecit quandam cantilenam in vulgari, *La doulce Ryme damour*. In qua recitat tres opiniones antiquorum: quarum prima talis fuit. § *Quidam imperator dixit, quod, Nobilitas est antiqua eris sive divitiarū possessio cum pulcris regibus & moribus.* Alii dixerunt quod antiqui boni mores hominem faciunt nobilem, & hii de diviciis minime curare videntur. Alii autem dixerunt, quod ille dicitur nolibis, qui descendit de patre, aut avo, nobili. Omnes tamen has opiniones reprobat ipse *Bartholus*, ibidem, ultimo determinans, quod quicunque est virtuosus, ille est nolibis in illa virtute. Nec nobilitas esse potest ubi virtus deest. Alii insuper ponunt in universo tres tantum nobilitates, quarum prima est theologica, & supernaturalis, secunda est naturalis. Et tercia nobilitas est politica, sive civilis. Prima in conspectu summi Judicis est querenda apud quem nulla est

ob

obumbracio, nec aliquid latere potest: Nam apud deum est omnis nobilitas que est gratia dei; dico de gratia gratum faciente. § Item omnis qui virtuosus est, ipsa scilicet virtute que facit hominem felicem, hoc intelligo si sit in caritate, quia talis est in gratia. Non enim potest esse in caritate sine gratia, ut dicit *sanctus Thomas* 2. 2. *questione Cx. & q. sequenti.* Et probatur verum *per Regum* 2. *ca.* ubi dicitur, *Benedixit deus, &c. quicunque honorificabit me, ego glorificabo eum; qui autem contempserint me, erunt ignobiles.* Set illos ignobiles hic cognoscere non valemus, nisi per revelationem dei. Dicitur enim *Ecclesiastici ix. c. Nescit homo, an odio, aut amore dignus sit.* Et multi sunt predestinati qui apud homines ignobiles reputantur, pro quo bene facit quod scribitur *Sap. quinto*, ubi dicitur, *Hii sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore.* Et nobilis quantum ad hoc est, qui secundum philosophie documenta vivit; que quidem philosophia nobilem facit animum, ut dicit *Seneca epistola* 48. *Platonem* philosophia nobilem fecit. Et *Crisostomus super Matheum omelia* 44. dicit, *una est nobilitas, solam dei voluntatem facere, &c.* unde *Jeronimus de conjugio, Sola apud deum libertas est, non servire peccatis*: *Summa*, inquit, *apud deum nobilitas est clarere virtutibus.* Set de ista nobilitate non plus tractabo, ipsam relinquens theologis declarandam. Secunda nobilitas est naturalis; que duobus modis considerari potest; Primo modo prout convenit rationabilibus, & irrationabilibus, & aliis eciam sensu carentibus. Et isto modo nobilia, & ignobilia dicuntur, secundum bonitatem operationum. Dicimus enim quasdam aves eciam ejusdem speciei nobiles, & ignobiles, ut falcones, aquile, & similes: sic de lapidibus; sic de piris, & pomis, & similibus. Inter artifices eciam facimus distinctionem, meliores operarios, vocamus nobiliores, alios autem ignobiliores. Et de ista nobilitate non intendo multum tractare. § Alio modo considerari potest prout cadit hec nobilitas naturalis in hominibus; Et intelligi debet naturalis, id est naturali ratione inducta, que secundum *Juristas*, descendit de jure gentium primevo;

primevo; quod apparet, quia ſolis hominibus congruit. Et de tali nobilitate loquitur *Philoſophus pr. Politicorum c.* 4. Nichil aliud quam virtus & malicia determinant ſervum vel liberum nobiles, & ignobiles. Quod tamen non eſt de omni virtute intelligendum, ſed de ea virtute que competit aliquibus prout apti ſunt dominari. Et hoc facit ad principale propoſitum hujus opuſculi, non de ea que competit hiis qui apti ſunt ſubjici, ut patet per *Philoſophum, pr. Politicorum c.* 9. Dicendum eſt ergo, quod talis nobilitas eſt virtus, prout competit hiis qui apti ſunt preeſſe & dominari. Item *Philoſophus* ponit aliam diffinitionem nobilitatis, *pr.* E*thicorum*, cum dicta additione, ut dicatur, quod hec nobilitas eſt quidam habitus in medio conſiſtens circa ea que pertinent ad preeſſe, & dominari, cum hac determinatione. Et ſic poteſt eſſe verum quod dixit poeta *Dancy*, ut ſupradixi. § Et de hac nobilitate loquitur *Canon, nunquam de viciis l.* 8. *diſt. in principio*, ubi dicitur, *quod nunquam de viciis erubeſcamus parentum, &c.* ut ibi. Ad quod eciam optime facit quod dicit *Tullius in invectiva contra Saluſtium, Sanctius eſt me meis geſtis florere, quam majorum opinioni inniti, & ita vivere ut ſim poſteris nobilitatis initium & virtutis exemplum.* § Tercia nobilitas eſt politica ſeu civilis, prout differt nobilis a plebeo, ut ſupra dixi in diffinitione nobilitatis poſita per *Bartholum*, videlicet, *Nobilitas eſt qualitas illata per principatum tenentem, &c.* Set ad iſta dicit *Seneca, quod unuſquiſque ſi vult poteſt ſe eximere a vulgo & effici nobilis vivendo virtuoſe animam virtuoſo habitu induendo.* Et iſte habitus poteſt a natura haberi ſepiſſime. Unde dicit idem *Seneca li.* 1. *de clementia ad Neronem* quod animus illius qui ex nobilibus traxit originem facilius ad virtutes inclinatur quam alterius. Et ponit exemplum de equo boni generis, qui liberius freno regitur quam alius. Aliquando autem iſte habitus adquiſitione habetur, ut ipſe ponit exemplum de *Eleante Ortolano* poſtmodum patricio. Cui concordat *Valerius Maximus l.* 3. *c.* 4. in principio, ubi ponit exemplum de *Tullio Hoſtilio*, qui in cunabilis accepit agreſte tugurium; cujus adoleſcentia in paſcendo pecore fuit occupata: & validior etas Romanum rexit imperium. Ponuntur

nuntur namque hujus materie plura exempla in predict. c. 4. § Alii adhuc dicunt; quod illa est vera & formalis nobilitas, que nedum hominem virtuosum, ex famoso & clarissimo genere descendentem, facit nobilem, verumeciam quemlibet possessorem virtutis nobilis, nobilem reddit. Et sic homo est nobilis secundum eos in tantum, in quantum ejus operatio est virtuosa, & ab anime bonitate habituata procedit. Ideo ad perfectionem cujuslibet virtuose nobilitatis duo necessaria requiruntur, scilicet habitus interioris electionis, & bone operationis exterioris effectus, alias non esset vera nec virtuosa nobilitas, ut probat *Augustinus in libro de libero arbitrio, virtus est bona qualitas mentis qua recte vivitur.* Quare ergo patet quod illa est vera virtus, & virtuosa nobilitas, que ex bona mentis qualitate procedit. Et sic illas duas felicitates includit videlicet bonitatem exteriorem in actu, & interiorem electionem in habitu. Et sic patet veritas versuum predictorum *Ovidii de nuce* quas premisi.

Explicit Liber primus.



NIC. UPTONI

De Militari Officio *Lib.* II.

CAP. I.

Incipit Liber Secundus, De bello justo & ejus speciebus.

BEllum justum est, quod ex edicto geritur, de rebus ablatis repetendis, aut propulsandorum hostium causa, ut 23. *q.* 2. *c. pr.* & patet per *Ysidorum, Ethimol. li.* 20. Item apud veros dei cultores ipsa bella pacata sunt, que non cupiditate aut crudelitate, set pacis studio geruntur: ut mali coherceantur, & boni subleventur, 23. *q.* 1. *apud.* Item bellum justum est, quando fit auctoritate ecclesie, vel principis, vel alicujus persone cui licitum est pugnare: dum tamen fuerit persona secularis, non ecclesiastica, 23. *q.* 7. *clerici.* & *q.* 1. *quid culpatur* : & q. 2. c. pr. § Item debet bellum fieri ex causa necessaria, & licita, & bono animo, non ex odio principaliter, set ut per bellum pax adquiratur: vel pro rebus repetendis, vel pro defensione patrie, vel propter justam obedientiam, & caritatem, 23. *q.* 1. *quid culpatur*: & *c. noli*: & *q.* 2. *c.* 1. & *q.* 3. *forte*: & *q.* 8. *si nulla*: & *F. ad legem Aquiliam. l. scientiam.* Item propter defensionem suam cum moderamine inculpate tutele,

Extr.

Extr. de restitutione spol. olim. 1. in fin. ubi de hoc in *glo. per Bernardum*, moderamen hujusmodi tamen est, ut si vis inferatur cum armis, eciam cum armis repellatur; alias vero sine armis, ut *F. de vi & vi ar. l.* 1. § *vim vi repellere.* Et in tali justo bello potest quis si necesse fuerit omni die pugnare, & diebus dominicis & festivis 23. *q. ultima, Si nulla, & Extr. de reg. juris, c. quod non est licitum.* Et in armis bellicis multi deo placere possunt 23. *q.* 1. *noli existimare.* Et beatus *Gregorius* quosdam hortatur, ut milites congregentur, & ut contra hostes arma viriliter parent; 23. *q.* 8. *c. ut pridem glorie vestre.* Item precibus *Adriani* pape, *Karolus* Rex *Francorum* bellum cepit contra *Longabardos* 23. *q.* 8. *hortat. & precibus.* § Item *Joh. de Lynyano* alio modo diffinit bellum dicens, quod *Bellum est contentio exorta propter aliquod dissonum appetitui humano propositum, ad dissonantiam excludendam tendens.* Et declarat diffinitionem suam, ut sequitur; Dixit, *bellum est contentio*; hoc ponitur ut genus; Nam sub se continet & bellicam contentionem, & alias quascumque materias, ut in *l. si usus* § *fin. F. de aqua pluv. issonum*: ideo dixit dissonum, quia hec est causa unde oritur quelibet contentio, *appetitui humano*: ad differentiam brutorum. *Ad dissonantiam*: & est causa finalis cujuslibet belli, nam quodlibet bellum tendit finaliter ad tollendam displicentiam, que fuit belli introductoria, & sic fiunt bella propter pacem.

CAP. II.

De divisione belli, & qualiter dividatur.

IDem *Johannes de Lynyano* ponit divisionem belli: dicens, *Quod bellum aliud spirituale, aliud corporale. Spirituale*, aliud celeste, aliud humanum. *Spirituale*, celeste est, de quo habetur *Job* 14. *c. Humanum* est, de quo scribitur ad *Romanos* 7. *c. ibi. video aliam legem repugnantem legi mentis mee.* 32. *q.* 5. *si Paulus. Corporale*, aliud est universale; aliud particulare. De universali habetur *F. de captivis*,

captivis, & postliminio reversis, quasi per totum, & 23. *q.* & 2. Particulare aliud fit ob tutelam corpors sui & rerum, & de hoc habetur *F. de Justic. & jur. l. vim vi. F. de vi, & vi armata. l. 1. § vim vi repellere F. ad legem Aquil. l. scientiam § quod cum aliter. & l. 1. C. unde vi. & Extr. de restituc. spol. olim.* Aliud fit ad tutelam corporis mistici, vel ejus partis: propter defectum jurisdictionis, quod Reprisalie nuncupatur, de quo *in Authent. ut non fiant pignora, Extr. de injur. c. 1. li. 6.* Aliud fit propter contumaciam resistentis jurisdictioni Judicis, *ut in l. q. restituere F. de rei vend.* Aliud propter purgationem quod duellum appellatur, de quo *C. de gladiatoribus l. una. & de pugn. in duello.* per totum titulum. Set tamen verum est, quod bellum possit dividi prima divisione, per justum, & injustum. Set in hiis modicum insistendum est, quia Doctor supradictus *Joh. de Lyniano* in suo tractatu de bello singula exponit ad longum. § Videatis igitur eum si placet qui in suo tractatu hunc ordinem servat. Primo, & principaliter, tractat de bello spirituali celesti: Secundo de spirituali humano. 3 de corporali universali. 4 de particulari, quod fit ob tutelam corporis sui. 5 de particulari quod fit ad defensionem corporis mistici quod reprisalie nuncupatur. & 6 de particulari quod ad purgationem fit, quod duellum nominatur. De hiis omnibus predictus Doctor dixit sufficienter velle suum; Cujus dicta corrigere non sufficio. Set in 6 particula sue divisionis aliqua addere de sua licētia non erubesco: que si utilia sint lectoribus hic inserere, & que in guerris per me collecta sunt hic scribere non recuso. Quare est sciendum quod Doctor querit, 1 quid sit duellum? 2 quot sunt species duelli? 3 Quo jure sit permissum? 4 Quo jure sit inhibitum, 5 pro quibus causis sit licitum duellum. 6 Inter quos sit licitum? Et 7 qualiter sit duellandum? Et Doctor singula membra hujus divisionis sue usque ad finem sui tractatus notabiliter prosequitur, videatis eum.

CAP.

CAP. III.

Quid ſit duellum.

IN queſtione quid ſit duellum reſpondit *Joh. de Lyniano*, dicens, *quod duellum eſt pugna corporalis deliberata hinc inde duorum, ad purgationem, gloriam, vel odii aggregationem:* & declarat ſingula in diffinitione predicta contenta. Set pro eo quod dicit quod duellum eſt pugna, quero, que eſt differentia inter duellum & pugnam? & quamvis dictus doctor poſuerit, quod pugna & duellum differunt ſicut genus & ſpecies, dicens quod pugna ponitur ut genus: que pugna fit ad neceſſariam deffenſam ſui, de qua *in l. ut vim. F. de Juſtic. & jur. & l. 1. C. unde vi & in l. vim vi. F. de vi, & vi armata, & c. olim. Extr. de reſtit. ſpol. & in Clementina. ſi furioſus, de homicid.* Nam in pugna illa non eſt deliberatio ex parte aggreſſi generaliter, ſet ex parte aggredientis tantum, vel neutrius, ut probatur in *Clementina illa, ſi furioſus, de homicid.* § In duello autem eſt utriuſque deliberatio. Dixit doctor, *duorum* quia tunc proprie duellum eſt, & inde duellum vocatur adherendo ethimologie vocabuli, *ut 16. q. 1. ſi cupis. Corporalis*, dixit, ad differentiam pugne *Judiciarie*, que fit eciam inter duos; ut puta actorem & reum, *ut in l. rem non novam C. de judiciis, & l. properandum*, eodem titulo, *ad purgationem, gloriam vel odii aggregationem.* Nam per hoc tangitur finis, & eliciuntur ſpecies duelli, ut dictus Doctor declarat.

CAP. IV.

Quot ſunt ſpecies Duelli.

FIt enim duellum tribus ex cauſis ut ſupra dictum eſt, videlicet, aut propter odii aggregationem; aut propter gloriam in publico conſequendam ex viribus corporis: aut propter purgationem alicujus criminis, vel cauſe

causſe inter duellantes exorte. Et ſic duelli tres ſunt ſpecies: de quibus ſingillatim inferius dicam. Et primo de prima ſpecie duelli, ut de duello propter odii aggregationem conjurato. Et dico, conjurato, quia requiritur quod partes duellare volentes, in iſta prima ſpecie ſint jurate in preſentia Judicis ad pugnandum uſque ad certum punctum per dictum Judicem eiſdem aſſignandum. Quod quidem juramentum in *Lumbarda* vocatur, Juramentum de Aſto, quod idem eſt quod juramentum de calumpnia in Judicio contencioſo fori civilis, vel eccleſiaſtici. Nam juramentum de calumpnia preſtatur in Judicio contentioſo, tam per actorem, quam per reum, *ut in l. pr. & 2. C. de jur. calumpnie, & Authent. principal. eodem titulo,* Extr. *e.* titulo, per totum, igitur hic a ſimili, cum eadem ſit ratio, & ſic eadem Juris diſpoſitio F. *ad legem Aquil. l. illud C. ad legem falcid. l. ultima.* De quo quidem juramento de Aſto bene notatur in *Lumbarda, in titulo, qualiter quis ſe defendere debet l ſi quis alium aſto, & l. ſequenti & l. mentio.* Que quidem lex ſecundum Doctores, quatuor habet intellectus. Primus intellectus eſt in teſtibus contrariis: ut potius fiat duellum quam quod perjurent. Secundus intellectus eſt ut intelligatur in duobus contendentibus ſe poſſidere ut pocius duellent quam pejerent. Tercius quod intelligatur in eo contra quem juratum eſt, quod furtum commiſit, & vult jurare contrarium. Quartus cum duo litigant coram Judice quod unus juravit; & delato Juramento alter vult jurare contrarium. Sed iſtud reprobatur quod ambo videlicet jurent ſic & non ſic. Set adducti ad duellandum compellans debet jurare; quod credit ſe habere juſtam cauſam duellandi. Sic & pars compellata jurare debet quod credit ſe habere juſtam cauſam defendendi.

CAP. V.

Qualiter fiet pugna cum fieri debet propter odii aggregationem.

CUm autem pugna fieri debeat inter aliquos nobiles, propter jura Regnorum; ut ſepius fit in *Francia*, propter titulum Regis *Anglie* in Regno *Francie*, ducatu *Normannie*, ducatu *Aquitanie*, ducatu *Andegavie*, & comitatu *Synomannie*, ac comitatu *Pontivii*. Inter que quidem Regna, *Francie* videlicet, & *Anglie*, a temporibus *Belini* quondam Regis *Britannie*, nunc autem *Anglie*, qui primo Regnum *Francie*, cum predictis ducatibus ſuo imperio ſubjugavit, odio inenarrabili, & invidia, ſuos incolas ſemper nutrierunt, uſque ad tempora *Arthuri*: qui iterum dictum Regnum *Francie* totaliter per ſe & ſuos occupavit; tam *Romanos*, videlicet *Follonem* tribunum, qui ſub *Leone* Imperatore totam *Galliam* gubernabat viriliter devicit *Pariſius* per duellum, modo qui ſequitur. Dato ex utraque parte federe ſacramenti convenerunt ambo ſicut inter eos antea fuerat conjuratum in inſulam que fuerat extra civitatem *Pariſius*, populo expectante quid de eis futurum foret. Ambo erant decenter armati: ſuper equos eciam mire velocitatis inſedentes, nec erat promptum leviter dinoſcere cui Fortuna arrideret in triumpho. ut itaque erectis lanceis, in adverſis partibus ſteterunt, confeſtim, equos calcaribus capientes, ſeſe maximis ictibus concuſſerunt. At *Arthurus Follonem* in pectore lancea percuſſit, & eum ad terram proſtravit. Evaginatoque gladio eum durius ferire feſtinabat. Set *Follo* velocius erectus, pretenſa lancea occurrit, illatoque infra pectus equi *Arthuri* letifero vulnere, utrumque ad terram cadere coegit. § *Britones* ut Regem ſuum *Arthurum* proſtratum viderunt, timentes eum peremptum eſſe, vix potuerunt continere quin federe rupto *in Gallos*, & *Romanos* unanimiter irruerent. Ac unde metam pacis egredi jam meditarentur erigitur *Arthurus*, pretenſoque clipeo imminentem ſibi *Follonem* feſtino curſu petivit. Inſtantes

ſtantes ergo cominus, mutuos ictus fortiter geminant: alter alterius neci innitens. Denique *Follo Arthurum* ſic percuſſit; niſi colliſione caſſidis mucronem ebetaſſet, mortiferum vulnus forſitan intuliſſet. Manante itaque ſanguine cum *Arthurus* loricam & clipeum rubere vidiſſet, cum *caliburno* gladio ſuo *Follonem* in galea ſic percuſſit, quod caput dicti *Follonis* in duas partes diſſecuit. Quod cum per excercitum divulgatum fuiſſet, concurrerunt cives *Pariſienſes*, apertiſque portis civitatem *Arthuro* liberarunt. Hec ſunt verba *Cronice*. Ecce quomodo odium cauſavit duellum inter duos optimos milites. Iſte modus pugnandi cotidie quaſi habetur in uſu in dicto regno *Francie*, ut multociens vidi: ubi partes duellantes dominum meum ſpecialem dominum *Thomam de Monte Acuto Comitem* Sar. *&* *Pertici*, multociens Judicem ad ſuam litem dirimendam elegerunt, qui uſque ad finem pugnas diverſorum inſpiciens, duellantes concordavit; & eoſdem cum gaudio, & honore muneribus eiſdem largiflue, ymo habundantiſſime datis, ad propria tranſmiſit: Iſtis ultimis temporibus noſtris: regnantibus videl. in Regnis *Francie*, & *Anglie* notabiliſſime memorie Rege *Henrico quinto* honoris militaris patre, & poſt eum filio ſuo *Henrico ſexto*, in Regnis *Francie* & *Anglie* Rege coronato.

CAP. VI.

Que requiruntur antequam duellum perficiatur.

PArtes forte duellare volentes de aliquo regno extraneo propter aliquam certam cauſam: tum propter favorem ſui principis, uni partium, impendendum; tum propter famam alicujus Principis, in cujus preſentia partes forte dimicare aut duellare deſiderant: duellum inter ſe uſque ad ultimum vite exitum perficere conjurant. Quod aliquando evenit propter ſuſpitionẽ adulterii, ut in *Lumbarda, qualiter quis ſe defendere debet. l. ſi quis uxorem*, ubi forſitã quia unus miles manu tetigit mamillas uxoris alterius militis, per quem tactũ ſiniſtra ſuſpicio orta eſt; miles

maritus vendicat alium, ſuper crimine adulterii, commiſſo cum ſua uxore, ad pugnam, ut in *Lumbarda de adulteriis l. ſi quis alii*, ſuper qua re ambo conjurant ad duellum; & inter ſe per media amicorum eligunt aliquem notabilem Principem in ſuum Judicem: coram quo fiet iſtud duellum: aut fiet coram Judice loci vel civitatis. § Adveniente autem die ad duellum perficiendum limitato; ordinari debet quidam locus planus & amplus, in civitate, vel extra: qui circumclauditur cordis & funiculis, meremio fortiter aptato: ubi nullus erit tam auſus, miſſo banno perſonarum, & rerum, ut audeat tumultum vel clamorem facere, per quem altera pars poſſit offendi. Et prefatus Judex erit in loco illo prope introitum honeſte locatos, qui diligenter videbit & conſiderabit ad mentem quis ſuccumbat; & quod nullus alium aggrediatur antequam juraverint ex utraque parte, ſe juſta inſtancia uti, unus videlicet ad aggrediendum, & alter ad defendendum. Et ſi uno die duellum non finiatur, qualiter poſſit ad ſequentem diem differri. Iſta tamen fiunt de conſuetudine, non de jure ſcripto. Quando tamen duellum fiet propter titulum Regni, vel terrarum, aut pro aliqua cauſa honeſta: tunc Index ſupradictus poteſt ad ſuum beneplacitum inceptam & conjuratam litem quandocunque voluerit terminare. § Et ex talibus cauſis honeſtis duellantes debent ſicut volunt optimis & fortiſſimis indui armaturis; tubicinantibus & aliis inſtrumentis muſicis miniſtrallis ludentibus. Haraldiſque, & eorum Proſecutoribus aliiſq; ſuis ad Arma miniſtris, altis vocibus cum magno honore clamantibus; & nobilitatem ſanguinis, parentele, ac aliorum magnificorum geſtorum duellantium largiſſime declarantibus; dictorumque duellantium tunicis Armorum indutis, duellare volentes vel equis, aut ſi voluerint pedibus ad liſtas ſupradictas introducuntur; proclamataque cauſa hujuſmodi duelli in preſentia Judicis antefati per aliquem Haraldum, ad hoc per Judicem deputatum, ſua hinc inde arma omnia invaſiva, quibus partes duellare intendunt, dicto Judici per ſuos conſiliarios & amicos tenentur ſine fraude examinanda preſentare. Quibus quidem armis invaſivis ſic ut prefertur per Judicem examinatis

natis & ad partes duellare volentes remiſſis; ſi in equis cum lanceis incipere ſit inter eos conjuratum. In nomine domini tunc incipiunt, ſeipſos aggredientes, quamdiu placuerit judici ſupradicto. § Idem eciam modus obſervatur ſi ad jactum lancearum, abſque equis, ſolis pedibus ſit conjuratum. Et ſic in aliis punctis duellandi fiet ad beneplacitum Judicis antefati. Et poſtquam Judex eiſdem duellantibus finem indixerit duellandi, non licebit alicui eorundem alterum ſub pena perpetui ſcandali amplius percutere: ſet ambo ceſſabunt effectualiter ſine mora. § Et nota quod iſtud genus duelli eſt introductum jure naturali ſumpto in ſuo ſecundo ſignificato. Nam ſenſualis inclinatio proveniens a principiis naturalibus induxit ad experientiam virum corporalium ſolum & principaliter ad gloriam conſequendam. Sic ergo hoc genus duelli inde proveniens inducitur: cum producens cauſam producat effectum. Et iſtud duellum eſt minus deteſtabile. Nam illud genus duelli quod fit propter exterminationem finaliter occaſione inimicitiarum naturalium precedentium approbare non audeo, pro eo quod contrariatur precepto divino, illi videlicet, *Non occides*, *Deut.* 5.*ca.* § Set prius duellum non fit neceſſario ad exterminandum, ſet ad vincendum, quod bene contingere poteſt ſine exterminatione, ergo hoc eſt minus deteſtabile: cum actus hominum diſtinguantur propter fines intentos. *F. de furt. l. verum. xv. q. 6. c. 1. 14. q. 1. quiſquis pro alio de ſententia excommunicationis cum voluntate*, & hinc eſt quod dicit philoſophus 4 *Ethicorum*, *qui fornicatur cum muliere ut pecuniam inde detrahat: non mechus eſt, ſet avarus.* Item iſtud genus duelli fit propter experientiam fortitudinis, que fortitudo eſt virtus moralis, ymo eſt virtus cardinalis. Set nec virtutes morales, nec earum excercicia ſunt inhibita jure gentium; ergo iſtud genus duellandi eſt licitum. Et iſta ſufficiunt ad preſens, quantum ad ſecundam partem diviſionis: videlicet, ad gloriam conſequendam.

CAP. VII.

Quid fiet, quando proceditur ad duellum propter criminis purgationem.

JAm ad terciam & ultimam partem divisionis supradicte, que tamen prima est in divisione, illam videlicet, *ad purgationem* calamum vertere intendo. Et scias quod in viginti casibus est ordinatum per leges *Lumbardorum*, adjunctis duobus casibus de quibus fit mentio in legibus *Frederici* de pace tenendai,quod pro veritate duellandum est;quorum primus est in crimine lese majestatis alicui imposito, ut cum quis aliquem impetit super ullo crimine: dicens forte quod ille ymaginatus est mortem Principis, ut liceat ei qui accusatus est seipsum ydoneare, & si presens fuerit homo qui crimen mittit, liceat ei per pugnam crimen illud super se impositum si potuerit deicere. Sunt verba textus in *Lumbarda de pulicis criminibus. l. si quis qualemcunque.* § Secundus casus est si unus vocaverit alium Argam. Ninerum, vel Cuculum: & in illa vocatione perseveraverit, & dixerit se hoc probare posse; si de facto postea hoc per testes non probaverit, tunc fiet inter illos pugna, ut in *Lumbarda de conviciis l. prima,* & concordat *glossa. Extr. coll. quomodo feudum amittitur.* § *Item si fidelis in verbo cucurbitaverit in glossa.* § Tercius casus est: ut quando unus dicit quod alius per venenum parentem suum occidit, & ad hoc probandum se cum alio pugnaturum obtulerit; tunc si per evangelia affirmet quod isto animo causam ipsam non dixerit, set quod ei certa suspicio sit, postea habeat potestatem per pugnam hoc probare: & sic per pugnam ad vite exitum innocentia declarabitur. Ista probantur in *Lumbarda, de homicidio liberi hominis l. recolimus enim.* § Quartus causus est, ut si quis infra trengam vel post datum pacis osculum, aliquem hominem interfecerit, & de facto hoc negare voluerit, pugnam per seipsum facere tenetur, ut *Lumbarda de homicidiis in ecclesia factis l. qui vero infra trengam.* § Quintus casus est in crimine pariscidii quando sc, pariscidium committitur

mittitur propter cupiditatem bonorum patris: ut patet in *Lumbarda de parifcidiis l. ultima*, cujus legis talis eſt textus. Quicunque propter cupiditatem rerum patrem aut matrem fratrem aut ſororem vel nepotem per ſe vel per alium interfecerit, hereditas interfecti ad alios ſuos legitimos herędes perveniat; hereditas vero interfectoris in fiſcum redigatur. Ipſe vero ordinante Epiſcopo publice penitentie ſubdatur. Quod ſi ille cui crimen mittitur, negare voluerit, per ſeipſum pugnam faciat, nec ei liceat campionem pro ſe dare. § Sextus caſus, quando imponitur alicui domino quod ſervus ſuus furtum fecerit, & forſitan manifeſtum non fuerit, & Dominus conſtanter negaverit quod ſervus ejus dictum furtum non fecit; tunc ille dominus tenetur per pugnam ſervum ſuum purgare, ut in *Lumbarda de furt. & ſervis fugacibus l. ſi ſervus in fine.* § Septimus caſus eſt, quando aliquis liber homo accuſatur de furto: licet ei in prima vice per ſacramentum ſe ydoneare ſecundum legem ſi poſſit: Et ſi alia vice duo vel tres eundem de furto accuſant, licitum erit ei contra unum ex hiis cum ſcuto & fuſte per pugnam in campo contendere, ut in *Lumbarda de furt. & ſervis fugacibus l. ſi quis liber homo, & eodem titulo l. ſi quis alium de furto.* § Octavus caſus eſt de illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem judicati fuerint, & poſtea per gratiam vita fuerit eis conceſſa; ſi tales juſtitiam ab aliis, aut alii ab eis querere voluerint, equale judicium inter eos terminabitur. Et ſi aliquid, poſtquam eis vita conceſſa eſt, cum juſticia adquirere poterant, in ſua libertate tenebunt. Set in teſtimonio ſuſcipi non debent, inter ſcabinos ad legem judicandam locum non tenebunt; & ſi ſacramentum aliquod eis delaum fuerit, quod jurare debeant, jurare poſſunt. Set ſiquis ipſum ſcramentum falſum, dicere voluerit, per pugnam cum ſcuto & fuſte contendant, *ut in Lumbarda de hiis qui ad mortem ſunt judicati l. prima.* § Nonus caſus eſt ſi *Aldio* compellatus ſive accuſatus fuerit ſuper aliquo crimine, patronus ejus ipſum defendere debet ſi poſſet per ſacramentum, & ſi non poterit tunc per pugnam: nam *aldionem* ſuum defendere tenetur, ut in *Lumbarda de hiis qui aldiones debent defendere l. prima.* § Decimus

cimus casus est; quando aliquis post mortem patris, filium de debito compellaverit quod pater ipsius ei debitor fuisset, & filius negaverit; tunc filius prebebit sacramentum si poterit secundum qualitatem pecunie unde pulsatur quod pater ejus alteri debitor non fuisset, aut per pugnam se defendere tenetur, *ut in Lumbarda qualiter quis se defendere debet l. si quis post mortem.* § Undecimus casus est, quando unus compellat aliud de incendio domorum, vel de furto, vel aliter, jurans quod non asto animo ipsum compellat, aut per pugnam fatigare querit nisi quod ipsam habet suspicionem, ut *in Lumbarda qualiter quis se defendere debet l. siquis alium.* § Duodecimus casus est quod si quis inventus fuerit cum uxore alterius turpiter conversari: id est si manus in pectus ejus miserit, vel ad alium locum, unde aliquid turpe esse potest, cum consensu ipsius mulieris: & crimen approbatum non fuerit nisi tantummodo quispiam de suspecto alium de sua uxore compellaverit, ipse qui compellat licentiam habebit aut ad sacramentum aut ad pugnam suspectum querere, ut in *Lumbarda li. pr. Qualiter quis se defendere l. si quis amodo.* § Terciusdecimus casus est multum generalis, & ordinatur in *Lumbardia*, ut perjurium evitetur, ut ubi palam apparet quod aut ille qui crimen alteri ingerit, aut ille qui se vult defendere periurare se debeat, *melius*, dicit textus, *visum est ut in campo cum fustibus pariter contendant, quam perjurium perpetretur absconse: ut in Lumbarda de Juramentis prestandis l. mentio.* § Quartusdecimus casus est quando per aliquem in certa causa juratum est & alter vult dicere quod primus falsum juravit, tunc lis illa finiri debet inter illos per pugnam, ut *in Lumbarda de Juramentis prestandis. l. de furto.* § Quintusdecimus casus est; si contentio emerserit de prediis; & utraque pars vel altera cum cartis seu inscriptionibus predium sibi vendicare voluerit; si ille qui falsam cartam appellaverit, per pugnam declarare potest si voluerit, ut in *Lumbarda de Juramentis prestandis l. de prediis.* § Sextusdecimus casus est; ut si contentio fiat de investitura predii alicujus: per pugnam veritas probari debet, *ut in* Lumbarda *de Juramentis prestandis l. de Investitura.* § Septimusdecimus casus est ut

ut in deposito; ut si aliquis per se, vel per nuncium rem suam penes aliquem deposuerit, qui post illud depositum cupiditate ductus negaverit si *xx. s.* precium fuerit: veritas per pugnam probari debet, *ut in Lumbarda de Juramentis prestandis. l. si quis per seipsum.* § Octavusdecimus casus est, quando unus alium compellaverit: dicens, quod per vim Cartam de predio suo alteri fecit, vel propter timorem mortis predium suum alteri concessit; tunc lis terminari potest per pugnam, *ut in Lumbarda de Juramentis prestandis l. si quis dixerit.* § Nonusdecimus casus est, quando veritas probabitur inter contrarios testes, *ut in Lumbarda de testibus l. decernimus.* § Vicesimus casus est; si res furto ablata postea interciata vel inventa fuerit, licebit illi apud quem res illa inventa est sacramento se purgare de furto: & si non poterit se sic excusare, & actor ipsum super dicto furto compellat, tunc cum scuto & cruce fiat pugna, *ut in Lumbarda de rebus interciatis l. si res.* § Sunt insuper octo casus in quibus fit pugna non per partes principales, set per campiones: quorum primus casus est, si mulier machinata est mortem mariti, *ut in Lumbarda de consilio mortis l. si mulier.* § Secundus casus est, quando ille cui crimen mittitur negare voluerit; & tunc per se pugnam facere tenetur nisi ipsum excusaverit decrepita etas, aut juvenilis, aut notabilis infirmitas: propter quod videtur quod ratione tam majoris & decrepite etatis, quam minoris & juvenilis etatis quis per campionem poterit se defendere, *ut in Lumbarda de paricidiis l. ultima & de Jura. prest. l. quacunque.* Et nota quod *Johannes de Lyniano* colligit in ista lege tres casus: videlicet, decrepite etatis, juvenilis etatis & infirmatis. § Tercius casus in quo pugna fiet per campionem est, si quis alienam puellam, sive mulierem, fornicariam, aut strigam clamaverit: & probatum est quod non asto animo, neque per furorem hoc dixit, tunc ille pro ipso vano improperii verbo per cāpionem in duello seipsum defendere debet, ut in *Lumbarda de injuriis mulierum l. si quis puellam.* § Quartus casus est pugne per cāpionem; ut si quis suam propriam uxorem incriminatus fuerit asto, absque certa causa quod adulterata sit, aut in animam ipsius mariti sui tractasset

ctasset: tunc licebit illi mulieri per sacramentum parentum se purgare si hoc facere poterit: sin autem per campionem in pugna seipsam mundabit, ut in *Lumbarda qualiter quis se defendere debet l. si quis uxorem.* § Quintus casus est in aldionibus qui de personis suis aldiones sunt, si eis, vel eorum alicui compellatio facta fuerit, patroni eorum eos in pugna defendere debent, per seipsos vel per suos campiones; *ut in* Lumbarda *de hiis qui aldios debent defendere l. prima.* § Sextus casus est quando quis alteri crimen de uxore sua miserit, dicens, quod cum ea fornicatus esset, aut adulterium commisisset; licebit ei cui crimen mittitur aut sacramento aut per campionem se mundare, ut in L*umbarda de adulteriis l. si quis alteri.* § Septimus casus est si servus propter appetitum libertatis se liberum vocaverit, tunc licebit domino suo propter difficultatem insidiose approbationis per campionem suum litem dirimere. Et servus eciam per campionem pugnare potest, si morbus aut etas eum pugnare prohibuerit, ut *in* L*umbarda de Jurament. prest. l. si servus.* § Octavus casus est si clericus alium compellaverit ordinatum; est in legibus L*umbardorum*, quod ipsi non pugnabunt per se set per campiones, ut in L*umbarda de Episcopo & ejus ecclesia l. volumus pr.* quamvis de jure canonico sit clericis omnino prohibitum aut per se, aut campiones in duello dimicare, ut *Extr. de clerico pugnante in duello tam ca. pr. quam* 2. ubi de ista materia est specialis casus *&* 2. *q. quinta, monomachiam, & de purgatione vulgari por totum.* Et licet omnes isti casus pugnandi in duello jure divino, jure nature, jure humano, canonico, & civili, sint prohibiti, adhuc de facto in omni regno & regione inter Christianos duellum, & modus duellandi, habentur in usu, ut recitat, & plene arguit istam materiam *Hostiensis Extr. de torneamentis c. pr. in verbo. condicto & in verbo, ostentationem.* Et quamvis duellum, ut dixi, per jura prohibeatur fieri, tamen quia habetur in usu, predictos modos supra posui pro eo quod multociens in duellis generosorum & nobilium in *Francia* interfui ut predixi.

CAP. VIII.

Qualia arma, sint in hiis casibus, duellantibus, per consuetudinem concessa.

IN casibus istis quando proceditur ad duellum propter criminis purgationem de consuetudine Judex habet providere de fustibus cornutis cum targiis, vel scutis: que fustes & scuta erunt equalis longitudinis & grossiciei. Et pars compellans habebit primam electionem armorum predictorum, *ut in* Lumbarda *de testibus l. si quis cum altero & l. proxima precedenti.* Set utrum habere possunt gambrias, & galeas, in capitibus, neque lege, neque consuetudine invenimus. Et si prefate fustes sive scuta frangantur, non sunt alia eis aliquo casu prestanda. Aut si ceciderint fustes de manibus pugnantium, nisi duellantes poterint per seipsos dictas fustes recolligere, nove non dabuntur: Set sibi imputare debet qui fustem suam sic cadere permisit. Set de jure scripto ista non habemus: quamvis de usu, & communi consuetudine istud fuerit observatum. § De aliis questionibus motis per *Iohannem de* Lyni*ano* super ista materia non multum curo. Videatis eum vel dominum *Barth.* qui glosavit dictas leges L*umbardorum* : quem dictus *Iohannes de* L*yniano* de verbo ad verbum est secutus.

CAP. IX.

De salvo conductu habendo.

DIxi supra in precedentibus, quod ubi committetur pugna inter nobiles viros ad gloriam, vel odii aggregationem: si illi qui pugnaturi sunt de Regno extraneo, nunquid si duo de *Francia* eligant Regem *Anglie* in eorum Judicem: possint ipsi venire in Angliam secure sine salvo conductu. Consulo ut si venire secure desideraverint quod sine salvo conductu illuc venire non presumant.

mant. Et quia multociens in salvis conductibus est magnum periculū: propono hic inserere quandam formam salvi conductus prout ego solebam aliis ad mandatum domini mei specialis providere. Sequitur ergo tenor

§ *Thomas de Monte Acuto Comes Sar. & Pertici, ac dominus de Monte Hermerii, locumtenens generalis in factis guerrarum, Domini nostri Regis per totum Regnum suum Francie, & ducatus Normannie, Aquitanie, & Andigavie, ac comitatus Cenomannie, & Pontivii, Universis Comitibus, Baronibus, militibus, scutiferis, Capitaneis, gentium, armorum, civitatum, villarum, castrorum, Fortaliciorum, portarum, custodibus & pontium, passagiorum, ac stipendariis, sive soldariis domini nostri Regis: & nostris quibuscunque: singulisque Justiciariis, ballivis, vicecomitibus, ac aliis Officiariis, & custodibus Iurisdictionum quarumcumque, & eorum Locumtenentibus, singulisque domini nostri Regis subditis cujuscumque nationis: & benevolis, has literas nostras patentes visuris vel audituris, salutem in omnium salvatore.* § *Notum vobis facimus, quod nos dedimus, & concessimus, ac per presentes damus, & comedimus, Egidio de Vitry militi, licentiam & salvum ac securum Conductum, usque ad finem & terminum trium mensium, videlicet Marcii, Aprilis, & Maii proximo post datam presentium sequentium duraturum: ad veniendum ad personam nostram a Civitate Turonensi, usque ad villam Alenconii in Normannia: & ibidem demorandi durante tempore vel certa parte salvi conductus sui supradicti cum decem equis tribus scutiferis, uno capellano &, quinque aliis servitoribus suis secum venientibus ad probandam & viriliter defendendam quandam compellationem inter eundem Egidium & Iohannem F. militem Anglicum conjuratam* 24. *die Aprilis proximo futuro, ut sperat, in presentia nostra, infra listas in parco Alenconii terminandam.* § *Quare vos omnes attente rogamus: & fidelitati vestre, anctoritate qua fungimur, mandamus; quantinus eundem Egidium cum equitaturis scutiferis Capellano & aliis suis servitoribus ac lanceis, gladiis, ceterisq; armaturis suis licet duplicibus pro persona sua ad talem actum necessariis: suisq; scutiferis, ac aliis servitoribus armatis vel non armatis cum gladiis, Scutis, daggariis, cultellis lōgis & curtis, cum forpicibus vel sine forpicibus cum calcaribus vel sine calcaribus venientibus honeste* re-

recipiatis, & sine aliquali exactione ire stare & equitare ad nostrā presentiam, cum omnibus bonis & rebus quas secū cariare disposuit in bowgis vel māticis aut aliis quibuscumq; cistis, ut jocalia quecumq; aurū argentū in cunagio vel in massa lapides preciosos & margaritas & quecunq; alia jocalia cujuscunq; factionis fuerint seu valoris que in comitiva sua habuerit, cum per vos, aut loca districtus vel Iurisdictionis cum suis equitaturis ac aliis bonis premissis venerit ipsū honeste recipiatis eidemq; & suis in hospiciis & aliis sibi & suis familis necessariis provideatis, suis tamen sumptibus & expensis. § Nolumus tamen quod dominus Egidius cum suis equitaturis ceterisq; familiaribus ac hernesiis pretaxatis, villas castra fortalicia vel districtus vestros ingrediatur, sine vestra benevolentia & voluntate, set cum gratiarum actione. Assignetisq; eidem tempus necessarium pro mora sua vobiscum, ac ipsum cum suis equitaturis & aliis hernesiis predictis libere exire & abire permittatis, expensis per ipsum & suos factis, in territoriis vestris primitus persolutis. Scientes ulterius, quod si contrarium hujusmodi salvi conductus nostri eidem aut suis in aliquo feceritis, nos contra vos & quemlibet vestrum secundum juris exigentiam graviter processuros. In cujus rei testimonium, &c.

CAP. X.

Quibus modis prestatur securitas.

ULterius sciendum est quod salvus conductus sive securitas tribus modis prestatur. Primo videlicet per promissonem. Secundo, per persone publice adhibitionem. Et tercio per scripturam vel signi aut tituli appositionem. Primo per promissionem, ut si timeo quod tu inferas michi dampnum in corpore si per partes tuas venero, hoc casu poteris michi prestare securitatem promittendo quod non facies in dampnum sive molestiam, *ut in Authent. de mandat principium § set nunc. coll.* 3. *c. de hiis qui ad ecclesiam confug. l. presenti § penultima, & Authent. de monachis § si vero intra.* Circa quod quero: Nunquid ille qui dat istam securitatem, vel ipsam promittit,

mittit, teneatur dare fidejussores? Et videtur quod sic: quia promittit quod talis erit securus, igitur, &c. *Instit. de replic.* § *fi. F. soluto matrimonio l. si constante* § *quociens.* § Contrarium eciam videtur: quod expressum est quod promittit, ut supra: ergo intelligitur sine fidejussore, *ut in lege Pretor in fine F. de dampno infecto & in l. qui bona fide e. ti.* Item si deberet dare fidejussores promitteret factum alienum quod fieri non debet. *F. de verborum obligationibus l. stipulatio ista.* Ad hoc dico quod attendi debet qualitas persone promittentis. § Nam si talis qui promittit, fuerit potens, habens amplam Jurisdictionem, vel amplum patrimonium, ad quod sufficiens recursus haberi poterit, tunc non est necesse petere fidejussores: ut patet in titulo vel stilo cujuscunque salvi conductus, *ut in Authent. de mandatis principum coll.* 3. *in principio.* Si autem promittens non fuerit potens, ad respondendum pro dampnis lesi, tunc fateor necesse esse petere fidejussores, non obstante illo. § *Sed hiis ibi qui negligenti amico. Institut. quibus modis re contrahitur obligatio.*

CAP. XI.

Quomodo conceditur securitas per personam publicam.

DIxi, quod aliquando per publice persone adhibitionem conceditur securitas. Et iste modus multum habetur in usu, & specialiter, quando finitis obsidionibus & villis sive fortaliciis redditis, partes prius obsesse volunt per suam composịtionem transire ad alias partes: quibus dabitur forte aliquis notabilis Haraldus, seu Prosecutor, qui sunt persone publice, ad conducendum dictas gentes per territorium sive Jurisdictionem Principis certe obedientie ad illas partes desideratas. § Et iste Haraldus conductor tunc vocatur Gardiator, *ut C. de erogatione militaris annone l. cum sepe l.* 12. qui gardiator tenetur ipsas personas, per eum ductas, custodire cotidie: & ita intelligo dictam legem *cum sepe*, cum dicat, *propter causas plurimas.* § Nunc quero nunquid quilibet Judex potest

poteſt dare talem Gardiatorem? videtur quod non: quia ad ſolum Principem pertinet, non ad alium, *ut in l. cum ſepe & C. de officio Rectoris provincie l. nequis F. de Judiciis l. finali F. de cuſtodie reorũ l. 1. & 2.* vel ſaltem in abſentia magni Principis, ad proximum Capitaneũ ſive ad Conſtabulariũ, vel talem qui habet poteſttem ad hoc ſpecialiter ſibi commiſſam. Et generaliter nota; quod omnes illi domini poſſunt concedere ſalvum conductum qui poſſunt indicere bellum juſtum; & tales Gardiatores cum neceſſe fuerit talibus aſſignare,

CAP. XII.

Quo modo preſtatur ſecuritas per ſigni vel tituli appoſitionem.

TErcio preſtatur ſecuritas per ſigni vel tituli appoſitionem. Ut ſi petas quod ponatur in domo tua velum regium, vel ſcutum armis regiis depictum, vel ſignum quodcumque regium; Dico quod hoc eſt tibi concedendum, & ita intelligo *l. cum ſepe* preallegatam. Et licet illa lex ſequatur *in militibus*. Idem dico in aliis quibuſcumque. Volo tamen quod ſi preſtabitur aliqua talis ſalva gardia vel ſecuritas, quod fiat cum optimo moderamine, preſentibus partibus, vel ſaltem ad minus cauſa publice cognita, *ut F. de adoptionibus l. nam ita C. de Fabricenſibus l. ſiquis Fabricenſium li. 11. per Barth. & in Authent. de mandatis Principum § titulos & argumento li. 3. C. de bonis vacantibus li. 10. in textu & glo.* Et ſecuritas ſive ſalva gardia conceditur per principatum tenentem, ut eſt dictum in precedentibus Cujus quidem ſalve gardie ſive ſecuritatis ſequitur forma. § *Thomas de Monte Acuto, Comes Sar. & Pertici, ac dominus de Monte Hermerii, Capitaneus generalis guerrarum domini noſtri Regis, &c. univerſis & ſingulis Ducibus, Comitibus, militibus, ſcutiferis, ſagittariis, Cuſtodibus civitatum, villarum, caſtrorum, fortaliciorum, pontium, portarum, paſſagiorum, Juriſdictionum, & diſtrictus quorumcumque, ac ipſorum locum tenentibus, ſeu eorum*

rum familiaribus, amicis domini nostri Regis, & subditis universis has literas nostras visuris vel audituris salutem in auctore salutis. Notum vobis facimus per presentes, quod nos dedimus & concessimus, damusq; & concedimus, per presentes, bonum & salvum conductum, ac salvam gardiam sive securitatem appatisationis vel al. Iohanni de S. & W. de B. procuratoribus habitancium in villa Sancti Lupi, juxta Aurelianos singulisq; parochianis ipsius parochie, ac eorum uxoribus, filiis, filiabus, ac eorum servitoribus, quibuscumque, ab isto 15. die Aprilis usq; ad 15. diem inclusive mensis Maii proximo futurum post datam presentium duraturam, ad salvo & secure habitandum, commorandum, laborandum, in agricultura sive in vineis, prout eis videbitur necessarium & conveniens pro tempore supradicto, sive aliis operibus manualibus quibuscumq; pacifice & quiete. Ac ad veniendum per excercitum nostrum & redeundum & alia loca jurisdictionis & obedientie domini nostri Regis & nostre. Recepimusq; eos omnes & singulos uxores, filios, & filias, ac eorum servitores, equos, equas, boves, vaccas, vitulos, oves, agnos, porcos, porcellos, capones, gallos, gallinas, & earum pullos, ac omnia bona mobilia & immobilia, habitantium predictorum, in salvam & securam gardiam & protectionem domini nostri Regis, & nostram, pro tempore suprascripto. Mandantes & expresse injungentes vobis Iusticiariis, & Officiariis domini nostri Regis, omnesq; alios prenominatos specialiter requirimus & rogamus, quatinus procuratores parochianorum predictorum, ac ipsos parochianos, cum eorum uxoribus, filiis, & filiabus, ac servitoribus quibuscunq; cum domibus, grangiis, equis, Iumentis, bobus, vaccis, vitulis, ovibus, agnis, porcis, porcellis, ac aliis bonis suis mobilibus sive immobilibus supranominatis, in dicta parochia, habitare libere & quiete, vel pacifice, & secure, permittatis ac ibidem laborare, & laboribus suis quibuscunq; superintendere; Et ad excerctum nostrum cum victualibus, vel sine venire, & redire, & ibidem si necesse fuerit morari, & moram trahere, ac per loca nostra transire, venire, & redire, dum tamen armati non existunt. Proviso tamen quod dicti procuratores & parochiam supradicti prefatam civitatem Aurelianensem non intrent, nec aliquam aliam villam muratam aut fortalicium quodcunq; sine alia nostra licentia speciali, ; Nec ibidem inveniantur sive capi-

capiantur ſub periculo incumbente; In cujus rei teſtimonium, &c.

C A P. XIII.

Quid fiet ſi frangatur ſecuritas.

NUnc quero qua pena punietur qui frangit talem ſecuritatem. Quidam tenent quod punietur talis pro qualitate delicti, *ut F. de officio preſidis l. congruit.* Alii tamen volunt quod puniri debet pena leſe majeſtatis, quia videtur contra Principem commiſiſſe, *ut F. ad legem Jul. majeſtat. l.* 1. *& de re militari l finali.* quam opinionem ego tenui tunc. Tercii ulterius dixerunt; quod tradi deberet illi cui fregit ſecuritatem, ut ipſe eum puniat pro libito voluntatis, ut probatur *F. de legibus l. fi.* Set neutra iſtarum opinionum jam placet. Dico enim eum non teneri pena leſe majeſtatis: quia non fregit directe pacem Principis nec rei publice, ſet inter duos, ergo illa opinio non habet locum. Nec illa, quod tradatur leſo, ſicut in legatis. Et ratio eſt, quia tales ſunt hoſtes populi *Romani*, vel quia exlegati truduntur *Extr. ſi fragant ſecuritatem que eſt debita.* Ideo ſecus dico in iſtis ne vigor judiciarius ultimo accipiatur per partē. *C. de judiciis l. nemo exter. & l. nullus.* § Set dicendum eſt credo quod talis pena ſit in arbitrio Judicis ſuppremi illam ſecuritatem concedentis, in tantum, quod ſi aliquis erat deportatus pro crimine, adnunc decapitetur, vel alia pena corporali augmentetur. Et eodem modo ſi eſſet pecuniaria pena: pro eodem modo augmentetur, *ut in li. feudorum de clerico violator. pacis* § *ſi quis hoc &* § *ſi quis alium &* § *ſi quis aliquid C. de feriis l. finali F. de penis l. aut dampna* § 1. *F. de hiis qui ſunt ſui vel alieni juris l.* 2. § *ſi conſtitutionem.* Et ſic dico quod illa pena eſt in arbitrio Judicis ſupremi, qui talem ſecuritatem conceſſit. § Set ex quo tunc quod dominus ſuppremus concedere poteſt talem ſecuritatem, nunquid ille poſſit dare ſecuritatem perpetuis temporibus duraturam? Credo ſi ille dominus con-

cedat ſecuritatem ad certum tempus, quod illo tempore durabit ſecuritas. Et ſi conceſſerit pro perpetuo, duret, ſic ſecuritas poteſt eſſe perpetua: ut in rebus tuendis *F. de dampno infecto l. finita in principio et l. Pretor ait*, & ſic perpetuo poteſt dari ſecuritas. *F. de hiis qui ſunt ſui vel alieni jur. l. 2. in principio.* Et nota quod iſta ſecuritas multum aſſimilatur treuge, licet tamen non in omnibus. Nam treuga diffinitive, eſt ſecuritas preſtita perſonis, & rebus ad tempus, diſcordia nondum finita. De iſta diffinitione eſt *Hoſtienſis* Extr. *eodem titulo, in antiquis*. Item treugarum alia conventionalis, alia canonica. Conventionalis vero, ex conventione recipit formam, ſicut contractus ex conventione legem accipit & formam. *F. depoſiti l.* 1. § *ſi conveniat*, & hoc eſt quod faciunt inter ſe diſcordes quod ſervari debet pendente diſcordia, ut in precedentibus dictum eſt; quia fides eſt ſervanda eciam hoſti 23. *q.* 1. *noli* in textu; Set hoc intelligo, ſi hoſtis tuus tibi fidem pari modo ſervaverit, alioquin ſecus, *Extr. de jurejur. pervenit* & 28. *q.* 1. *ſi infidelis.* Iſta treuga ſcilicet conventionalis concordat ut dixi cum ſecuritate predicta.

§ Eſt eciam treuga canonica, de qua loquitur textus *Extr. de treuga et pace in antiquis, per totum*, ubi dicitur, quod ſunt quedam perſone que ſemper debent ſervare treugam ſicut presbiteri, monachi converſi, peregrini; mercatores, ruſtici, euntes & redeuntes, & in agricultura exiſtentes. Similiter & animalia que arant & que ſemina portant ad agrum ſimiliter Romepete, & oratoria viſitantes 23. *q.* 3. *ſi quis Romepetas.* Set iſtud non fuerat obſervatum temporibus meis in *Francia.* Haberent autem de jure canonico hoc privilegium ruſtici, qui diu ſteterunt in agricultura, ſicut & milites dum militant. *c. de reſtitutione militum l. ultima.* Similiter clerici monachi & Converſi, donec in eccleſiis canonice & regulariter vivunt *C. de Epiſ. et Cle. l. generaliter.* Sic & animalia que ad cultum agri pertinent *C. que res pignori obligata poſſunt l. pignore.*

§ Set forte Capetaneus principalis ſicut erat dominus meus *Comes Sar.* concedit talem ſecuritatem alicui in forma quam premiſi: Alius Anglicus de ſua obedientia frangit ſecuritatem predictam, nunquid punietur? Certe ſic,

arbitrio

arbitrio ipsius domini supremi, ut premisi. Et si talis securitas fuerit Concessa *Saraceno*, vel *Judeo* : quia spoliantes eos in tali casu rapinam committunt : ut sufficienter declarat *Raymundus li*. 2. *titulo de raptoribus* § 18. Set ibi ipse excipit milites Templarios, quos dicit Jurisdictioni alicujus Principis temporalis in hoc casu non subjacere, cum sint Religiose & ecclesiastice persone : quarum ordo est specialiter deputatus ad *Judeorum* & *Saracenorum* destructionem, ut ibi § Sed pone, Dominus Rex *Anglie* vel capitaneus suus principalis in *Normannia* concedit alicui mercatori de comitatu *Blesensi* vel *Andegavensi* securitatem ad cariandū & per mare vel per terram ducendū C. dolia vini. Capitaneus ville *Sancti Machuti* in Britannia capit predictum Mercatorem cum vinis suis in mari frangendo securitatem, & salvam gardiam Domini Regis, sive principalis capitanei supradicti, non obstante pace perpetua jurata, inita & firmata inter prefatum Regem *Anglie*, & Ducem *Britannie* : In quo casu queritur, quis faciet istorum vinorum restitutionem ? vel Rex *Anglie*, quia concessit predictam salvam gardiam : vel Dux *Britannie*, ratione pacis antefate, sicut prefertur, inite, jurate, & firmate: Tu breviter dic, quod dominus Rex *Anglie* tenetur prefato Mercatori concedere martam sive reprisalias post debitas requisitiones factas Duci *Britannie* pro restitutione vinorum predictorum, ut declarat dominus *Barth. in tractatu suo de reprisaliis in principio* 2. *questionis*. Dum tamen Mercator supra dictus Ducem *Britannie* prius pro restitutione suorum vinorum debite requisierit, *ut in Authent. de mandatis Principum* § *sic t. coll*. 3. Nam antequam justitia sit denegata per inferiorem, non pertinet ad cognitionem superioris, *ut in l. a divo Pio F. de re judicata per Barth. & ibi plene per eum Extr. de foro competenti c. Romana* § *contrahentes*. Et potestas ejus qui concedit reprisalias succedit in locum deficientis superioris. Set de jure antequam adeatur superior debet requiri Judex ad quem spectat prima causa, & ipso negligente debet requiri proximus superior, qui primo precipiat ut justitiam faciat : qui si non fecerit, adeundus est Princeps supremus, *ut in Authent. de mandatis principum* § *sic est quoque*. Ex quibus videtur

detur quod antequam quis adeat Judicem terre, ſua pro petenda marta, ſive repriſaliis petendis, debet adire prius Judicem ipſius terre ubi ſecuritati derogatur propter gravamen ſibi illatum per ſubditos Judicis vel domini anteſati: & ipſo negligente, vel juſticiam facere recuſante, tunc revenire debet gravatus ad concedentem, videlicet ad Regem vel Principem ſupremum. § Set tunc quero quo jure adeatur quis ut Repriſalias concedat? Reſpondeo ſiquidem per ſtatum terrarum vel Conſtitutiones dominorum, aliquibus eſt conceſſa iſta poteſtas: tunc ipſe adhibitur conditione ex iſto ſtatuto vel conſtitutione, ut *in l. prima F. de condic. ex lege & ibi plene per Barth.* Si vero queramus de jure communi, tunc advertendum eſt, quod de iſtis repriſaliis concedendis contra non ſubditos, nulla juris civilis conſtitutione cavetur. Set rationes & Jura que hoc inducunt, magis de jure divino, & jure gentium, quo bella licita permittuntur, fiunt, quam de jure civili, ut predixi. Nec de jure divino, vel Gentium oritur in talibus actio, nec tales formule agendi. Set omnia expediebantur manu regia, *ut in l. 2. in principio F. de origine juris.* Unde credo quod eciam hodie cum repriſalie poſtulantur, de jure communi non debet intentari actio vel Judicis alicujus officium implorari: ſet magis requiri debet regia manus ſeu poteſtas prius inſtituta de jure divino ſeu gentium.

CAP. XIV.

Quod ordine conceduntur repriſalie.

ULterius tunc queritur quo ordine conceduntur repriſalie ab eo qui non recognoſcit ſuperiorem. Reſpondeo ut dixi iſto caſu non debet intentari actio, vel Judicis officium implorari: ſet magis debet regia manus vel poteſtas requiri prius inſtituta jure divino vel gentium. Et iſto jure omnia erant in poteſtate regia, & ſic nullus ordo vel ſolempnitas requirebatur: quia illud erat quod Regi placebat, *ut in dicta l. 2. in principio F. de origine*

ne juris : unde in propofito dico, quod nulla folempnitas civilis requiritur, nec libellus nec ordo, vel fcriptura. Unde credo quod ifte qui habet reprifalias conceffas a domino, vel populo fuperiorem non habente, non tenetur de illo ordine vel proceffu docere : fet fufficit folum conceffionem oftendere. Nam omnia licite prefumuntur acta, cum omnia in poteftate concedentis effent. Et hoc verum credo in territorio concedentis. Set periculum eft in hoc. Primo, quia gens contra quam reprifalie conceduntur poterit eodem jure uti contra concedentem, *per titulum F. quod quifque juris in alium, &c. per proceffum.* Tutius tamen effe puto quod aliqualis fervetur ordo, qui eciam in fcriptis redigatur in aliqualem formam libelli. In quo libello contineatur qualiter facte fuerunt requifitiones, & denegata Jufticia, propter quod intereft partis in tanta quantitate, quare gravatus petit gravantes fibi cōdemnari in quantitate predicta, eidemque concedi licentia capiendi & detinendi homines & perfonas dicte terre, & res ipforum, ufque ad fatisfactionem dicte quantitatis, tunc fi pars gravans compareat & data fuerit fententia pro actore, dicte reprifalie haberent vim executionis rei judicate : & illud poffet fieri quod fit de rebus que in caufa rei judicate capiuntur. Qui ordo eft manifeftus, ut in cafu : Initis & confirmatis treugis, aut perpetuis, vel ad tēpus inter dominū Regē *Anglie*, & Ducē *Britannie*, *Ticius* forte mercator *Londoniarū*, diverfa mercimonia valoris ducentarū librarum in *Britanniam*, ad villam *Sancti Machuti*, venire faciens: abfq; fuo demerito ibidē capitur & incarceratur, mercimoniaq; fua interim diftrahuntur. Qui quidem *Ticius* fub noctis filentio, fractis vinculis per feneftram exiens, in *Angliam* eft reverfus, qui fuorum amicorum precibus cognita injuria fibi facta, literas requifitorias a domino Rege *Anglie*, *Henrico* optinuit Duci *Britannie* directas, totius rei gefte feriem continentes. Quibus quidem literis per certum nuncium dicto Duci liberatis, ipfoque ad reftitutionem prefatorum mercimoniorum diligenter requifito, fine refponfo gaudiofo antefatus nuncius in Angliam eft reverfus. Demum a domino Rege reprefalie conceduntur & Admirallo Anglie datur in mandatis, qui poteftatem habere

bere dinoſcitur in toto mari Anglicano ut dictas repreſalias executioni demandet.

§ *Henricus dei gratia Rex Anglie & Francie, dominus Hibernie, Dux Aquitannie, Andigavie, & Comes Cenomannie; dilecto & fideli conſanguineo noſtro Iohanni Duci Exon. &c. Admirallo Anglie, ſalutem. Fidelitati veſtre notum facimus per preſentes, quod Ticius mercator & Civis Londoniarum ad noſtre celſitudinis preſentiam veniens, nobis humiliter intimando monſtravit, quomodo ipſe diverſa mercimonia valoris ducentarum librarum in Britanniam adduci fecerat, ad villam Sancti Machuti, ubi, ut aſſerit, I. de B. & R. de S. eundem, & mercimonia ſua hoſtiliter invadentes, ipſum Ticium cum ſuis mercibus ceperunt & priſonarium per quatuor menſes tenuerunt, qui gratioſe poſtea ereptus ab inimicorum manibus effugiit, in regnum noſtrum Anglie rediens, noſtram celſitudinem eſt aggreſſus. Nos igitur ſupplicationibus ejus benignius inclinati, cum eidem Ticio fideli noſtro, ſic, ut prefertur, dampna paſſo, deeſſe nolumus; dedimus licentiam eidem & plenariam poteſtatem ut ubiq; per mare & terram de bonis Britonum quorumcumq; capiat ſeu capi faciat (ipſorum Britonum bonis dumtaxat exceptis quibus ſecuritatis noſtre literas duximus concedendas;) quouſq; eidem Ticio in valore ducentarum librarum, & illatorum dampnorum ſuperius expreſſorum plenius ſatisfiat, Conſiderantes requiſitiones ſuas multiplices Duci Britannie ante factas: & per eundem Juſtitiam denegatam. Quare fidelitati veſtre precipiendo mandamus, quatinus ſuper capiendis predictorum Britonum bonis nullus dictum Ticium mercatorem noſtrum impediat vel moleſtet, ymo ob reverentiam noſtri culminis aſſiſtat: eidem ſuper premiſſis auxilio, conſilio, & favore, dum tamen ad eos quibus ſecuritatis noſtre litere per noſtram excellentiam ſunt conceſſe ſuas manus aliquatinus non extendat; Mandantes inſuper Officiariis veſtris univerſis maris Anglicani cuſtodiam habentibus quatinus prefato Ticio mercatori noſtro diligenter intendant, & eidem faveant in premiſſis.*

§ Quibus quidem literis regiis Admirallo, vel ejus Commiſſario preſentatis, & ab eodem receptis prefatus Admirallus, ſeu Commiſſarius ſuus ſcribere tenetur officiariis ſuis, ſicut decet, ac aliis cuſtodibus maris, portuum, & paſſagiorum quorumcumque infra fines & limites maris

maris Anglicam intimans eisdem domini Regis voluntatem sub hac forma. § *Johannes Holand Dux Exon. &c. Admirallus maris Anglicani Dilectis nobis in Christo universis & singulis ballivis portuum, custodibus maris, & passagiorum quorumcumq; per circuitum Regni Anglie, salutem. Noveritis nos mandatum domini nostri domini Henrici Dei gratia Regis Anglie & Francie, &c. cum ea, que decuit, reverentia recepisse, sub eo qui sequitur tenore verborum, Henricus de gratia, &c.* ut supra. *Cujus quidem auctoritate, & nostra; vobis universis, & singulis, ac fidelibus dicti Domini nostri Regis quibuscũque, precipiendo mandamus, quatinus prescripto Ticio mercatori & civi Londoniarum favorabiliter assistatis auxilio, consilio, & favore, pro eo quod nichil prodesset sententias aliquas ferri, vel mandata, nisi executio debita sequeretur. Quare fidelitati vestre precipimus quatinus naves mercimonia ac singula aliqua quecumque bona per vos vel partes vestras Britonum quorumcumque venientes, seu venientia, (illorum Britonum bonis dumtaxat exceptis quibus securitatis domini nostri litere antea sunt concesse,) capiatis, & capi faciatis indilate, nec ab hujusmodi navium ac aliorum bonorum quorumcumque captione cessantes, quousque aliud habueritis a nobis in mandatis. Proviso tamen quod singulas naves ac bona dictorum Britonum quecumque per vos capta ad portus notabiles ducatis, seu duci faciatis, ubi prefatus Ticius mercator & civis Londoniarum, veram noticiam habere poterit bonorum omnium sic captorum: eidemque dictas naves ac bona alia quecumque adjudicetis de tempore in tempus usque ad plenam persolutionem ducentarum librarum, & aliorum dampnorum eidem Ticio illatorum inter vos accopas & antaccopas deliberatis & receptis fideliter facientes, ulteriusque certificantes nos de termino in terminum quid feceritis in premissis; In cujus rei testimonium, &c.* § Ista predicta patent per dominum *Bartholum in suo tractatu de reprisaliis in* 8. *questione sua principali & aliis questionibus precedentibus.* Et dico quod illa clausula finalis in Commissione precedenti; videlicet, *ulteriusque certificantes, &c.* additur ne fiant illicite exactiones, ut in *l. illicitas F. de officio Presidenc.* Et ne injuriarum inde nascatur occasio, *ut in l. meminerint C. unde vi & Institut. de act. in principio, & de*

pace

pace Juramento firmanda coll. 10. Qualiter autem res sic capte vendantur? Dico quod necesse est ut judex videlicet Admirallus per suam potestatem alicui committat, ut ipse vendat & satisfaciat dampnum passo, ad valorem sui dampni, una cum expensis per eum factis pro eodem, *ut in l.* 2. *in fine C. de jur. dominii impetrand.* Requiritur ergo in omnibus predictis auctoritas Judicis quod semper intellige verum, nisi aliud in Commissione prima exprimatur. Dico insuper quod in computatione ejus quod quis recepit, debit fieri detractio expensarum factarum, *ut in l. prima C. computatione C. de jur. deliber. F. ad legem falc. l. in quantitate.* De ista materia reprisalium non plus hic intendo scribere; quia Doctores latissime istam materiam declaraverunt suis locis, ut dominus *Barth. in tractatu suo de reprisaliis. Item Archidiaconus post Speculatorem & Jacobus de Bello visu Ioh. de Andr. in c. non debet aliquis de regul. juris li. 6. mercurialibus.* Item dominus *Baldus* declarat hanc materiam in *Authent. Et omnino C. ne uxor pro marito*, videatis igitur ea que hic deficiunt per prefatos dominos in locis suis preallegatis.

Explicit Liber Secundus.

NIC.



NIC. UPTONI

De Militari Officio *Lib.* III.

De coloribus in armis depictis, & eorum nobilitate, ac differentia.

UT dicit *Iſidorus, ethimologiarum li.* 18. Color dictus eſt, eo quod calore ignis, vel claritate ſolis eſt perfectus, vel color a colendo dicitur eo quod colantur colores, ut ſūme ſubtilitatis, & intime puritatis. Colores autem aut naſcuntur, aut fiunt, ut ait *Plinius lib.* 35. Fiunt autem colores per pictores, & tinctores. Et dicuntur tinctores pannorum, & lanarum, ac aliarum rerum ob nitoris gratiam coloratores, ut dicit *Iſidorus li.* 19. Pictores vero ſunt ymagium rerum & ſimilitudinum artificio picture expreſſores. Eſt autem pictura dicta quaſi fictura, unde & ſunt quedam picture, que corpora veritatis ſtudio & arte coloris excedunt. Picturam autem primo Egiptii invenerunt: umbram hominis certis lineis circumducentes, deinde ſimplicibus coloribus, & poſt diverſis. Sicque paulatim ars ipſa ſe diſtinxit, & invenit lumen & differentias colorum ac umbras. Unde & nunc pictores prius quaſdam lineas & umbras future ymaginis ducunt, deinde coloribus complent, invente artis ordinem adhuc ſequentes. Ut dicit *Iſidorus*

li. 18. c. de picturis, unde cum olim in bellis armati, sive uno genere armorum sive alio, ipsorum facies dictis Armis velabantur, & sic in veritate quales ipsi erant difficile fuit aliquem ab alio cognoscere; quapropter ipsi armati, per artem pictorum, certas differentias ymaginum, alii animalium, alii avium, alii herbarum, & florum, alii diversorum insigniorum suis tunicis & coöperturis ad cognitionem ipsorum assumpserunt. De quibus latius dicam in sequentibus.

Quid est color.

EST autem color, ut dicit Philosophus *in libro metheorum, extremitas perspicui in corpore determinato rei corporalis visibilis.* Vel secundum alios, *Color est proprietas proprie visu perceptibilis.* vel ut dicit *Aristoteles in 2. de anima. Color est motivus vel immutativus visus secundum actum lucidi.* Nam lux est actus & perfectio, lucidi seu perspicui. Naturam autem coloris in corpore mixto, ex alicujus elementi dominio essentialiter existentis, producit lux ad actum immutationis visus. Quamvis enim color naturaliter & essentialiter sit in mixto; non tamen habet potentiam manifestandi se nisi per lucem super ipsius superficiem actualiter radiantem, unde color ad sui manifestationem semper, indiget luce, set non econtra: quia lux ad sui manifestationem non indiget colore, sicut color indiget luce actualiter existente, set non e contrario, ut per lucem, mediante colore, qualitas visus organo imprimatur. Et ideo posuerunt quidam, quod ratio visibilis radicaliter & formaliter est in luce: quia ipsa sublata, rei colorate qualitas visui non apparet. Habet autem color actualem essentiam in tenebris, ut dicit Commentator *in 2. li. de anima. De immutatione visus & coloris.* Non enim creat lux colorem, cum in sua actualitate, ex dominio elementi sit in mixto. Set lux extrinceca diffusa super colorem & super medium, disponit ipsum medium, dando ei formam per quam possit recipere speciem coloris. Et ideo per lucem mutatio dispositionis ut in medio per quod defertur coloris differentia ad orga-

organum visus, ubi fit judicium de colore. Et ideo in tenebris remanent colores in essentia actualitate. Propter quod dicit *auctor perspective li. pr. ca. ultimo*, quod lux non exigitur ad visionem colorum, nisi in altera duarum causarum: quia sine luce non extenduntur forme colorum in aere: Aut quia si tunc extenduntur, non operantur in visum nisi per lucem; unde ad existentiam coloris lux non exigitur set tantum ad ejus manifestationem. Et quamvis color non manifestetur in tenebris, propter hoc non erit superfiuus aut otiosus: cum semper perficiat suam naturam & subjectum. Et quod non videtur in tenebris, non est ex defectu coloris, set pocius ex defectu a parte recipientis, eo quod non habet dispositionem quam oportet ipsum habere. § Verumptamen si auctores dicant, colorem non esse in actu sine luce: Intelligendum est, ut credo, de actu manifestandi quoad visum, non de actu existendi. Ornat itaque lux extrinceca colores & decorat, ac ipsos prius existentes in esse specifico visui manifestat: non tamen primitus eos causat. Et hoc intelligo de luce infusa extrincecus super res. Nam virtus lucis celestis ad interiora rerum visibiliter penetrans, cooperantibus quatuor elementorum qualitatibus, colores procreat atque causat. Et sic generatos & existentes in esse specifico superveniens lux visibilis clarificat, nobilitat, & oculis manifestat.

De generatione Colorum.

MAteria igitur perspicui, aut erit sicca per dominium, vel humida per dominium, vel mediocriter sicca vel humida. Si vero dominetur siccitas in materia, tunc si est actio calidi per dominium generabitur albedo: quia calidum rarefacit & disgregat, partes materie subtiltiat, atque generat claritatem. Et secundum hoc, dicit *Philosophus libro de animalibus c.* 19. quod generatur albedo ex paucitate humoris in materia sicca, per dominium calidi agentis & subtiliantis; sicut patet in calce, & ossibus combustis, & similibus. Si vero agat in materia dominans frigiditas, tunc generatur nigredo:

quoniam constringit partes materie sicce & congregat, ac opilat, substantiam rei condensat ac obscurat. Obscuritas enim est privatio non solum lucis, verumeciam & coloris. · Quemadmodum claritas est differentia coloris, sicut lucis: quoniam est conditio visibilis simpliciter. Si vero sit humida materia, tunc a calido dominante generatur nigredo: quia calidum adurit partes humidas, & consumit humidum, quod exalat in fumum nigrum: ut patet in lignis viridibus, de quorū extremitatibus exit humor niger quando exuruntur: quoniam ustibila sunt que habent in poris humorem debilem, qui non potest resistere calori ignis. Nec tamen statim suffocatur, set pocius alit ignem: Unde patet, quod humidum est potissimum in quod agit ignis, & illud humidum est nigredinis per coloris actionem quando calor agens exalare facit subtile et humidum aquosum, & evaporat aerium, & remanet quod est terreum atque grossum: propter quod oportet necessario ut generetur nigredo. Si ergo in materia humida vincat dominans frigiditas, tunc albedo generatur, ut apparet in nive, pruina, & in canicie, ac in hujusmodi fleumaticis: quamvis enim frigus aggreget humidum non tamen sicut siccum. Humidum eciam cum sit perspicuum magis est aptum natum nobilis esse coloris. Sic ergo albedo generatur ex aere vaporoso, id est declinante ad humiditatem aqueam, & hoc per frigidi actionem. Set flamma aliquando apparet alba, quando materia aeris est subtilis in qua radiat vapor ignis. Et talis albedo non est propria set pocius transumptiva. § Habemus ergo quomodo generantur duo colores principales, videlicet album & nigrum: de quorum nobilitate in sequentibus clarius dicetur. Sunt tamen aliqui qui ponunt lucem esse de substantia coloris. Et illi dicunt quod color est lux incorporata perspicuo. Habet enim perspicuum istas differentias: aut enim perspicuum est purum, seperatum a terrestreitate, aut est inpurum, cum terrestreitatis admixtione. Lux autem consideratur quadrifarie: aut lux est clara, aut obscura, vel est pauca, aut est multa. Cave tamen, quia non dico lucem esse magnā per subjectū magnum diffusam: set sicut de luce virtuali dicitur, quod in puncto colligitur lux,

lux, ut quando opponitur ſpeculum concavum ſoli, & lux cadens ſuper totam ſuperficiem ſpeculi in centrum ſpere ſpeculi reflectitur, cujus lucis collectio ſpeculum inflammat & cito combuſtibile generat: unde cum aliquid inflammabile opponitur, ſubito accenditur & ignitur. Si igitur fuerit lux clara & multa in puro perſpicuo, albedo generatur. Nam albedo eſt color, ex luce multa & clara, in puro perſpicuo, generatus. Si vero fuerit lux parva & obſcura in perſpicuo nigredo neceſſario generatur. Et iſta decarant dicti *Ariſtotiles*, & *Averois*: qui ponunt nigredinem privationem eſſe claritatis, & albedinem habitum ſive formam. Et ſecundum hunc intellectum patet quod quinque ſunt colores ab albedine uſque nigredinem paulatim accedentes deſcendendo quaſi. § Similiter alii quinque colores erunt proximi nigredini, a nigredine verſus albedinem procedentes aſcendendo quaſi, donec fiat occurſus alicujus quinque colorum, quibus ab albedine ad nigredinem deſcenditur. Et ſic ſecundum iſtam conſiderationem 12 ſunt colores in toto. Duo videlicet principales ſecundum ſe, videlicet albus color, & niger: & decem colores collaterales, quinque viz. huc per extenſionem ab albo ad nigrum deſcendentes, & quinque illuc a nigredine per remiſſionem, ad albedinem aſcendentes: in medio in unum idem forte concurrentes. Et iſti colores eciam vocantur a quibuſdam principales, non per ſe ſet per accidens. Alii tamen vocant illos decem colores medios. In quorum autem mediorum colorum poſitione ſunt gradus quaſi infiniti, ſecundum intentionem & remiſſionem majorem vel minorem, prout rei veritas oſtendit. Recollige igitur breviter ex predictis: quod color eſt proprietas ſive qualitas derelicta in ſuperficie corporis perſpicui, ex natura mixtionis elementarium qualitatum concurrentium in mixto, que mediante luce viſui actualiter preſentatur. Nam ſine luce media, color organum viſus actualiter non immutat, quamvis tamen color per ſe ſit viſibilis; Non eſt autem ex defectu ſui, ſet pocius ex defectu & impotentia organi: quod color ſine actuali lucis preſentia non videtur.

De

De colore albo.

PAtet ergo quod albedo eſt color, ex luce clara & multa, in puro perſpicuo generatus: unde quanto materia perſpicui eſt lux clarior, tanto albedo erit intenſior. Eſt igitur cauſa materialis albedinis, perſpicuum purum in omni terreſtri feculentia inpermixtum, nunc ſiccum nunc humidum. Cauſa vero effectiva, eſt, vel calidum vel frigidum. Nam materia ſi fuerit calida per dominium generabitur tunc albedo, propter rarefactionem & ſubtiliationem partium materie & clarificationem, vi & fortitudine caloris, ut patet in oſſe combuſto & in calce. Si vero fuerit materia ſubſtantialiter humida, & in illa dominans frigiditas, generatū erit album ut patet in nive. Generatur autem albedo ex ajere vaporoſo declinante ad humiditatem aqueam, ut dicit philoſophus *li.* 19. *de animalibus*: & hoc per frigidi actionem. Nam frigus albificat humidam materiam, & denigrat ſiccam. Color vero humidam denigrat & ſiccam dealbat. In nullo autem colore melius fundantur colores medii quam in albo; & quanto album eſt intenſius quod ſubſternitur, tanto adheret fortius color qui ſuperinducitur & linitur, ſive rubedo fuerit, ſive quiſcumque alius color. § Ad albedinem vero pertinent, ut ſupra dixi candor, albor, & lux, & ab ea deſcendunt quinque colores medii, ut ſupradixi: videlicet, flavus color ſive glaucus, pallidus ſive azorius, Color rubius, Color purpureus, ſive puniceus, & color viridis. Iſti enim quique colores medii deſcendunt ab albedine, tendentes in nigredinem. De quibus omnibus, deo dante, dicetur in ſequentibus, antequam aliquid dixero de colore nigro: qui quidem color niger eſt ſecundus color principalis. De quo eciam aſcendunt quinque alii colores medii accedentes ad colorem album, videlicet color griſens, qui parum participat de abedine: color plumbeus: Item color cinericius: color terreus: color lividus. Iſti autem quinque colores medii aſcendunt a colore nigro, accedentes ad colorem album, ut predixi. De quibus & eorum nobilitate dicam in ſequentibus. Sic ergo habemus

bemus jam 12. colores, ad tunicas Armorum sive Insigniorum partinentes: sicut tunica Insigniorum *Aaron*, in veteri Testamento facta fuit de hiis 12. coloribus, *ut Exod.* 28. *c.* quibus quidem coloribus coaptantur 12. lapides preciosi: *ut in eodem c.* De quibus tamen coloribus, quam lapidibus preciosis, latius dicetur in sequentibus. Item qualia Arma aut insignia portabant 12. tribus filiorum *Israel*, tradunt Hebrei hec fuisse. In *Ruben*, mandragora. In *Simion*, hasta. In *Levi*, archa testamenti. In *Juda*, Leo. In *Ysachar*, asinus. In *Zabulon*, navis. In *Neptalim*, cervus. In *Gad*, leena. In *Joseph*, taurus. In *Benjamin*, lupus. In *Dan*, serpens. *Asher* ante edes habebat pelvem, & desuper obumbrantem olivam. De istis scribitur *Numer. ca.* 2. super verbo, *signa atque vexilla.* § Set si queratur adhuc de colore albo: quare ille color dicitur inter omnes colores dignior? Respondeo, quod color albus inter omnes colores dicitur nobilior & dignior, propter multas causas. Primo propter prioritatem color albus est nobilior, pro eo quod omnis privatio presupponit habitum, Nigredo est privatio albedinis, ut predixi, ergo albedo fuit prior, & sic per conseqnens dignior & color nobilior. Item color albus potest a loco distantiori & remotiori facilius conspici quam aliquis alius color: ergo color nobilior & dignior. Item si petatur contrarius color alicujus coloris, non possumus faciliter illum colorem dare nisi inter album & nigrum. Et color albus est, ut predixi, prior inter illos duos colores principales: igitur color albus est dignior & nobilior. § Item color albus est nobilior pro eo, quod in nullo alio colore melius fiunt colores medii quam in albo: & quanto album est intensius quod supponitur, ut predixi, tanto adheret fortius color qui superinducitur. Ista patent per philosophum in libro *de sensu & sensato capitulis preallegatis*: & partim per Dominum *Barth. in tractatu suo de Armis pingendis*: & per *Plinium*, *Isodorum*, & *Bartholomeum de Platea.* locis ubi ipsi tractant de coloribus. Item per colorem album designatur lux; & contrarium lucis sunt tenebre que nigredinem signant. Set illud quod designatur per tenebras, non est ita nobile vel dignum,

dignum, ſicut eſt illud quod deſignatur per lucem, igitur &c. De iſto eſt *Accurſius in prohemio F. in ſecunda parte*, que incipit *Itaque procul dubio*, ubi dicit, *quod oppoſita juxta ſe poſita magis apparent.* Huic autem colori appropriatur quidam lapis precioſus, qui eſt berillus: cujus decem ſunt ſpecies, ut refert *Yſidorus.* Set ille berillus optimus eſt, qui colorem habet aqueum ad modum criſtalli, cujus virtus eſt contra pericula hoſtium ac contra lites: redditque portantem invictum, & confert ingenium bonum. Plures virtutes ipſius habebitis in lapidario *Marbodii*, capitulo de Berillo.

De generacione colorum mediorum.

SUnt autem inter albedinem, & nigredinem, multi gradus intermedii, ſecundum intentionem dominii, tam qualitatum activarum quam paſſivarum ſecundum eſſe debilius & fortius multipliciter, & ſecundum multos gradus, quoniam quanto plus dominatur ſiccitas, tanto cum majori difficultate ſubtiliatur & rarificatur ac elucidatur: & ſic difficilius fit perſpicuum, & per conſequens albedo, eo quod ſiccum ac ſolidum eſt denſum in quantum hujuſmodi & obſcurum. § Similiter ſi ſiccitas fuerit major, & frigiditas intentior, tanto magis generatur nigredo, ex partium compactione & extenſione obſcuritatis, ac privatione claritatis, & ſuperfluitate terminationis perſpicui. Idem eſt de humido, quanto enim majus fuerit dominiũ humidi proportionalis combuſtioni dummodo ſit dominium calidi, tanto major erit fumus ac caligo & denigratio. Quanto vero dominium humidi ſit majus, dummodo ſit dominium frigidi proportionaliter creſcens, erit ſimiliter intenſio albedinis. Si vero fuerit dominium humidi magnum & parum de dominio calidi remittetur nigredo: ſimiliter ſi ſit dominium frigidi magnum, & dominium albi parvum, remittetur albedo. Si vero fuerit dominium humidi aliquantulum parvum, dominium autem calidi magnum, nigredo magna poteſt generari. Quandoque tamen calidum generat albedinem in humido: ut patet in albedine ovi cocti, verumptamen

albumen ovi coctum est album, quia non tangitur ab igne propter testam: quod si immediate tangeret, proculdubio quod album est nigrum foret.

De Colore aureo, sive glauco.

ARistoteles testatur, quod tantum sunt quinque medii colores: quorum numerus & sufficientia potest accipi ex combinatione albi & nigri, ad eorum generationem: eo quod nigrum & album concurrunt ad compositionem equaliter coloris medii, & tunc erit color equedistans inter extremos, ut color pallidus sive azorius, vel rubedo. Inter album vero & rubium non possunt esse nisi duo, unus magis appropinquans ad albedinem, & alius ad rubedinem. Inter rubium vero & nigrum erunt duo: unus magis conveniens cum rubio, & alius magis conveniens cum nigro. Ita plures non possunt esse intermedii secundum eum: quoniam inter album & rubium non potest esse aliquid equedistans simpliciter; quare equidistantia simpliciter habet respectum ad extremos. Set talis color si poneretur haberet tres quartas albedinis, & unam nigredinis, § Eodem modo non erit equedistans color simpliciter inter nigrum & rubium, quare oportet quod haberet tres quartas nigredinis, & unam albedinis: & sic esset tantum equidistantia secundum quid, et secundum apparentiam, et non simpliciter secundum veritatem. Tu tamen dic, quod COLOR AUREUS sive GLAUCUS, habet tres quartas albedinis, ut supradictum est, & unam partem nigredinis: quare maxime appropinquat ad albedinem, et ideo Doctores ponunt ipsum, primum colorem, inter omnes colores medios descendentes ab albo et tendentes versus nigrum. Et generatur secundum *Avicennam* in materia temperata, non simpliciter, set respectu vilioris coloris, videlicet viridis. Nam viridis color in plantis in autumpno mutatur in flavum, glaucum, sive aureum in yeme. Quando enim in foliis est multa materia humida major quam materia glauci et grossa, paulatim per actionem calidi

lidi consumitur, nec tamen omnino destruitur a calore elevante materiam licet frigus dominetur. Frigus vero dominans in materia mediocri generat medium colorem necessario. Et quia potest melius transmutare humiditatem quam siccitatem, ideo generat colorem medium habentem de albo majus cujusmodi est glaucus sive aureus, ut dicit *philosophus* in libro *de plantis* in fine. § Cavendum est tamen de exemplo domini. *Barth.* posito in tractatu suo *de Armis pingendis in* § *constat*; ubi dicit, *Constat autē nichil luce nobilius ut C. de summa trinitate, & fide catholica epi. inter claras & C. ne filius pro parte Authent. habita, ibi totum mundum illuminat*: & propter hujusmodi nobilitatem nulli licet uti vestibus aureis nisi soli Principi, nisi de ejus licencia, *ut C. de vestibus olobriis l. prima &* 2. quia ipse *Bartholus* assimulavit colorem aureum luci: quod nullo modo potest esse verum, ut predixi in colore albo. Nam albedo est color ex luce multa et clara in puro perspicuo generatus. Si vero lux fuerit pauca et obscura, nigredo necessario generatur, non color aureus: ut dicit *Philosopus* et commentator *Averois*, qui ponunt nigredinem esse privationem lucis, et albedinem habitum sive formam. § Sic ergo *Bartholus* male assimilavit, quia omnis lux aut est clara et sic alba; vel obscura et sic nigra: aut et multa et magna & sic alba, aut est pauca et sic nigra. De istis est *Philosophus* 2. *de anima & de sensu & sensato c.* 8. Item fit generatio colorum mediorum secundum suas differentias proportionum, et sic suam capiunt nobilitatem, ut patet per *Barthol de proprietatibus rerum li. de consonanciis c.* 8. Item fit generatio colorum mediorum secundum colorum principalium proportionem: et quanto sunt bene proportionati, tanto sunt delectabiliores: et quanto plus participant de albedine, tanto sunt nobiliores, ut predixi. § Item de colore aureo fieri debent Arma Imperatoria, quibus uti tenetur Imperator *Romanus* imperpetuum, quicumque fuerit electus. *Portabit namque Romanus Imperator unam aquilam nigram, fissam & explanatam, in campo aureo.* Set forsitan queris, quare Imperator habebit campum aureum, et non album, vel alium colorem, cum color albus sit color principalis: et

cum

cum sibi serviri debeat de principalioribus pro eo quod de eo dicitur *F. ad legem Rodiam de jactu l. deprecatio*; *& F. de quadrienniali prescriptione l. bone. A Zenone, sicut deus in celis, ita imperator in terris.* § Dico quod aurum est metallum mitissimum ac nobilissimum, & quia non decet Imperatorem in factis suis esse ferocem set mitem, ideo assumpsit sibi colorem aureum pro quodam attemperamento. Et tunc quare portat ipse aquilam nigram fissam & explanatam? Dic, quia Imperator non esset in suis factis, saltim judicialibus, magis declinans ad unam partem quam ad aliam, set indifferens ad utramque partem. Et ut ipse idem *Imperator Justinianus* testatur, (*Instituta, in principio prohemii,*) tenetur respicere non solum ad leges condendas & observandas, set eciam ad arma pro tuitione Romani Imperii: cum ibi dicatur, *Imperatoriam magestatem non solum armis decoratam, set legibus oportet esse munitam.* Et ille niger color in aquila signat ferocitatem, pro eo quod Imperator non esset nimis mitis aut vecors, ut inferius dicam. Et quare portat aquilam, & non leonem, vel aliquod aliud animal dicam infra in capitulo de aquila, vide ibi. Hujus enim coloris aurii est quidam lapis vocatus *Topasius*, qui quanto est rarior, tanto est pretiosior; & habet colorem ex auro & etherea claritate, lucens maxime quando tangitur radio solis. Omnium aliarum gemmarum superat claritatem, quam si polis, obscuras: si proprie nature relinquis clarior est. Dicitur enim quod sentit motum Lune, & ideo contra lunaticam valet passionem. Ista patent per *Marbodium in Lapidario, per & Diascoridem* & alios doctores. Item *Ysidorus* dicit, quod iste lapis ab inimico potestatem nocendi aufert, portantemque audacem reddit.

De colore pallido, sive azorio.

Inter colores medios ab albo ad nigredinem descendentes, secundus est color PALLIDUS sive azorius, & proximus in descensu, ut predixi. Est ergo color pallidus sive azorius, color medius ab albedine incipiens, & in

modicam nigredinem degenerans. Generatur eciam accidentaliter, ut ex timore, ſolicitudine nimia, & labore: & quandoque ex cauſis aliis, quibus calor ad interiora reducitur, que propter ſanguinis depauperationem ſuperficiem cutis reddunt pallidam, ut eſt videre in nimis dormientibus, & ſompniculoſis, ac hominibus amoroſis, in quibus ſpiritus cordis incipiunt evaporare, propter quorum nutrimentum & reſtaurationem, natura calorem ab exterioribus ad interiora revocat, & ſic ſuperficiem cutis, per ſubtractionem calidi ſanguinis, reddit azoriam, ſive pallidam. § Appellatur vero color iſte color celeſtis, propter dominium aeritatis in ſuperficie perſpicui materie pure & tranſparentis, ut patet in ſaphiris, qui quidem ſaphiri habent veriſſime iſtum colorem azorium ſive pallidum. Natura etenim ſaphiri eſt quod tollit invidiam, expellit timorem, audacem facit & victorem, firmat in bonis animum, portantem autem mitem reddit & humilem ac benignum, que omnia tamen puto eſſe dicta diſpoſitive pocius quam effective. § Saphirus venenum extinguit unde & dicit Diaſcorides, ſi araneam infra pixidem poſueris, & verum ſaphirum ſupra pixidis orificium aliquantulum diu retinueris, aranea ejus virtute victa quaſi ſubito morietur. Item omnes quaſi Doctores in hoc concordant quod ſaphirus eſt gemma armatrix caſtitatis, & ideo ne ejus effectus per inmunditiam portantis aliquo modo impediatur, oportet utille qui eam portat caſte vivat juxta dictum *Marbodii, de virtutibus lapidum in capitulo de Saphiro.* Set qui portat eum caſtiſſimus eſſe jubetur. Iſte enim color multum convenit Epiſcopis & ceteris viris eccleſiaſticis qui caſtitate pollere tenentur. Iſte eciam color aſſimilatur ferro polito: & hoc quia ferro debet Imperator Romanus coronari, & priuſquam cum alio metallo, ut notant Doctores in *ca. venerabilem Extr. de electione, & per Hoſtienſem in ca. ſuper quibuſdam de verborum ſignificationibus*, & concordat dominus Speculator titulo ſuo de reſcriptis, § *finali verſiculo.* Item quod eſt autenticum: Nam per ferrum deſignatur fortitudo, qua quidem fortitudine alios precellere debet Imperator. Rebelles inſuper & infideles repellere tenetur & expugnare. Iſte inſuper

ſuper color fuit olim a Deo miſſus per Angelum *Karolo magno Francorum* Regi tanquam pro ſubjecto ac campo ſuorum armorum, ut patet in *Cronicis*. Detulit quidem Angelus *ſcutum cum campo azorio, & tribus floribus gladioli, coloris aurei*: ſignificans quod dictus *Karolus*, & omnes de ſequela ſua, Reges *Francie*, ſemper erunt in vindicta & ore gladii. § Iſta materia eſt impertinens quare dimitto eam. Videatis, tamen *Cronicam Froſſardi* ſi velitis, qui hanc materiam tractat pleniſſime. Notatur eciam de hac materia argumentative ſaltem *lxiij. d. Aldrianus & xxiij. q. viij. ortatu*. Item habemus quomodo iſte color fuit a deo alio tempore miſſus ut patet *in Speculo hiſtoriali, ſub rubrica de mirabili nece Juliani apoſtate li. xv. ca. xliij*. quomodo a morte reſuſcitatus fuit Beatus *Mercurius* cui omnia Arma neceſſaria, una cum *ſcuto azorio & cruce florida cum iiij. roſis aureis* per Angelum fuerunt delata: ut idem ipſe *Mercurius* dei fortitudine & potentia prefatum *Julianum* Apoſtatam debellaret quem alta voce clamantem, *viciſti Galilee, viciſti*, antefatus *Mercurius* penitus interfecit.

De Colore rubeo.

Est & alius color medius, tertius in numero, deſcendens ab albedine ad nigredinem accedens, qui Rubius vocatur, & eſt color medius ab extremis albedinis & nigredinis quaſi equediſtans: qui in ſuperficie corporis perſpicui reſultat per incorporationem clari luminis ignei atque puri. Neque enim eſt albus color ex frigidis humoribus, neque rubius ex calidis, ſet ex utriſque, medius inter utrumque: ad cujus generationem concurrunt multe perſpicuitates clare, luminoſe, & ignee, & albedinis atque nigredinis concors mediocritas; tamen propter igneam lucem partes mixtas perſpicuas dilatantem ac ſubtiliantem, majorem habet conformitatem tam cum albo, quam cum nigro. Et ideo intenſe rubium, ad modum lucidi, diſgregat viſum, nec aggregat ſicut nigrum: propter quod pannorum venditores pannos rubios ſuſpendunt

dunt ante lucem, ut videntes alios pannos coloratos, propter nigredinem & rubedinem ſpiritum viſibilem diſgregantem, minus valent colorum diſcernere veritatem. De iſto notatur per commentatorem, *in li. de ſenſu & ſenſato*, ut ſupradictum eſt. Et ille color attribuitur principi, & ſpecialiter Duci excercitus, quia ſignat ferocitatem: ut tales Duces in correctionibus & contra inimicos eſſent feroces, ideo illis hic color attribuitur, ut plenius dicam in ſequentibus. § Iſte namque color rubius multum aſſimilatur colori Carbunculi: qui quidem carbunculus eſt lapis precioſiſſimus, ſic dictus quia ut carbo eſt ignitus; cujus fulgor nec nocte vincitur. Lucet enim in tenebris, adeo ut flammas ad oculos videntium vibret Preſtantiores, & nobiliores ſunt illi carbunculi qui fulgent & emittunt radios ſicut ignis, ut dicit *Yſidorus li. xvi. ca. xiij*. cujus eciam virtus eſt quod carbunculus projectus in ignem velut inter mortuos carbones extinguitur, ſet aqua perfuſus exardeſcit. Ad ſpeciem autem carbunculi & hujus coloris rubei reducitur alius lapis qui dicitur Balagius qui rubius eſt & perlucidus & hodie majoris nobilitatis & precii eſt quam carbunculus tum propter ſuam magnitudinem, tum propter ſuam bonitatem & virtutem. Et Diaſcorides dicit quod eſt ſpecies carbunculi, ſet in vena ſaphiri invenitur diffundens quandam nebulam igneam ad modum faville, que circa ejus ſuperficiem apparet, quod ſenſibiliter patet ſi diligentius contempletur. Et quod iſte color ſignificet ferocitatem vel terrorem argumentative probatur, *Inſtit. de obligat. que ex delicto naſcuntur* § *interdum*, ubi de eo qui panno rubio fugavit armentum. Ex quo eciam colore Arma fiunt regis *Anglie* qui portat *tres leones peditantes de auro in campo rubio*. Et Gallice ſic. *Ill port de gewles trois leonnes paſſantz d'or*. Et iſta ſunt antiqua Arma Regis *Anglie*. Set circa mortem *Iſabelle*, olim Regine *Anglie*, que fuit filia & heres Regis *Francie* mater *Edwardi tercii* nuper Regis *Anglie*, Dictus *Edwardus*, ut verus heres regni *Francie*, portavit predicta Arma ſua cum Armis regni *Francie* quarteriata. Et hec eſt una fortis ratio quare Rex *Anglie* portat arma regni *Francie*. § Alia autem ratio eſt, nam jura volunt quod captus in juſto bello fiat

fiat servus capientis, est textus *Instituta de jure naturali gentium & civili in § Jus autem gentium*, ubi dicitur, Bella etenim orta sunt, & captivitates secute, inde & servitutes, que sunt juri naturali contrarie, set verum est quod xix. die Sept. Anno Domini M. CCC. xlvij. Dominus *Edwardus* Princeps & primogenitus prefati *Edwardi tercii* Regis *Anglie*, in bello de *Poyters*, Regem *Francorum Johannem* cepit, & postea ipsum captivum in *Angliam*, cum magno triumpho & honore perduxit. Bene ergo licebat prefato E*dwardo* & heredibus suis, Arma sui captivi deferre postea & portare. De ista materia dicam latius infra in c. de Leone.

De Colore punicio.

PUNICEUS color, est color circumdans colorem rubium sicut purpureus, plus habens de rubedine quam albedine, plus tamen declinat ad albedinem quam ad nigredinem. Est igitur color iste quartus in ordine descendens a colore albo, declinans versus nigredinem. Inveniuntur autem in mari quedam conchilia vocata murices, & sunt pisces parvi, qui in extremitatibus prescisi quasdam emittunt guttas sanguineas, ex quibus diligenter collectis efficitur color iste puniceus sive purpureus. De quo quidem colore tinguntur vestes imperiales, *ut C. de vestibus olobriis l.* 2. *&* 3. *li.* 11. Et modus colligendi dictorum muricum patet per processum tituli *C. de murilegulis li. xi. & C. de officio Comitis sacrarum largitionum l.* 1. § Iste color puniceus sive purpureus in corpore humano multociens generatur, ut cum aliquis plurimo utatur vino, & precipue forti, ab hujusmodi vino multa & calida resoluta fumositas sui levitate veniens ad superficiem cutis, purpuream illam facit, qũia iste proprius color sanguinis. Ex spiritibus color fit puniceus sive purpureus, ut quandoque in irascentibus & hoc cum valde dilatetur cor, multus spiritus concipitur, & calidus pro cordis dilatatione, qui subito, & in multa quantitate, corde constricto, veniens ad exteriora, calefacit cutem, & purpuream eam reddit.

Quandoque tamen ex ſui abſentia & humorum color eſt pallidus: ut in timentibus, & amoroſis cordis conſtrictione, ſanguine & ſpiritu interiora petentibus cutis remanet pallida, ut plane dicit *Ovidius de Arte amandi li. iij.* ubi dicit,

Palleat omnis amans, hic eſt color aptus amanti.

ut ſupradixi in colorio azore. § De iſtis eſt *Barth. de Platea in tractatu ſuo de coloribus* circa medium. Huic inſuper colori puniceo ſive purpureo habemus lapidem precioſum correſpondentem videlicet Amatiſtum; Et ut dicit Yſidorus, Amatiſtus inter purpureas gemmas principatum tenet, qui purpureus eſt permixto parvo violaceo colore & quaſi roſe nitore leviter quaſdam flammulas purpureas undique fundens, contrarius ebrietati. Et ſic virtus ejus maxima eſt contra ebrietatem: & facit portantem vigilem. Item malas repellit cogitationes: ac bonum confert intellectum. Si ergo videris aliquem a tę petentem Arma, & noveris ipſum aliqua tali conditione notatum: cogita corditer de iſto colore & ejus proprietate. Dicitur inſuper lapis iſte venatoribus auxiliari, & illos ad venandum fortunatos facit.

De Colore viridi.

ULtimus inter colores medios, ab albedine deſcendentes ad nigredinem tendentes, eſt color VIRIDIS, qui quidem color generatur actione calidi in materia mediocri, vergente tamen ad dominium humidi, ut patet in foliis & fructibus ac herbis, & ideo generabitur color multum habens de nigredine, ab albedine deſcendens, non tamen pertingens totaliter ad nigredinem. Et iſte color viridis in plantis & fructibus mutatur in colorem aureum in autumpno: quia in foliis, plantis, & herbis eſt multa materia humida & groſſa, que per actionem calidi paulatim conſumitur, nec omnino deſtruitur a calore in materia elevante, licet frigus ibi dominetur; Et ideo que-

quedam arbores virescunt in vere & in estate, In autumpno & hyeme pallescunt; quia adveniente caliditate vernali provocatur humor ad exteriora qui tactus calore fit viridis, set adveniente frigore repercutitur humor, & habundat siccitas, & sic color melior quam prius, unde color aurius. § Color insuper viridis maxime delectat visum propter concursum partium ignearum & terrestrium: Nam luciditas ignea que in viridi est temperata visum delectat. Obscuritas eciam terrea sive nigredo cum non sit in extremo, mediocriter spiritum visibilem aggregat, & confortat. Et ideo nullus color est ita delectabilis visui sicut viror: ut patet in smaragdo lapide qui oculos sculpentium gemmas subtiles maxime reparat, & confortat, ut dicit *Ysidorus c. de lapidibus preciosis.* De quo quidem lapide smaragdo plura dicam in sequentibus. § Item nigredo temperat nigredinis disgregativam claritatem: Et claritas incorporata nigredini, ipsam reducit ad mediocritatem. Ex dominio igitur partium terrestrium & ignearum viridis color generatur. Set quamvis folia, fructus, & gramina virescant, flores tamen virides raro vel nunquam inveniuntur. Quod autem accidit propter subtilitatem materie florum, in qua si predominantes partes fuerint aquee & aerie, color erit albus: si vero fuerint aquee, cum igneis, & illi prevaluerint, erit color aureus vel pallidus, si autem prehabundaverint partes ignee cum aeriis, color erit purpureus sive roseus. Et si fuerint partes prevalentes aquee cum terrestribus, erit color griseus vel talis plus participans de nigro quam de albo, si autem eque prevaluerint partes ignee cum terrestribus, posset quidem fieri color viridis, ut predixi. Set talem commixtionem subtilitas materie florum non admittit. Et ideo flores generaliter non virescunt. Est igitur color viridis inter nigredinem & rubedinem medius, visum delectans, & ad sui viriditatem aspectum oculorum atractivus ac reparativus: unde cervi & alia animalia silvestria, loca virentia diligunt & frequentant, non tantum propter pastum, verumeciã propter visum, Et ideo venatores viridibus vestimentis se induunt quia propter aspectũ viroris quem bestie naturaliter diligunt minus venatorũ insidias

pertimescunt, ut dicunt naturales, & specialiter *Ysidorus & Barth. de proprietatibus rerum in li. xix. c. de colore viridi.* Cui insuper colori, ut supradictum est, correspondet smaragdus lapis preciosus, coloris maxime virentis, secundum *Isidorum*, & *Marbodium. Nullis autē gemmis sive herbis major inest viriditas, quā smaragdo. Nam herbas virentes & frondes superat, inficiens circa se sua viriditate aierem repercussum.* Hec *Ysidorus.* Nec ejus viror in sole aliquo modo obumbratur. Sculpentium oculis nulla gratiosior refectio est. Nam ipse *Cesar* gladiatorum pugnas smaragdo aspicere consuevit, ut dicit *Ysidorus li. xvi. c. de viridibus gemmis.* Hic autem lapis auget opes, & in causis dat persuasoria verba : morbum curat caducum, visum conservat & confortat, lascivos motus compescit, & memoriam bonam reddit, & sortilegos bene juvat, ut dicit *Marbodius in lapidario ca. de smaragdo,*

Commodus ille lapis scrutantibus abdita fertur.
Cum prescire volunt ac divinare per undam.

& sic valet ydromanticis.

Sequitur jam de altero oppositorum, viz. *De colore nigro.*

SUperius visum est de colore albo tanquam de principali colore, & consequenter de quinque coloribus mediis ab illo colore albo descendentibus, usque ad nigredinem tendentibus. Jam sequitur videre de colore nigro tanquam de secundo colore principali ; & consequenter de quinque suis mediis coloribus ab ipsa nigredine ascendentibus, & ad albedinem tendentibus, tanquam plus participantibus de nigredine quam de albedine. Et sic de colore nigro tanquam de matre aliorum quinque colorum primo est dicendum. § Est autem color niger privatio albi in perspicuo, sicut amarum est privatio dulcedinis in humido, unde videtur quod albedo est prima origo colorum, sicut dulcedo est principium saporum ut dicit philosophus *de sensu & sensato ca. xix.* Generatur autem

autem nigredo ex luce pauca & obscura in perspicuo obscuro & impuro, & ideo nigredo est spiritus visibilis aggregativa & ejusdem repercussiva, propter quod ledit visum quando nimis est intensa, ut patet in diu incarceratis, qui de carceribus exeuntes parum vident. Fundatur autem nigredo quandoque in substantia humida & calida, quia caliditas dominans substantiam denigrat humidam, ut est videre in linguis humidis & adustis, quandoque vero in substantia sicca, & frigida: quia frigiditas dominans substantiam denigrat siccam & homidam facit albam, ut dicit *Avicenna*; unde nigredo quandoque causatur a frigiditate, & tunc est signum mortificationis: quandoque autem a caliditate, & tunc est signum adustionis. § Item calor predominans super terrestreitatem, ipsam dissolvit decoquit & digerit, & quantum necesse est, in substantiam fructus accipit & convertit. Quod vero reliquum est consumit, vel a se repellens ad extremas partes, ducit & transmittit. Et talis rejecta fumositas, cum sit terrestris, superficiem inficit & nigredinis vestigium in fructus superficie generat & relinquit, sicut dicitur super librum vegetabilium in commento. § Si vero materia sit humida tunc a calido dominante generatur nigredo: quia calidum adurit partes humidas, & consumit humidum, quod exalat in fumum nigrum, ut patet in lignis viridibus, de quorum extremis exit humor niger quando exuruntur. Unde dicit philosophus *in li. Meth.* ustibilia sunt que habent in poris humorem debilem, qui non potest resistere calori ignis: Nec tamen suffocatur statim, set pocius alit ignem, ut patet, quod humidum est potissimum in quod agit ignis, & illud humidum est nigredinis per caloris actionem, quando calor agens exalare facit subtile & humidum aquosum, & evaporat aierium, & remanet quod est terreum atque grossum: propter quod oportet necessario ut nigredo generetur. Huic eciam colori nigro respondet ille nobilis lapis qui gagates appellatur, qui quidem lapis licet rudis fuerit & niger, tamen est multum preciosus. § Niger autem gagates planus, levis, & facile combustibilis, igni appositus fere sicut thus incenditur. Incensus autem odore suo serpentes fugat, demoniacos pro-

dit & demonibus contrarius esse putatur. Virginitatem eciam prodit quia aqua ejus bibita, si bibens est virgo, non urinabit, si non est virgo statim urinam emittet, eciam contra vobuntatem, ut dicit *Diascorides*. Et sic virginitas aliquando per lapidem experitur. § Item dicitur valere multum contra phantasmata, & nocturnas demonum vexationes: parientes mulieres adjuvat: tempestates avertit: & fulmina sistit. *Ysidorus* dicit quod iste lapis in aqua accenditur, & in oleo extinguitur, quod est mirabile. Nota insuper quod quamvis iste color niger, sit secundus color principalis, ut supradixi, in armis pingendis, Campus tamen Armorum ex isto colore factus non est multum laudabilis, set econtra campus Armorum albus multum nobilis, ut specialiter videtur in Armis Ducis *Britannie*, que quidem Arma sunt valde notabilia, & laude digna & hoc propter tres speciales rationes, quarum prima est hec: quia ista Arma Ducis *Britannie* possunt a loco distantiori percipi & discerni. Item quia hec Arma possunt inter omnia arma mundi facilius reparari vel de facto fieri. Et tercia ratio est quia ista Arma possunt brevius & facilius declarari seu discreni: sic si velitis, *le Duke de Bryteyne port D'ermyn*, prima ratio patet per *Barth. in probemio F. in 2. parte* que pars incipit *procule dubio*, ubi dicit, quod opposita juxta se posita magis apparent. Secunda autem ratio probatur per communem practicam: quia in necessitate portans potest capere suam camisiam, & eam cum colore nigro maculare & habebit arma sua perfecta. Tercia autem ratio patet, quia gaudent brevitate moderni. Sunt tamen quidam qui portant Arma directe, ut apparet, contraria. § De campo nigro, videlicet maculato cum albo, de quibus non multum curo, etsi careant ratione, verumptamen audivi quosdam in discretione predictorum Armorum aperte errasse, dicentes quod *ill port ermenee*: tamen mureligos sepius vidi nigros colore albo maculatos. Dux Britannie portat arma sua sic alba maculata cum nigro, quia in ducatu suo habundant quedam bestie albissime, cum caudis nigris, de quarum pellibus fiunt furrure sive foderature valde preciose, ut est notum. De quibus dicetur inferius in capitulo de mustela.

De

De Colore griſeo.

COlor autem Griseus primus ipſorum quinque colorum mediorum, qui a nigredine aſcendunt ad albedinem, niſi in modico diſtat a colore nigro, ut ſi multo major fuerit color multo magis fit aduſtio unde magis reſolutis & conſumptis liquidis & tennuibus partibus, magis ſuperhabundant groſſe & terreſtres, que ex calore deputantur, & ideo fit color griſeus, qui eſt color, quaſi niger, cum quadam claritate minime participans de albedine, proximus, inter omnes colores medios nigredini, maximeque diſtans ab albedine. Item ſi ajer multo magis fit frigidus vel egerit in ſubjectum, ex majori frigitate vel diuturniori actione in ſubjectum, major fit mortificatio : ita quod non ſolum ignee & aeree partes condenſantur interreſtres, ſet eciam aquoſe : unde pro ſui habundantia partium terreſtrium, que naturaliter eſſent nigre, fit iſte color griſeus qui eſt proximus nigredini, ut predixi. De iſtis eſt *Barth. de Platea*, in tractatu ſuo de coloribus. § Huic eciam colori coreſpondet quidam lapis precioſus qui Onix appellatur. Habet enim Onix colorem quaſi nigrum modico colore albo inſignitum. Cujus quidem lapidis color, ſecundum *Diaſcoridem Marbodium in lapidario, & alios naturales*, eſt griſeus, de quo ſupradiximus. Qui quidem lapis multos dicitur habere effectus noxios & nocivos. Nam collo ſuſpenſus vel digito portatus excitat triſtitiam, & portantem triſtem facit, ac timores multiplicat, lites inducit, & animos commovet ad rixas, excitat enim ſalivam ſuperfluam & illam habundanter portantem evacuare facit, ut teſtatur *Yſidorus ethimologiarum c. de Onice*, qui lapis eſt Arabicus, niger, minima albedine candens. Cujus lapidis naturam ac conditionem bene tene mente.

De Colore plumbeo.

COlor vero Plumbeus, fceundus color eſt a nigredine aſcendens, & ad albedinem tendens, in ordine colorum predictorum: qui ex partibus aqueis & terreſtribus predominantibus generatur, unde color plumbeus ſignum eſt frigiditatis dominantis, & extinctionis caloris naturalis in corpore humano. Pro majori namque frigiditate non ſolum ignee & aeree partes in aquoſas condenſantur, ſet eciam ipſe aquoſe incipient in terreſtres ingroſſari, unde ex aquoſis & terreſtribus partibus plumbeus fit color, ut teſtatur *Barth. de Platea in tractatu ſuo de coloribus, circa medium.* Et ex habundantia aque & terre inequali, tamen fit color plumbeus & fuſcus. Nam ſi prehabundet aqua terre, fit plumbeus, ſet ſi terra aque prehabundet fit fuſcus, ut dicit dictus *Barth. de Platea* ubi ſupra. § Cui in ſuper colori plumbeo adaptatur quidam lapis magne virtutis, ut patebit: qui lapis crapodinus vocatur, in capite bufonis generatus, colorem habet plumbeum, virtutem habet contra venenum, in tanto, ſi aranea ponatur in pixide, cujus orificium ſi tetigeris cum iſto lapide, dicta arenea nunquam exibit per illud orificium: quod experimento didicit *Yſidorus*, prout ipſe affirmat. Invidiam inimicorum tollit, & eos gratos facit: portantem audacem reddit & a mortali vulnere eum conſervat. Mulieres eum portantes caſtas facit, ſi cum herba Ruta portetur, ut teſtatur *Diaſcorides*. Et quamvis a capite venenoſi bufonis arte extrahatur lapis iſte, adhuc virtus eidem ineſt contra omne genus veneni, ut refert *Plinius in ca. de bufone.*

De Colore cinericio.

TErcius enim color a nigredine aſcendens ad albedinem, eſt color cinericius: qui, ut ait philoſophus, eſt color medius in aſcendendo a nigredine verſus albedinē ab extremis nigredinis & albedinis quaſi eque diſtans, non

non tamen perfecte. Ad cujus generationem concurrunt multe perspicuitates obsure, ac tenebrose & terre, ac nigredinis & albedinis quasi concors mediocritas, tamen propter terream obscuritatem, partes mixtas perspicuas dilatantem ac obscurantem, majorem habet conformitatem tam cum nigro quam cum albo, & ideo intense nigrum ad modum obscuri aggregat, & obscurat visum, nec disgregat sicut rubium, qui quidem color rubius est huic colori cinericio quasi contrarius. Ex terra enim color fit niger, ut jn pipere. Et si ignis dominetur, tunc pro nimia terre habundantia, fit iste color cinericius. Ex spiritibus autem color fit rubius, ut in irascentibus, cum valde dilatetur cor, multus spiritus concipitur & calidus pro cordis dilatatione, qui subito & in multa quantitate corde constricto veniens ad exteriora calefacit, & ipsa rubia facit. § Quandoque autem ex sui absentia, & humorum, color fit cinericius, ut in timentibus. In quibus cordis constrictione, sanguine & spiritu interiora petente, exterior cutis aliquando remanet cinericia. Quod si aer fuerit frigidus non tamen immoderate aut diutius egerit in subjectum, fit color cinericius quoniã: ex frigore aeris cutis humectatur, & ratione habundancie humoris humidi sanguis repellitur & frigus secundum sui colorem cutem disponens ipsam reddit cinericiam. § Lapis autem preciosus hujus coloris cinericii amicus est Achates, ille magnificus lapis consolationis, & discussor sompnorum: qui ut, ait *Diascorides*, mutat pericula in bonum, portantemque gratum facit, & placentem, atque facundum. De cujus virtutibus patet per *Doctores*, qui de eo scribunt, & per *Marbodium*, *in suo lapidario*,

Portantem munit, viresque ministrat achates.
Facundumque facit, gratumque bonique coloris.

De

De Colore terreo.

EST autem quartus color in ordine, a nigredine ad albedinem aſcendendo, color TERREUS : qui quidem color non tantum participat de albedine ſicut de nigredine, plus habens terreſtreitatis, quam aieritatis, & ideo magis habet de nigredine. Eſt ergo color terreus, color medius, a nigredine incipiens, & in modicam albedinem degenerans. Appellatur autem iſte color terreus propter dominium terreſtreitatis, in ſuperficie perſpicui, materie pure & obſcure; ſicut videmus in ipſis cineribus. Qui color quaſi contrariatur colori aſorio, ſet plus participat de rubedine & nigredine ſimul mixtis, quam de aere & de luce, vel albedine, de quibus color generatur aſorius. § Cui quidem colori correſpondet lapis Calcidonius, precioſus valde, ut aſſerunt *Plinius*, *Yſidorus*, & *Marbodius in ſuo lapidario*, qui quidem lapis terreum habet colorem, medium quaſi inter berillum, & jacinctum purpureum, qui perforatus facit portantem vincere, valet autem contra illuſiones demonum, conſerans virtutes, ut dicit *Diaſcorides*, *Yſidorus*, & *Barth. de proprietat. rerum in li. xvi. ca. de Calcidonio.*

De Colore livido.

COlor autem LIVIDUS eſt ultimus in ordine inter illos quinque colores quos prius poſui, a nigredine aſcendentes & ad albedinem tendentes. Qui quidem color lividus ex partibus aqueis & terreſtribus predominantibus generatur. Et color iſte dicitur eſſe malus in corporibus animatis. § Nam vel ſignificat dominium frigoris

frigoris calorem naturalem extinguentis, & naturam mortificare inchoantis: vel ſuperhabundanciam malencolici ſanguinis colorem omnino cutis ſuperficiem viciantis, vel cordis anguſtia calorem ſanguinis ad interiora revocantis: ut patet in invidis, vel fortiter fuſtigatis, in quibus humor intercutaneus, per malitiam corruptus, cuti infert corruptionem, ut dicit *expoſitor ſuper pr. li. Yſaac ibi vulnus livore, &c.* § Cui quidem colori livido coreſpondet quidem lapis precioſus & famoſus qui Allectorius dicitur: aſſumptus artificioſe de ventriculo antiqui caponis, ut patet *in lapidario Marbodii c. de Allectorio*, ubi dicitur.

Ventriculo galli, qui teſtibus eſt viduatus,
Qui tribus, aut ſeptem, caſtratus vixerit annis,
Naſcitur ille lapis, cujus non minima laus eſt.
Invictum reddit lapis hic quemcumque gerentem,
Extinguitque ſitim, patientis in ore receptus.
Hic oratorem verbis facit eſſe diſertum;
Conſtantem reddens, cunctiſque per omnia gratum,
Commodus uxori, que vult fore grata marito,
Ut bona tot preſtet, clauſus portetur in auro.

§ Per predicta ergo patet, quod tantum duo ſunt colores principales ſecundum ſe, albus color videlicet, & niger: ſicque ab albo colore deſcendunt quinque colores medii, magis participantes de albedine quam nigredine: videlicet color azius ſive glaucus; color pallidus ſive azorius, color rubius, color puniceus ſive purpureus, & color viridis. Qui quidem quinque colores medii deſcendunt, ut predixi, ab albedine, & accedunt ad colorem nigrum. De quo eciam nigro colore, quinque colores medii, videlicet color griſeus, color plumbeus, color cinericius, color terreus, & color lividus aſcendunt, & ad colorem album accedunt ut predixi. Viſis tamen & diligenter conſideratis coloribus antefatis, conjunctiſque eiſdem lapidum coreſpondentium proprietatibus & virtutibus, faci-

liter possunt Haraldi, & hujus artis expertes, verissimas causas assignare quare iste dominus portat talia arma, & alter alia, saltem quoad colores in quibuscunque Armis depictos, & proprietates sive conditiones ipsorum, qui talia primitus Arma portanda assumpserunt facilius decernere poterunt & declarare. Si aliqua igitur necessaria in isto libro colorum deficiant, videant assidui lectores Doctores naturales, videlicet *Plinium*, *Ysidorum*, *Diascoridem*, *& Barth. de Platea*, qui istam materiam in suis locis latius tractaverunt.

Explicit Liber Tercius.

NIC.



NIC. UPTONI

De Militari Officio *Lib.* IV.

De diversis signis in Armis depictis.

DIxi in precedenti libro, ut promisi, de coloribus in armis depictis, & eorum nobilitate, ac differentia: Jam sequitur videre de diversis signis in Armis depictis, & quid per illa signa intelligere possunt inspicientes. Et dicatis primo quod signum dicitur diffinitive, illud quod seipsum offert visui, & aliud representat intellectui. Et pro eo quod inter omnia signa mundi digniora sunt signa viventia, ut *F. de verborum sign. l. qui mortui. C. de posthumis heredibus l. ij. xiij. q. ij. quam posterum.* Et inter viventia, & nobiliora & digniora sunt illa que sunt sexus masculini, ut *F. de senatoribus l. 1. in textu*, & concordat ibi *Accursius*. Quare primo conveniens est dicere de signis viventibus masculis, & sic animalibus. Et quia Leo, inter omnia animalia irrationabilia, dicitur esse animal principale, igitur de eo primo tractare intendo. Veruntamen olim, in annis meis juvenilibus, scripsi in hac materia nimium sompniando: in qua quidem scriptura fateor me multipliciter errasse, ut in dampnando colorem viridem, ac multa alia posuisse que sunt veritati contraria: que jam ex certa mea scientia

revoco. Utinam omnes copie de illa lectione m... extracte mecum essent: quas protestor me anteà non dormiturum quousque ignibus consummassem.

De Leone.

LEO, ut testatur *Ysidorus li. xij.* grece dicitur Rex Latine, eo quod Rex est animalium cujus virtus est in pectore, infirmitas vero in capite. Cum autem dormierit vigilant ejus oculi. Hominem non nisi magna fame comedit nec interimit. Hucusque *Ysidorus ubi supra.* Dicit insuper *Plinius li. viij. ca. xvij.* Leo in summa generositate est quando jubis collum & humeri vestiuntur. Set illi leones quos pardi per adulterium cum leena generant semper illis insigniis carent. Quando leo semel bene satiatur, duobus aut tribus diebus cibo caret, & si saciatus fugiendi necessitatem habeat, cibos receptos ad fauces reicit & cum unguibus eos extrahit, ut sic ad fugam levior sit. Animal longe vite est. Infantes raro invadit nisi in magna fame. § Leo autem quando irascitur primo terram cum cauda verberat, deinde crescente ira tergum suum percutit & flagellat. § Item in periculis apparet maxime gloriosus: unde quando persequitur a canibus & venatoribus non latitat nec se occultat, set sedet in campis ubi videri potest, & ad defensionem seipsum parat. Quando vulneratur mira observatione novit se vulnerantem, & in multitudine primum impetit percussorem. Quando moritur humum mordet, lacrimamque fundit. Animal est valde gratum, modo suo cognoscens & diligens sibi benefacientem, ut patet in multis exemplis positis per *Plinium li. viij. ca. xvij.* *Aristoteles* vero dicit de leone, *li. 2. de animalibus*, quod leo habet collum quasi esset immobile, multum rigidum, & posteriora habet ad modum canis, & semper movet primo dexterum pedem & post sinistrum, sicut & camelus: & parum habet de medulla in ossibus: & ejus ossa sunt ita dura, ut ex eorum collisione exit ignis. § In altissimis montibus moratur, & inde contemplatur predam suam: quam cum viderit,

alte rugit, ad cujus vocem terrentur animalia & ſubito figunt gradum, contra que caudam orbiculariter ducit & illius nature circulum tranſire quodlibet animal pertimeſcit: Set ſtant animalia ſtupefacta edictum expectantia Regis ſui. § Item leo tranſiens per loca aſpera ungues intra pedem contrahit & recondit, nam illis utitur pro mucrone, & ideo infra carnoſitatem ipſas abſcondit & eis parcit mirabiliter, ne ledantur aut ebetentur. Predam ſuam quam capit ſolus comedere erubeſcit: & ideo ſepe a remotis ſequentibus aliis beſtiis, de ſua preda aliquid largitatis gratia derelinquit. Tante autem eſt caliditatis quod febres ſemper quartanas patitur & tamen hunc morbum naturaliter ſuſtinet, ut ejus feritas edometur. Huc uſque *Plinius li. xvij. ca. viij.* alias proprietates leonis narrat *Jeronimus ſuper Ezechielem, c. ix.* § Eſt autem una beſtiola, quam modo timent, tam leo quam leena, que vocatur learefones: que quoddam portat venenum quod leonem & leenam interficit, unde capta beſtiola exuritur, ejuſque cineree carnes aſperſe & poſite in ſemitis leonis vel leene, eos necat, ut dicit *Yſidorus li. xij.* Leo habet anelitum fetidum & infectivum, morſumque mortiferum & venenoſum maxime quando eſt rabidus. Efficitur autem rabidus ſicut canis. Sanguinem animalis ab eo occiſi primo bibit & lambit, & deinde reſiduū diſcerpens membratim dividit, devorat, & deglutit. § Predictarum proprietatum & conditionum multe bone ſunt & eciam multe male. Cave igitur in declaratione ſive Armorum diſcretione, quid de Leone, & ejus conditionibus ſis dicturus. Multi tamen dubitant pro eo, quod quidem magiſter *Honorius Bonecti*, in libro ſuo quem nominavit *Arborem bellorum*, quem quidem librum ipſe compilavit in *Gallico* ſermone, ad honorem *Karoli* Sexti, in quarta parte libri predicti in *Cap. xxxix.* affirmavit dominum noſtrum ſupremum Regem *Anglie*, debere omnino portare pardos in ſuis Armis, & non leones, quia ſalva pace ſua, in illo nequiter erravit, ut ſequitur. § Nam nobilis ille poeta *Architremus*, ſcribens de *Bruto*, qui primo, ut dicitur, regnum *Anglie* occupavit, ut dominus terre, portavit,

tavit, pro Armis ſuis, UNUM LEONEM RUBIUM PEDITANTEM IN CAMPO AUREO, ut metrice dictus poeta ſcripſit,

Reptat in umbone leo flammeus igneus aurum.



ut hic Leo flammeus & igneus, hoc eſt rubius, reptat, id eſt pedibus tranſit, in umbone vel ſcuto aureo. Et gallice, *Il port d'or un leone paſſant de gewles*. Et poſt dictum *Brutum* ſucceſſores ſui *Britones* portaverunt eadem Arma ſucceſſive. Qui quidem *Brutus* diviſit totam inſulam in tres partes: In *Loegriam*, *Cambriam*, & *Albaniam*. Deditque *Loegriam Locrino* filio ſuo primogenito, ſecundam vero partem videlicet *Albaniam*, dedit *Albanacto* ſecundo filio ſuo: Terciam vero partem videlicet *Cambriam*, dedit *Cambrio* filio ſuo tercio. Declarationem iſtarum partium relinquo *Cronicarum* ſcriptoribus, qui ſatis clare dictas declarant partes. Deditque dictus *Brutus* filio ſuo *Locrino* primogenito Arma ſua predicta. Dedit inſuper filio ſuo



ſecundo UNUM LEONEM RUBIUM RAPACEM IN CAMPO AUREO, ut ſupra. Que Arma adhuc portant Reges *Scocie* cum modica additione, videlicet, UNO DUPLICI TRACTU CUM FLORIBUS GLADIOLI CONTRA POSITIS DE RUBIO, ut hic. Et gallice ſic, *Il port d'or un leon rampant & un double tras florete contre de gewles*. Dedit inſuper idem *Brutus* filio ſuo tercio, videlicet *Cambro*, pro Armis ſuis, DUOS LEONES RUBIOS, FACIES SUAS AD TERGA VERTENTES, IN CAMPO ARGENTEO.




Que quidem Arma ipſi Reges & Principes *Wallie*, & eorum filii, per longa tempora portaverunt, ut hic. *Locrinus* vero primogenitus *Bruti* patris ſui, portavit dicta Arma paterna, & octo Reges deſcendentes

dentes ab eo, usque ad divisionem Regni, & a divisione regni dubito que Arma fuerunt portata, quia prima divisio fuit inter sorores. Credo tamen quod *Dunwallo* Monarcha portavit arma *Bruti*, & successores sui, usque ad *Belinum* : qui postquam conquisivit totum Regnum *Francie*, *Almaniam*, totam *Ytaliam*, & Civitatem *Romanam*, tunc *Consulibus* ibidem *Sabino* & *Porcenna*. Qui *Belinus* postea, ut dicunt *Cronice*, totam *Greciam* occupavit: Veniensque in *Angliam* nova Arma sibi assumpsit, & portavit TRES CORONAS AUREAS IN CAMPO AZORIO, quia ipse fuerat trina vice, & in diversis Regnis ter coronatus. Que quidem Arma ipse & successores sui portaverunt usque ad tempora *Uterpendragon* qui ipsa arma non dimittens, nova assumpsit, & portavit. Portavit namque Uter, DUOS DRACONES VIRIDES, CORONIS RUBEIS CORONATOS, TERGA ADINVICEM VERTENTES, IN CAMPO AUREO, ut hic. Et Gallice, *Il port d'or deux dragons verds corronez de gewlez, les dors encontre lez dors.* Que insuper Arma, tam priora quam ista, portavit Rex ille inclitissimus *Arthurus* filius & successor dicti *Uterpendragon*, usque ad finem vite sue. Assumpsit tamen prefatus *Arthurus*, viso quodam miraculo apud Glasconiam, alia Arma ad laudem Crucifixi viz. UNAM CRUCEM ARGENTEAM, IN CUJUS BRACHIO DEXTRO ERAT QUEDAM YMAGO BEATE MARIE VIRGINIS CUM FILIO SUO IN BRACHIO DEXTRO SEDENTE IN CAMPO VIRIDI, ut hic. Quo insuper *Arthuro* mortuo, videlicet Anno ab incarnatione Domini quingentesimo quadragesimo quinto, *Constantinus* filius ejus successit in Regno, qui Arma sui partis detulit. Et post eum *Aurelius Conanus*, & post ipsum regnavit quidam *Malgo*, post quem regnavit *Catericus* ultimus Rex *Britonum*,







num, quem Saxones expulerunt. Tuncque dicta Arma *Arthuri* ulterius non portabantur: quia intrabant Saxones & Regnum per multos Annos occupaverunt usque ad tempora *Cadwalladri*. Qui portavit in humeris suis, Unam Crucem Patentem Figitivam Auream Campo Azorio, ut hic. Gallice *Il port d'asour une Crois pate fiche d'or*. Que quidem Arma, similiter portavit filius suus *Ivor* tota vita sua, qui per *Saxones* peremptus est. Cui successit nepos suus Rex *Yne*, qui nutu divino non quasi Brito, set quasi Saxo, in Regem est coronatus, & unctus. Nam mater ejus de stirpe Saxonica generata est. Pater vero ejus fuit *Kenten* de stirpe *Britonum*, qui *Yne* regnavit triginta & septem annis: Princeps providus, portans predicta Arma *Cadwalladri* usque ad finem vite sue, & post ipsum singuli reges eadem Arma portaverunt, usque ad tempora Regis *Egberti*. Qui quidem *Egbertus* portavit Unam Crucem Floridam In Campo Asorio, que Arma erant continuata & portata per omnes Reges sequentes, usque ad tempora Sancti *Edwardi Confessoris*. Set tunc intervenit quidam *Danus*, alias *Dacus*, nomine *Swaynus*, alios *Swayno*, qui expulit *Eldredum* Regem *Anglie* a Regno, & Regnavit usq; ad mortem, & in *Eboraco* sepultus est, qui portavit, Tres Coronas Palatas Aureas In Campo Rubio ut hic. Et duo alii Reges *Dani* intrusores, *Knutus* videlicet, & *Hardeknutus*. Quibus quidem tribus intrusoribus successive mortuis, revenerunt duo filii *Eldredi*, Aluredus videlicet, & Edwardus. Quem quidem *Aluredum* proditorie occidit *Godwinus* Comes *Cancie*. Et Anno Domini M. quadragesimo secundo secundus filius *Eldredi*, in Regem *Anglie* assumitur, & coronatur, qui portavit in Armis suis Unam Crucem Floridam Auream Campo Asorio.







Et

Et quia ſpoliatus antea fuerat per *Danos*, aſſumpſit Quinque Merulos Aureos portans eos Sine Pedibus: quia vocabatur ipſe *Edwardus* ſine terra, quare portavit dictos merulos ſine pedibus. Quo quidem ſancto Rege mortuo ſine herede ſucceſſit *Haraldus* intruſor, qui parvo tempore regnans a *Willelmo* Duce *Normannie* eſt occiſus. Qui *Willelmus* totum Regnum *Anglie* conquiſivit. Tunc autem ceſſaverunt Arma *Anglorum* Regum: & Conqueſtor predictus *Willelmus* pro Armis ſuis portavit, Duos Leopardos Aureos, In Campo Rubio, ut hic. Et Gallice ſic, *Il port de gewlez & deux Leopardes paſſantez d'or*. Que eciam Arma portavit filius ſuus *Robertus Curtos* primo genitus, & filius ſuus *Willelmus Rufus* qui ſucceſſit patri in regno *Anglie* coronatus.



Quo quidem *Willelmo Rufo* mortuo, ſibi ſucceſſit *Henricus* primus frater ejus qui eadem Arma paterna portavit. Quidam tamen dicunt quod *Willelmus* Conqueſtor, adepto Regno *Anglie*, appoſuiſſet Armis ſuis tercium Leopardum, de qua appoſitione nichil cautum invenio. Set ſatis notum eſt, quod iſte *Henricus* primus ſine herede obiit, quia *Willelmum* filium ſuum, & *Ricardum* ſimul in una hora mare abſorbebat, filiam vero ſuam *Matildem* nomine, *Henrico* Imperatori *Almanie* in uxorem dedit. Set filiis ſuis, *Willelmo* videlicet & *Ricardo* prius, ut dictum eſt, mortuis, prefatus *Henricus* primus Rex *Anglie* diem ſuum clauſit extremum, filiam ſuam *Matildem* Imperatricem relinquens heredem proximum ad regnandum. Set quidam *Stephanus*, Comitis *Bleſenſis* & Adeleye tercie filie *Willelmi* Conqueſtoris filius, nepoſque prefati *Henrici* Regis mortui, viceſimo die *Novembris* ſole exiſtente in ſagitario *Anglie* intravit regnum, & coronam uſurpando qui ibidem xxij. die *Decembris* proximo ſequent. coronatus, ſcutum portavit rubium in quo habuit Trium Leonum Peditantium Corpora, Usque Ad Collum, Cum Corporibus Humanis



S Su-

SUPERIUS, AD MODUM SIGNI SAGITARII, DE AURO, ut hic. Et hoc quia ipſe intravit *Angliam*, ut predixi, Sole in illo ſigno exiſtente. Et Gallice ſic, *Il port de gewles trois ſagitairis en corps de Lyons paſſantz d'or.* Cui quidem *Stephano* intruſori ſucceſſit *Henricus* ſecundus, filius *Matildis* Imperatricis & *Galfridi Plantagenet* Ducis *Andigavie*. Qui quidem *Henricus* portavit TRES LEONES AUREOS PEDITANTES, IN CAMPO RUBIO, ut hic. Et Gallice ſic, *Il port de gewlez trois Leons paſſantez d'or.* Sic ergo habemus clare, quod Arma *Willelmi* Conqueſtoris ceſſaverunt: quia ibidem defecit linea maſculina. Et ſcias ulterius quod opinio illorum qui dixerunt quod dicti Reges *Anglie* portaverunt tres Leopardos in campo rubio, addentes quod duo Leopardi pro Ducatu *Normannie*, & tercius apponitur in ſcuto pro Ducato *Acquitanie*, eſt omnino reprobata, quia iſte *Henricus*, de quo prius ſcripſi, filius *Galfridi Plantagenet* & *Matildis* Imperatricis poſt divortium celebratum inter *Lodowicum* Regem *Francorum*, & *Alianoram* filiam Ducis *Acquitanie*, duxit eandem: que fuit heres dicti Ducis *Acquitanie* patris ſui, & ſic hic crevit primo titulus quem habet Rex *Anglie* ad Ducatum *Acquitanie*. Quare dico quod illi erraverunt qui dixerunt, quod *Willelmus* Conqueſtor appoſuit tercium Leopardum in Armis ſuis, ratione ipſius Ducatus Acquitanie, quia ipſe nullum titulum habuit ibi, ſet iſte *Henricus* ſecundus, ut predixi. § Multa enim obprobria audivi diebus meis dicta in noctis ſilencio, tam illuſtriſſimo Principi *Henrico* quinto, in obſidionibus ſuis, tam eciam Domino meo ſingulari Domino *Thome de Monte Acuto* Comiti *Sar.* & *Pertici*, in diverſis obſidionibus ſuis de iſtis Leopardis, & de illa bona domina *Maria* nomine, que fuit uxor *Henrici* quarti & mater Regis *Henr.* quinti, ubi tunc veritatem hujus rei veraciter ſum expertus. § Dicatis igitur ſi placet quod dominus noſter ſuppremus dominus *Henricus* Rex *Anglie*, portat pro





pro regno *Anglie*, Tres Leones Aureos In Campo Rubio, Sicut portavit Dominus *Henricus* secundus progenitor suus. Et sic in *Henr.* primo cessaverunt Arma paterna, quia tunc cessavit linea masculina; ut superius dixi. Sic autem portavit ille famosissimus Rex *Anglie* *Henricus* secundus, pater *Ricardi* post eum in *Anglia* regnantis. De quo in *Cronicis* metrice sic scribitur, in laudem sui nominis.

De Henrico secundo.

Henricus natus Matildis, Regna tenebat:
Sub quo sacratus Thomas mucrone cadebat.

De Rege Ricardo primo filio Henrici.

§ *Miles famosus, Rex Ricardus generosus,*
Non hominem metuit, tantus ad arma fuit.
Pro dolor! oh mortis mundo percussio fortis!
Cur non magnati vis parcere, nec bonitati?
Mors deliquisti que Ricardum rapuisti,
Regem vincentem, nece victum, prole carentem.
In vultu letus fuit & fortisque facetus.
Blandi sermonis, ditatus corde Leonis.
Scotia, Wallia, Neustria, Gallia, conticuerunt,
Arma Britonica quando leonica visa fuerunt.
Vltramontani, Tusci, Siculique, Pagani,
Ad bellum, parvum scutum tenuere Leonum.
Rex & Tancredus pacis pepigit sibi fedus,
Quo subjectorum regnum tenuit Siculorum.
Postea pro fundo capto bellavit eundo
Isaqueo teste, sua Cipria fit manifeste.
Arte sua vique fuit Acon reddita, quique
Circum manserunt, altas turres petierunt.
Cairam, namque Damietam, Cesariamque
Hic invadebat, sibi gens adversa cadebat.
En Saffadinus vidit quando Saladinus
Ictu Ricardi petiit postrema Liardi.
Ligna nequit fari, nec cor poterit meditari,
Quemquam formari conditione pari.

De Johanne successore Ricardi.

Neustria Johannis fuit indefensa sub annis.
Et quia deliquit, Gallis possessa reliquit.

EX predictis autem versibus bene patet, quod prefatus *Ricardus* portavit Leones & non Leopardos. Et dicitur, quod pater ejus *Henricus* secundus primo Leones in *Angliam* duci fecit, & eos habuit suo dominio subjectos: quorum catulos ipse multociens solebat acriter verberare in presentia suorum trium filiorum: qui de facto eidem patri suo rebelles erant, pro eo quod filius ejus *Henricus* primogenitus in Regem *Anglie*, vivente & volente patre, coronatus, secrete nitebatur patrem suum destruere, quo viso Rex *Francorum Lodowicus*, & Rex *Scocie* magnis laboribus suis, pacem inter eos fecerunt, ut scribitur in *Cronica* cujusdam monachi *Malmesburiensis*, que incipit *Norma vivendi in li.* 5. *ca. de Henrico secundo.* In qua Cronica videbitis si placeat totum factum, & scribitur ibi proverbium, *Per catulos castigamus Leones.* Et quantum ad lineam masculinam omnes Reges *Anglie* ab eo descenderunt, & predicta Arma portaverunt usque ad tempora Regis *Edwardi* tercii, qui, ut superius dixi, Arma Regis *Francorum* Armis suis adjunxit: tum quia filius *Isabelle*, filie & heredis Regis *Francie*, tum quia *Edwardus* primogenitus dicti Regis *Edwardi* tercii, *Johannem* Regem *Francorum* in bello de P*oyters* devicit, & ipsum captivum, & prisonarium suum, in *Angliam* secum duxit, ut predixi. Set forte queritis a me, dimisso primo titulo Regis *Edwardi*, dicendo quod in regnis filia vel femina non debet succedere, ut est opinio *Francorum*; & satisfaciendo eorum opinioni, adhuc quero: nunquid *Edwardus* Rex *Anglie*, poterit legitime Arma *Francorum* Regis *Johannis* portare, pro eo quod *Edwardus* dicti Regis *Edwardi* primogenitus, prefatum *Johannem Francorem* Regem in bello cepit, & ipsum captivum suum in *Angliam*, ad patrem suum *Edwardum* viriliter perduxit? Et quia de jure civili quicquid filius adquirit patri adquirit,

ut

ut Instit. per quas personas nobis adquiritur § primo iste Rex *Francorum Johannes*, captivus efficitur Regis *Edwardi* patris prefati Principis tunc *Edwardi*. E ad probandum istud concordant illa statuta antiquissima, *cap. de prisonariis in* § *Item precipimus* § ut creditur per Regem *Arthurum* in *Francia* edita, & per successores suos tam Reges *Francie*, quam *Anglie*, & specialiter per prefatum *Edwardum*, ac per illum invictissimum & Christianissimum principem *Henricum* quintum Regem *Anglie*, ac Regentem Regnum *Francie*, & heredem apparentem in Regno illo *Francie* vbilibet proclamatum. Que quidem statuta hic inserere, quia ista approbantur, non erubesco. Quorum sequitur Capitulum primum.

Incipiunt statuta Henrici quinti, tempore guerre.

SUmmi opificis clementia, que sibi subditos modestos esse disponit pacificos & pudicos, non obstante, quoniam adhuc ipsa effrenata cupiditas mater litium, inimica pacis, materia jurgiorum tot indies nova generat litigia, ut nisi justitia ejus conatus vi propria reprimeret, & virtutes, ipsiusque questiones implicitas explicaret, universale nostri Christiani excercitus regimen absorberet, bonumque commune extingueretur quo vivimus & regnamus: Ideoque lex & Constitutiones ordinantur, ut appetitus noxius sub Juris regula limitetur, per quam humanum genus ut honeste vivat, alterum non ledat, & Jus suum unicuique tribuat, informatur: Et ut noster excercitus utroque, scilicet, & bellorum & pacis tempore, felice tramite gubernetur: dictumque commune bonum in prosperis conservetur: § Ex altera eciam parte, ut dicti nostri excercitus Constabularius atque Marescallus, in causis coram eis cotidie ventulandis prudentius in singulis judicent & discernant: de nostrorum Procerum, Dominorum, & Magnatum consilio, quasdam Constitutiones fecimus, easdemque in eodem excercitu nostro promulgantes, publice fecimus proclamari. Statuentes quod omnes & singuli in dicto excercitu nostro Capitanii, pre-

prefatas nostras Constitutiones in scriptis habeant: ut publicatio nostra pro sufficienti monitione habeatur: ac ut subditi universi in dictis Constitutionibus & statutis ignorantiam non pretendant.

De Ecclesiis, & Sacramento Eukaristie, in debito statu conservandis.

ET quoniam domũ Dei decet sanctitudo, statuimus ut ecclesie universe in suo statu inviolabiliter conserventur. Et si quis inventus fuerit qui sine causa per Cõstabulariũ nostri excercitus approbãda, bona aliqua ecclesie, scilicet vestimenta, calices, libros, jocalia, seu reliquias, in quibuscumque ecclesiis, capellis vel monasteriis inventa, secum auferre aut asportare presumpserit, statim postquam captus fuerit & super hoc coram Constabulario, aut nostri excercitus Marescallo, convictus suspendatur: & dicta bona ecclesiis de quibus ablata fuerunt, quam cito fieri poterit, restaurentur. § Ordinamus preterea ut nequis sacramentum eukaristie, vel pixidem sive capsulam in qua dictum sacramentum custoditur, irreverenter tangere audeat, sub pena mortis.

De personis Ecclesiasticis, & mulieribus non capiendis.

SAcerdotes qui cotidie deo serviunt & sibi ministrant in altari, suis semper utantur privilegiis. Et violentas manus dictis sacerdotibus imponentes, ipsosque occidentes, capite puniantur. Quam penam extendi volumus ad mulierum raptores, ubicumque inveniantur. Ulterius precipientes, ne quis ausu temerario, viros religiosos quoscumque, vel mulieres religiosas, seu velatas, tangere audeat, sui ordinis habitum portantes absque fraude. Nec aliquis eos, easve, prisonarios, seu prisonarias capere audeat, dum armati non existant, aut facientes

tes guerram publice vel aperte; ſub pena incarcerationis, & corporis ſui ad voluntatem noſtram inibi conſervandi.

Quibus perſonis tenebuntur omnes obedire.

ORdinamus inſuper quod omnes in noſtro excercitu exiſtentes, cujuſcumque ſtatus, dignitatis, nationis, ordinis, ſeu conditionis exiſtant, Conſtabulario & Mareſcallo noſtris, ſicut nobis, in licitis & honeſtis humiliter obediant; ſub pena forisfacture corporum, & bonorum. Item precipimus ut ſoldarii, & qui aliqua vadia recipiunt de nobis, vel regno noſtro, ſuis Capitaneis immediatis, & magiſtris obedientes exiſtant in ſingulis & licitis & honeſtis, vigilias cuſtodientes, & gardias dictis ſoldariis impoſitas, ſeu rationabiliter imponendas. Nec a dictis vigiliis coſtodiis ſeu gardiis recedant quoviſmodo, ſine dictorum ſuorum capitaneorum, ſeu magiſtrorum licentia ſpeciali, ſub pena areſtationis corporum & bonorum, quouſque, per diſcretionem & allocationem Mareſcalli noſtri, dicti capitanei, ſive magiſtri plenarie ſint contenti. § Item emergente victualium defectu, ſeu pabuli equini cariſtia contingente, Et videatur capitaneis quod ad villagia vicina, pro dictis victualibus & pabulo equino ſit mittendum, Precipimus ut ſoldarii univerſi juxta ordinationem ſuorum capitaneorum ſeu magiſtrorum, ad equitandum, ſeu pedibus tranſeundum, pro dictis victualibus, humiliter ſint parati. Et in hoc non obedientes pena puniantur in proximo ſtatuto precedenti ſupraſcripta. Mercatores eciam, ſive cum excercitu equitantes, ſive in mercatis noſtri excercitus ementes & vendentes, noſtro Conſtabulario, & Mareſcallo ac ipſius mercati clerico obediant ſicut nobis. § Item tractatus, delicta, & placita quecumque ventilata erunt, & finaliter terminata in curia noſtra Judicio Conſtabularii & Mareſcalli, aut abſente Conſtabulario noſtro, in preſentia noſtri Mareſcalli, ſi contrahentes, delinquentes, vel placitantes in noſtro excercitu moram traxerint,

traxerint, ambo, vel una pars eorundem, sive soldarii vel mercatores existant, aut operarii manuales necessarii, ut sutores, scissores, barbitonsores, medici, & lotrices, & nostri exploratores specialiter ordinati.

De vigiliis, & gardiis observandis.

QUoniam turbationes, tam de die quam de nocte, in excercitu nostro multociens contingunt, quibus diligenti vigilia & custodia provida indies obviatur: Quapropter ordinamus, ut, juxta numerum armatorum, per nostri excercitus Marescallum indies fiat provisio vigilantium, & singuli capitanei mutuis vigiliis & gardiis se invicem adjuvent, & in dicto nostro excercitu de necessitate innata quandoque requiescentes ab inimicis custodiant & conservent. Nec audeat aliquis capitaneus ad vigilandum, sic ut prefertur, monitus, vel assignatus, sive pedester sive equester existat, in numero sibi assignato armatorum quam sagittariorum deficere, causa tamen cessante legitima, per Constabularium vel Marescallum approbata, vel a dicta sua custodia & gardia usque ad tempus limitatum discedere quoquo modo sub pena decapitationis absque licentia speciali ipsius qui dictas vigilias fieri ordinavit. Insuper ordinamus ut capitanei nostri excercitus omnes & singuli vigilantes, semper habeant sufficientes in suis hospitiis specialiter tam in noctibus, sive equitantes per patrias fuerint, sive in obsidiis castrorum, fortaliciorum vel villarum, sub pena arestationis suorum corporum, ad nostram voluntatem acriter puniendorum.

De monstris publicis, seu ostencionibus.

ET ut dicte vigilie sine fraude semper debite conserventur, volumus ut singuli nostri excercitus Capitanei, absque fraude vel cautela quacumque, nobis seu Commissariis nostris monstrationes, seu ostensiones faciant omnium suorum soldarium, tam hominum armorum,

rum, quam ſagittariorum integre & perfecte ſecundum numerum eiſdem aſſignatum, quociens dictis Capitaneis ſuper hoc requiſitio debite & legitime per nos, vel noſtros Commiſſarios fuerit facienda. Item quod Capitanei ſuos proprios ſoldarios ſolum monſtrant & oſtendant, & non alios, niſi illos dumtaxat cum quibus pro illo viagio antea convenerunt, ſub pena perpetue reprobationis, & perditionis ſuorum vadiorum pro viagio ſupradicto. § Item prohibemus ne quis ſoldarium, famulum, vel garcionem qui in alterius ſervicio nuper antea fuerit quoquo modo in ſuo ſervicio retinere preſumat, ſub pena areſtationis & forisfacture equorum, & Armorum, quouſque parti querelanti debite ſatisfecerit pro commiſſis, niſi dictum ſoldarium, famulum, vel garcionem de conſenſu & voluntate habuerit prioris Capitanei ſeu magiſtri. § Precipimus inſuper & mandamus ut Commiſſarii noſtri quicumque, ſpecialiter videant & diligenter inquirant, quod omnes ſoldarii in monſtris, ſic ut prefertur, oſtenſi, ſuam propriam armaturam oſtendant abſque fraude, quod eciam ſpecialiter volumus obſervari in arcubus & ſagittis, & ſi neceſſe fuerit, volumus ut Commiſſarii noſtri ſuper hoc Capitaneum ſive magiſtrum jurare compellant ad dicendum veritatem.

De turbationibus, & clamoribus publicis.

VOlumus inſuper, quod nullus cujuſcunque conditionis, nationis, gradus, vel dignitatis exiſtat, clamores vel turbationes facere audeat, quibus nos vel excercitum noſtrum turbari contingat quoviſmodo. Et ſpecialiter illum clamorem, quem *Mowntee* appellamus, vel aliquem alium clamorem irrationabilem facere audeant, vel audeat aliquis in futurum, ſub pena areſtationis inceptoris, & equi ſui, vel equorum, in cuſtodia Conſtabularii, vel Mareſcalli, abſque favore puniendorum, quouſque dictis Conſtabulario, & Mareſcallo debite ſatisfacerit pro commiſſo. Et inventor, denunciator, vel accuſator dicti inceptoris de dictis Conſtabulario & Mareſ-

callo percipiet centum ſolidos Turonenſes videlicet x. s. monete *Anglie* pro labore. § Item ſi aliquis nomen ſuum, vel domini ſui, ſeu magiſtri proclamaverit, per cujus clamorem facta fuerit congregatio, vel ſimultatio populi ad turbationem excercitus, ſic delinquens, & convictus coram Conſtabulario, & Mareſcallo ſuo, pro ſuo delicto publice ſuſpendatur. Item ſi aliquis inventus fuerit qui clamorem vocatum *Hanock*, aliquo modo ſine noſtra licentia inceperit, morte punietur, & ſui ſequaces corporaliter & cum bonis areſtentur, ac in cuſtodia Conſtabularii, aut Mareſcalli noſtri, diligenter conſerventur donec finem fecerint cum eiſdem. § Item ſi aliqua turbatio vel clamor inimicorum ſupervenientium in excercitu noſtro ſubito oriatur, precipimus & mandamus, ut ſinguli Capitanei cum ſuis ſocietatibus ad perſonam noſtram, ſive Capitanei principalis, ſtatim, accedant, certis tamen primitus perſonis per dictos Capitaneos limitatis, pro cuſtodia hoſpitiorum eorundem. Illis capitaneis dumtaxat exceptis prope quorum hoſpitia dicta inimicorum turbatio fuerit exorta, quos ad cuſtodiendum ſua propria hoſpicia cum ſuis ſocietatibus volumus inibi permanere. Quod plenarie volumus obſervari in abſentia noſtra pro illo viagio, in perſona principalis Capitanei cujuſcumque. § Item prohibemus expreſſe, cum equitantes fuerimus, quod nullus de excercitu noſtro exire audeat ſine noſtra licentia ſpeciali, quibuſcumque turbationibus vel clamoribus in dicto noſtro excercitu contingentibus, ſub pena forisfacture bonorum in cuſtodia Conſtabularii aut Mareſcalli noſtri ponendorum, & areſtationis corporum ad noſtram voluntatem aut gratiam, ac in noſtra abſentia ad voluntatem principalis Capitanei excercitus per nos ordinati.

De

De equitationibus generalibus.

NUllus in excercitu noſtro, ſimultationem ſeu congregationem aliquam facere audeat, aliquo modo, ad equitandum de dicto excercitu noſtro ad alialiquam patriam, villam, vel fortalicium vicinum abſque licentia noſtra, vel principalis Capitanei noſtri exercitus ſpeciali. Ad finem ut tales equitantes ſemper ad nos, vel principalem noſtri excercitus capitaneum revertere poterint pro ſuccurſu, ſub pena areſtationis ad noſtram voluntatem corporum, & bonorum. § Item ſi contingat aliquam talem equitationem fieri generalem de noſtra licentia ſpeciali, Ordinamus tunc & volumus quod nullus a comitiva & ſocietate Capitanei dicte equitationis recedere audeat, ſine dicti capitanei licentia ſpeciali, ſub pena areſtationis corporis ad noſtram voluntatem, & perditionis lucri per eum ſic adepti illo die, parte tamen tercia dicti lucri ſuo magiſtro immediato integra reſervata, & duabus aliis partibus dicti lucri ad Capitaneum dicte equitationis ſimiliter reſervatis. Quod quidem ſtatutum noſtrum precipimus inviolabiliter ab omnibus obſervari quotienſcumque tales equitationes fuerint faciende. Item prohibemus ut nullus vexillum noſtrum, alicujusDomini, vel Sancti *Georgii* erigere audeat, ad convocandum aliquam partem noſtri excercitus ad equitandum ſive tranſeundū ad aliquam patriam, villam, vel fortalicium quodcumque ſine noſtra licentia ſpeciali, ſub pena ſuſpenſionis, & tracture Capitaneorum ſic preſumptorum, & decapitationis ſuorum ſequacium ſingulorum, ac forisfacture hereditatum & bonorum. § Item ordinamus quod nullus Capitaneus, cujuſcumque conditionis, ſtatus, vel dignitatis exiſtat, aliquas equitationes facere, vel aliis concedere audeat, ſine noſtra licentia ſpeciali, ſub pena indignationis noſtre perpetue, & areſtationis corporis ad noſtram voluntatem acrius puniendi. § Item ſi aliquam equitationem per aliquos fiendam aſſignaverimus, prohibemus expreſſe ſub pena mortis, ne quis edificia, domum vel domos comburere audeat, vel in eis ignem mittere, abſq; noſtro mandato ſpeciali.

De hoſpiciis capiendis & aſſignandis.

PRecipimus inſuper, ut nulli excercitum noſtrum precedant quoviſmodo noſtris hoſpitibus aliorum Dominorum & Capitaneorum dumtaxat exceptis, quorum nomina prius fuerunt Conſtabulario aut Mareſcallo noſtro per ſuos dominos vel magiſtros tradita ac in ſcriptis declarata, ſub pena areſtationis corporum, & bonorum in cuſtodia Conſtabularii, aut Mareſcalli noſtri ponendorum, quouſq; ſic delinquens cum dictis Conſtabulario, aut Mareſcallo finem ſufficientem fecerit pro delicto. § Item quod nullus ſeipſum hoſpitare preſumat, cujuſcumque ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtat. Set volumus ut quantum ad hoſpitia pertinet, omnes indifferenter noſtro hoſpiti generali obediant ſicut nobis, ſub pena areſtationis corporum & bonorum. Precipimus inſuper ſub pena ſupradicta, quod nullus poſtquam hoſpitium ſibi fuerit, ut ſupradicitur limitatum, de dicto hoſpicio ſuo exire audeat ſine ſui Capitanei vel magiſtri licentia ſpeciali. § Item ſi contingat aliquem in ſuo hoſpicio, vel extra invenire aliqua victualia, volumus ut de illis dictus inventor gaudeat ſicut decet, dictis victualibus moderate utendo, & ſi quid ſuperfuerit, aliis neceſſitatem habentibus largiatur ſine deſtructione ſeu abuſione quacumque, ſub pena areſtationis ſui corporis, & perditionis equorum, vel equi, ſi tantum unum habuerit, & armorum, quouſque cum Conſtabulario & Mareſcallo finem fecerit competentem. § Item prohibemus ne aliquis cujuſcumque ſtatus, conditionis, vel dignitatis exiſtat pro hoſpitio ſuo vel ſuorum litigare preſumat, vel aliquas pactiones, ſeu congregationes gentium facere audeat, ad aliquas lites movendas intra hoſpicium ſuum, vel cujuſcumque alterius, ſub pena areſtationis corporis ad noſtram voluntatem, ac equorum & armorum quouſque cum Conſtabulario & Mareſcallo finem fecerit pro delicto. Et ſi delinquens garcio fuerit aut parvulus, abſciſione auricule ſiniſtre puniatur. Et ſi gravius fuerit delictum perpetratum, ſic delinquens arbitrio Conſtabularii, & Mareſcalli gravius puniatur.

puniatur. § Prohibemus insuper, ne quis intra hospitia, vel extra, litem cum aliquo, seu aliquibus moveat pro aliquo delicto, livore, vel invidia preteritis vel futuris, per quam litem mors in aliqua parte contingere poterit vel venire, sub pena forisfacture corporum & bonorum. Et si mors de facto inde contingat omnes sic delinquentes penitus supendantur.

De prisonariis.

QUoniam in conflictibus & aliis bellicis actibus multociens prisonarii capiuntur, ac propter inimicorum invalescentium timorem, aliquando non poterit captor super custodia sui prisonarii intendere, Nobis visum est certam in scriptis ponere regulam, qua declaramus, quod quicumque fidem prisonarii ceperit, ipsum prisonarium habebit, quamvis super custodia dicti prisonarii usque ad finem conflictus non intendat, si tamen dictus prisonarius in eodem conflictu postea non inveniatur se defendens. Item si aliquis inimicum suum ad terram prosternat, & alius fidem prostrati capiat, sic captus prisonarius communis est ipsorum : & fidem capiens custodiam habebit prisonarii supradicti, sufficientem prebens securitatem suo consocio pro parte rata redemptionis prisonarii antefati. § Item quando capitur prisonarius & alter veniens partem petat, partem habebit, si eidem a capiente concedantur. Set forte sic partem petens minatur se alias prisonarium occisurum, partem aliquam ipsius prisonarii non habebit, quamvis ei fuerit prius pars concessa. Et si prisonarium ut prefertur occiderit, per Constabularium & Marescallum arestabitur, in carceribus permansurus quousque cum parte querelante finem fecerit secundum discretionem Constabularii, & nostri excercitus Marescalli. § Item precipimus ut quam cito prisonarius captus ad excercitum nostrum pervenerit, capiens prisonarium domino suo Capitaneo, vel magistro presentabit absque mora, sub pena perditionis prisonarii magistro suo proprio adjudicati. Et si ille prisonarius sic captus

captus fuerit Major in una parte excercitus, & poteſtatem habuerit diſplicandi vexillum ſuum auctoritate Regis ſui, vel ſi ipſe captus fuerit de ſanguine Regio, Dux, Marchio vel Comes, aut Capitaneus principalis, tunc captus ille, quiſcumque fuerit, erit priſonarius Capitanei principalis illius partis dicti excercitus, niſi capiens talem priſonarium equalis fuerit ipſi capto, major in armis, aut dignitate, vel talis Baro, ſive Miles notabilis qui antea poſitus fuerit ad vexillum: Et ille tunc capitaneus principalis concordabit cum capiente, dando eidem ſufficientem remunerationem pro captura. § Volumus inſuper quod Capitaneus, vel magiſter priſonarium recipiens de ſuo ſoldario ad lanceam, vel ſagitario, ut ſupradictum eſt, infra octo dies nobis, principali Capitaneo, vel noſtro Conſtabulario, aut noſtri excercitus Mareſcallo fideliter repreſentet, ſub pena perditionis partis ſue quam ipſe alias eſſet habiturus: quam partem damus cuicumque, talis priſonarii occultationem, Conſtabulario noſtri excercitus, aut Mareſcallo notificanti. Ordinamus ulterius, ut nullus preſumat priſonarium ſuum permittere vagari, aut libere ire, vel ad propriam voluntatem equitare, ſeu in ſuo hoſpicio abſque bona cuſtodia per ſe permanere, ſub pena perditionis priſonarii ſupradicti. § Tercia tamen parte redemptionis dicti priſonarii ſic male cuſtoditi Capitaneo ſuo, ſive magiſtro ſuo reſervata, ſi tamen dictus Capitaneus vel magiſter particeps criminis non exiſtat. Alteram vero partem redemptionis ſupradicte accuſatori adjudicamus. Terciamque partem dicte redemptionis noſtri excercitus Conſtabulario & Mareſcallo aſſignamus, ac areſtato primitus corpore, ſic ut prefertur, delinquente ad noſtram graciam acrius puniendo. § Volumus inſuper & ſtatuentes, quod nullus priſonarium ſuum noſtrum excercitum exire permittat ſine noſtro ſalvo conductu, vel ſaltem ipſius qui excercitui noſtro ibi preeſt pro dicto priſonario primitus obtento, ſub pena in proximo ſtatuto ſupraſcripta. Item ſtatuimus ut nullus priſonarium ſuum vendere audeat, vel ad redemptionem ponere abſq; licentia ſui Capitanei qui nobiſcum pro dicto viagio ſub literis & ſigillo ſuo indentaverit, ſub pena perditionis priſonarii

dicto

dicto Capitaneo adjudicandi, & areſtationis ſic delinquentis. Volumus inſuper quod emptores tales perditione priſonarii puniantur.

De Tertiis.

TEnebuntur ſinguli Capitanei, milites, ſcutiferi armati,& ſagittarii quicumque tertiam partem ſolvere omnium adquiſitorum per guerram ſuo Capitaneo vel magiſtro inmediato fideliter & ſine fraude, cujuſcumque ſtatus, conditionis, vel dignitatis exiſtant, ſub pena perditionis tocius ſumme principalis ſic adquiſite, & areſtationis ſui corporis quouſque finem fecerit cum ſuo magiſtro ſupradicto. § Item volumus ut omnes nobiſcum in excercitu noſtro vel ſub noſtro vexillo equitantes, ſeu moram trahentes, etſi vadia de nobis, vel Regno noſtro non percipiant, quales ſunt Medici, Mercatores, barbitonſores, & multi ſimiles, de ſingulis bonis per guerram adquiſitis videlicet, priſonariis, & aliis bonis mobilibus, per tales debite adquiſitis, Nobis, vel Capitaneo noſtri excercitus principali tertiam partem ſolvere tenebuntur.

De ſpoliis non fiendis.

ORdinamus ulterius, ut nullus ſub pena mortis mercatorem vel mercatores ſpoliare audeat, vel alia bona, & ſpecialiter victualia ab eo vel eis auferre preſumat. Idemque in medicis, & barbitonſoribus precipimus inviolabiliter obſervari. Nec audeat aliquis ſoldarius ſpoliare in victualibus, pabulo equino, aut aliis bonis quibuſcumque per eoſdem emptis, ſeu alio juſto modo adquiſitis, ſub pena mortis. Prohibemuſque ne quis ſoldarius, vel alius cujuſcumque ſtatus, conditionis, vel dignitatis exiſtat, ab alio aliquid furari, ſpoliare aut auferre preſumat, quod ipſe ſuis juſtis laboribus de bonis inimicorum adquiſivit, ut victualia, fenum, ſtramen, ave-

nas

nas, frumentum, vinum, oleum & ſimilia, ſub pena areſtationis corporis delinquentis ad noſtram voluntatem puniendi.

De aſſaltibus.

ITem ordinamus, quod nullus aſſaltus fiat ad aliquod caſtrum vel fortalitium quodcumque per ſagittarium vel alium communem, abſque alicujus Capitanei ad hoc ſpecialiter ordinati preſentia, & voluntate, ſub pena incarcerationis. Et ſi de facto aliquis talis, ut premittitur, aſſaltus fiat & per Nos, vel Capitaneum principalem ſeu noſtri excercitus Conſtabularium, vel Mareſcallum ibidem facta fuerit proclamatio publica in contrarium, Inobedientes pena incarcerationis puniantur, ac perditionis omnium bonorum inibi adeptorum.

De ſalvis conductibus.

NEc audeat Capitaneus quiſcumque minor nobis, Duce belli noſtri excercitus dumtaxat excepto, aliquem inimicum vel priſonarium licenciare ad veniendum ad noſtrum excercitum, vel ab eodem tranſeundum, vel recedendum ſine noſtra licentia ſpeciali & cum ſalvo conductu noſtro, vel Conſtabularii noſtri excercitus, ſi ſua Commiſſio ad hoc extendatur, ſub pena foriſfacture corporis & bonorum. § Item prohibemus ut nullus cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, vel dignitatis exiſtat ſalvos conductus ſua auctoritate alicui dare vel concedere perſumat, ſub ſigillo ſuo proprio vel alieno, noſtro Conſtabulario dumtaxat excepto, ſi ipſe de nobis talem habuerit poteſtatem. Item ut nullus ſalvum conductum noſtrum, vel Conſtabularii noſtri, ut predictum eſt, violare vel rumpere audeat quoviſmodo, ſub pena ſuſpenſionis & tracture, ac confiſcationis ſuarum hereditatum, & bonorum.

De

De meretricibus ejiciendis.

PRecipimus insuper ut meretrices publice & communes, infra excercitum nostrum nullo modo permanere permittantur : Et specialiter in obsidionibus villarum, castrorum, vel fortaliciorum quorumcumque; set longe ab excercitu, ad minus per unam leucam, in simul collocentur. Quod eciam volumus observari in omnibus villis, castris, & fortaliciis per nos vel nostros captis, aut nobis vel nostris redditis, vel in posterum capiendis seu reddendis, seu alias nobis, vel alicui nomine nostro redditis, videlicet quod infra dictam villam, castrum, vel fortalicium permanere, aut domicilium quantumcumque parvum vel magnum fovere aliquatenus permittantur, sub pena fracture sinistri brachii dicte meretricis, si post unam monitionem in dicto loco prohibito inveniatur publice vel occulte.

Quod Johannes Rex Francie, fuit verus Captivus Edwardii tercii.

PAter ergo per prefatam sectionem. *Item precipimus*, superius allegatam quod *Johannes* Rex *Francie* fuerat verus captivus *Edwardi* tercii Regis *Anglie*. Et pro eo quod quicquid per servum adquiritur domino suo adquiritur, *ut Instituta per quas personas nobis adquiritur* § *primo & in* § *Item nobis, eodem titulo.* Nam dicit textus ibidem. Ipse enim servus qui in potestate alterius est, nichil suum habere potest. Et dicit *Accursius ibidem in verbo habere sc. ad suam utilitatem ut F. ad legem Juliam de adulteris l. sic eveniet, set ad utilitatem domini sui.* Et quod dictus *Johannes* Rex servus erat capientis, probatur per illum § servi autem aut nascuntur aut fiunt. *Instituta de jur. personarum.* Nam dicitur ibidem, *Fiunt autem servi jure gentium, id est ex captivitate*, & ulterius in servorum conditione nulla differentia est, ut ibi, set generaliter quicquid, per servum adquiritur domino suo adquiritur.

§ Sic ergo Arma dicti *Johannis* Regis *Francorum*, per illam captivitatem fuerint dicto Regi *Edwardo* adquisita, & per consequens bene licebat dicto Regi *Edwardo* predicta Arma portare argumento premissorum. Non obstante quod dictus E*dwardus* tercius licite potuit dicta Arma *Francie* portare ratione successionis & jure hereditario, quia filius & heres *Isabelle* tunc filie & heredis Regni *Francie*, ut satis clare patet per Cronicas, & specialiter per *Froßardum* in *Cronica* sua, ubi ipse tractat de ista materia. Dicatis ergo quod dominus noster suppremus portat pro Armis *Anglie* Tres Leones Aureos In Campo Rubio. Sicque portaverunt omnes sui progenitores ab *Henrico* secundo, qui primo illa Arma portavit, & suis portanda successoribus dereliquit, ut supradictum est in filio ejusdem *Henrici* secundi, videlicet Rege *Ricardo*.

De Leopardo.

Leopardus est bestia sevissima, ex pardi & leene adulterio sponte generata, ut dicit *Ysidorus li. xij.* Et secundum eum ibidem, Leopardus dicitur bigener, quia in Animantibus bigenera dicuntur que ex diversis nascuntur animalibus, ut Leopardus ex leone & parda, vel ex leena & pardo. Mulus ex equa & asino, Burdo ex equo & asina, Ibride ex capris & porcis, Titirus ex ove & hirco, Musino ex capra & ariete, ut ibi in fine capituli primi li. xij. Et sicut *Adam* omnibus animantibus ante diluvium primus vocabulum indidit, appellans unicuique nomen proprium, ex sua institutione, juxta conditionem nature cui serviret: sic gentes post diluvium secundum naturas aut conditiones bestiarum, herbarum, vel arborum, eisdem nominum differentias imposuerunt juxta conditionem earundem. Quarum quidem gentium exemplo, postquam bella esse ceperunt, artesque diverse invente sunt, per quas armature tam invasive quam defensive ordinabantur, aut quia aliquando facies armatorum armaturis velabantur, ipsi sic velati secundum eorum conditiones, naturas, aut proprietates, diversas bestias, aves vel

vel alia ſigna per que poſſent ab aliis cognoſci, in ſuis ſupertunicis, aut armaturis, ſive ſcutis, depingi fecerunt, ut refert *Yſidorus in principio libri xij.* § Leopardus autem beſtia eſt quaſi alba, diverſis & multis maculis nigris conſperſa, valde preceps, & ſitit ſanguinem: ſet femina eſt major & crudelior quam eſt maſculus, ſaliendo non currendo predam capit, & ſi tercio vel quarto ſaltu predam non capiat, pre indignatione ſiſtit, & quaſi victus retro cedit. In corporis diſpoſitione, non in colore leoni aſſimilatur, formam tamen capitis habet pardi. Cognoſcitur enim Leopardus a leone, quia Leopardus ubicumque depingitur naturaliter habet maculas nigras, cum groſſo capite, & eſt animal planum non hiſpidum: Leo vero habet unum colorem continuum cum pectore hiſpido & certis jubis in cauda. § Sunt tamen quidam, ſompniantes in hac materia, qui ponunt differentiam inter Leonem & Leopardum in pictura facierum, videlicet quod Leopardus ſemper debet depingi cum integra facie aſpicientibus oſtenſa, & Leo cum media facie, maxime Regi animalium ſcilicet Leoni injuriantes, Nolentes quod ipſe Leo qui eſt Rex omnium animalium ſuam faciem eis oſtendat; quod eciam eſt contra Jura & ſpecialiter contra legem, *urſus F. de adquirendo rerum domino*, ubi dicitur, quod animalia debent depingi & deſignari in ſuo actu ferociori: ſet ſi Leo non poſſet oſtendere faciem ſuam non ita eſſet, ergo, &c. concordat cum iſtis lex prima *F. de poſtuland.* § *beſtias*, quam quidem opinionem, nunquam vidi in ſcriptis legibus, aut naturali ratione fundatam, vidi tamen nobiles diverſos Leopardum, & Leopardos in Armis portare in ſuo proprio colore, quoſdam cum integra facie & quoſdam cum media facie depictos: quorum corpora ſemper fuerunt ſicut eſſe deberent multis maculis nigris conſperſa. Portavit namque quidam miles *Guido de Rupe forti* Unum Leopardum Salientem, In Campo Rubio. Et non appono colorem Leopardi, quia portavit proprium ſuum colorem, videlicet, griſium maculis nigris conſperſum, ut hic de qua



materia plus dicetur in capitulo de talentis. Vidi eciam quendam militem *Arnaldum de Marchia* qui portauit Duos Leopardos Peditantes, In Campo Aureo, quorum Leopardorum tantum medietas faciei fuit intuentibus ostensa, ut hic. Leopardum ergo in Armis portare significat, quod portans, uel saltem primo illa Arma assumens, fuit adulterio genitus. Et nota hic quod semper habendus est respectus ad conditiones animalium, & naturas eorum, ut supra dixi. Et multum pertinenter potest dici, quod isti magni Abbates & Abbatisse debent in suis Armis portare Leopardos, mulos, burdones, vel titiros, pro eo quod ipsi habent & portant instrumenta episcoporum, ut mitram & crucem, ut muli, Leopardi, & tales bestie portant instrumenta generativa equorum, & Leonum, non tamen eis utuntur naturaliter, neque habent ipsum actum vel generationis exercitium, sic dicti Abbates & Abbatisse habent mitras & baculos, non tamen ipsum actum habent vel exercitium conferendi, & ministrandi certa sacramenta, & negocia Episcopis pertinentia; unde scribitur in *Speculo stultorum parte quarta* sic.



Mulus, & Abbates sunt in honore pares.

Dic ergo, quod Rex *Anglie* portat in Armis suis Leones, & non Leopardos, ut per ea que superius scripsi.

De Ariete.

Aries est animal laniferum, animo placidum, naturaliter mansuetum, ut dicit *Ysidorus li. xij. in principio.* Est autem dux, & princeps ovium; & ideo dedit ei natura fortitudinem ceteris ovibus prestantiorem: decet enim arietem ducem ceterarum ovium & tutorem, aliis esse fortiorem. Et ideo a quibusdam vervex viribus est dictus, eo quod tanquam vir ovium, cum sit masculus, ceteris

teris bidentibus fit amplius virtuosus. Quidam tamen dicunt, quod ideo dicitur vervex, quia vermen gerit, unde scribitur in *libro Synonymorum*, *vervex in capite vermen gerit, arietat inde.* Cujus quidem vermis pruritu excitatus, caput suum aliquando fortissime concutit, & quicquid sibi obviat dure ferit: & ideo aries ab Ares *Grece* dicitur, quod est virtus Latine. Nam corporis magnitudine, virium fortitudine, & animi virtute oves alias preexcellunt. § Dicitur aries ab aris, quia ut dicit *Ysidorus* hoc pecus primum fuit in aris a gentibus immolatum, unde secundum legem *Mosaicam* Aries fuit animal mundissimum, aptum ad sacrificium, & ad esum, dicit *Ysidorus ubi supra.* Frontem habet aries durissimam, set tamen tempora habet debilia, & quasi cartilaginosa: & ideo ad defensionem partis debilioris dedit natura cornua majora circa temporum loca, ad modum scuti rotundi revoluta, in extremitatibus aliquantulum acuta, ut eis caput defenset, & adversarios impetat & expugnet. Ideoque securius precedit gregem, erectoque capite, & fixo pede ungula divisa vestigio firmius terram premit. Tempore amoris pro uxoribus suis impetit. Ac ut melius impugnet, & fortius contra resistentem, retrocedit, ac resiliendo cum impetu hostem ferit, ut dicit *Avicenna li. suo viij.* Arietem in Armis portare significat, quod primo ipsum portans, vel assumens, fuit vir multum capitosus, vel aliquas alias conditiones arietinas sequens, ut superius dictum est.

De Agno.

Agnus, ut dicit *Ysidorus*, a Greco vocabulo dicitur quasi pius. Nam inter omnia animantia terre, maxime invenitur innocens, & mansuetus: nullum enim dente ledit, cornu, nec ungue. Et quicquid in eo reperitur utile est: Pellis quidem ad varium usum: pilus ad indumentum: fimus ad terre inpinguationem: ungula, & corium ad medicinam, ut dicit *Plinius, & Ysidorus li. xij.* § Latini vero dicunt agnum, ab agnoscendo esse sic vocatum, eo quod pre ceteris animalibus matrem

suam

ſuam noſcat, adeo ut ſi in magno grege erraverit, ſtatim balatu vocem agnoſcit parentis, ſecundum *Avicennam*. Agnus de ſocietate gregis multum gaudet: quando vero ſolitarius eſt dolet plurimum, atque timet: ante gregem ſalit, & ſaliendo ludit: tonitruum multum timet, quia agnus naturaliter habet debile caput, ut recitat *Bartholomeus de proprietatibus rerum li. xviij. in capitulo de agno.* Agnum igitur in Armis portare, eſt ſignum, quod primo illum in Armis portans fuit vir pius, manſuetus, & humilis, aut portavit nomen agni: ut multi portant diverſa animalia, aves, vel alia ſigna que ſunt ejuſdem nominis cum ipſo portante. Et quidam ſunt qui portant ſue artis ſigna, ut latius dicetur in ſequentibus.

De Apro.

APER eſt porcus ſilveſtris, qui ſevus eſt, & immitis, ut dicit *Iſidorus predicto libro xij. capitulo primo.* Dicitur inſuper apud Latinos verres eo quod grandes habet vires. Dicit enim *Plinius*, quod aper eſt animal valde ſevum, & vix caſtratus ſe exhibet manſuetum, cum cetera tamen animalia, ablatis teſticulis, manſueſcunt. Eſt itaque aper tante feritatis, quod eciam mortem parvipendens, contra venatoris ferrum intrepide ſe infigit, & inſuper jam transfixus contra ſibi reſiſtentem vires recolligit, & ut de adverſario ſe vindicet, mortis periculum non paveſcit. In latere autem dextro habet duriſſimum locum & ſpiſſum, quem ſemper opponit venatoribus, ut dicit *Plinius li. xviij. ca. x.* Aprum autem portare vel verrem in Armis, ſignificat hominem invidum, bellatorem, ſubtilem, & fortem, qui citius in pugna morietur, quam fugiendo vitam ſervet. Multos enim vidi *Hibernienſes* aprum, vel apros, in Armis ſuis portantes.

De

De Asino.

ASINUS a ſedendo eſt dictus, quia homines ab initio ſuper aſinos ſedere ſolebant, antequam uſum equorum habebant. Et refert *Yſidorus li. xij.* Aſinus animal eſt ſimplex, & valde tardum, & ideo faciliter ab initio fuit humano generi ſubjectum: vel aſinus dicitur ab a, quod eſt ſine, & ſinos quod eſt ſenſus, quaſi animal ſine ſenſu. Et quanto aſinus fit annoſus & ſenex, tanto plus indies fit deformis, hiſpidus, & villoſus. Eſt autem animal malencolicum, frigidum, & ſiccum, & ideo naturaliter ponderoſum, tradum, atque pigrum, ſtolidum, & oblivioſum, tamen paciens animal eſt, & modico utens cibo. *Avicenna li. viij.* inter tribulos, & ſpinas, aſinus colligit, ex elevatione capitis, & forti flatu moventur tribuli & ſpine, & ex horrendo ſonitu ſeu rugitu ejus terrentur avicule, & ſepius fugiunt de ſuo nido, & earum matres impetunt aſini oculos, & roſtis ſuis percutiunt, ut a loco ſui nidi recedant. Et quamvis talis paſſerulus habeat corpus parvum, vix poteſt aſinus ſe defendere contra paſſeris impetum, atque morſum. Hec *Avicenna loco preallegato, & Ariſtoteles de animalibus ca. viij. & Plinius libro xxviij. ca. ultimo.* § Item aſinus ſupra vires laboribus exponitur, fuſte ceditur, ſtimulo pungitur, chamo os conſtringitur, hinc inde circumducitur, & ſepe ejuſdem chami refrenaculo ab illis paſcuis & cibariis per que tranſit nequiter cohercetur. Et poſt labores caſſos & vanos in fine moritur. Nec pro precedentis laboris ſervicio, poſt mortem ſaltem, ejus cutis dimittitur, ſet aufertur, & cadaver ſine ſepultura aieri exponitur a canibus corrodendum. Hec *Bartholomeus de proprietatibus rerum li. xviij. ca. de aſino in fine.* Aſinum vero in Armis portare, ſignificat hominem tardum, pium, & manſuetum, verbis & operibus ſuis blandientem, injuriarum ſibi illatarum oblivioſum, & multa obprobria pacienter ſuſtinere paratum.

De

De Aranea.

ARANEA, pro eo quod ſex aut octo pedes quos ſemper habet pares, gerit multipes dicitur. Et inter animalia reptilia numeratur ab aeris nutrimento nominata, que exiguo tempore longa fila producit, & ab opere incepto nunquam deſinit, perpetuum ſuſtinens in ſuo opere diſpendium, & ſepe ad modicum flatum venti, aut pluvie ſtillicidium rumpitur tela ſua totaliter, perdens laborem ſuum, ut dicit *Yſidorus li. xij.* Habet autem aliquos pedes longiores, & quoſdam breviores, propter diverſas ſuas operationes. Nam cum quibuſdam fila ſubtiliat, ac in longum protrahit, cum quibuſdam vero pariter fila nectit, & cum quibuſdam per fila repit: & maxime in ea viget ſenſus tactus, unde reſidens in tele ſue medio, ſubito ſentit muſcam telam in parte remotiſſima contingentem, ſubitoque ipſam invadens eam aggreditur tanquam hoſtem, de qua ſi triumphare potuerit, eam ne evadat inter tele ſue fila multipliciter circumvolvit, capitis ſui humiditatem ſugens, de tali muſcarum venatione vivit, ut refert *Bartholomeus de proprietatibus, li. xviij. ca. de aranea.* Et quia vidi olim araneas in Armis cujuſdam *Lumbardi* portatas, illarum jam proprietatem ſcribo. Ymaginentur igitur ipſa arma inſpicientes, quid per illas araneas intelligatur, prefatis conditionibus, & proprietatibus diligenter conſideratis.

De Ape.

APIS eſt animal multipes & breve, inter omnia animantia anuloſi corporis, in multis obtinens principatum, ut dicit *Plinius li. xv. ca. vi.* parvitatem autem ſui corporis, recompenſat ingenii magnitudo. Quamvis autem poſſit inter volatilia computari, tamen quia pedibus utitur, in quibus eſt ſua vis progreſſiva, merito poteſt inter greſſibilia numerari. Inter omnia, eſt admiranda apum ſolertia qua mella conficiunt, ſuccumque dulciſſimum,

cissimum, subtilissimum, & saluberrimum in favos com-ponunt, & ceram ad usum vite perutilem operando conficiunt, hieme latent, quia vires non habet ut nivibus pruinisque resistant, ac flatibus Aquilonis. In vere autem fabas florentes visitant, nullique licet vacare otio per hos dies. Item per apes summa equitas excercetur, Feriunt enim omnes earum pacem perturbantes, aut earum mella disrumpere cupientes. § Regem siquidem habent apes, qui non aculeo armatus est, set pocius magestate, ut dicit *Plinius ubi supra ca. xviij.* vel si habet aculeum, usum feriendi natura sibi negat; Noluit enim natura ipsum sevum esse, nec statim petere ultionem, & ideo ei telum detraxit & inhermem dereliquit, unde constat apum Regem aculeo non uti. Miranda etenim est circa suum Regem plebis obedientia, nam cum ipse procedit totum examen conglobatur & ab ipso agmine velut acie militum cingitur & vallatur, & pre multitudine obsequentiũ tunc temporis vix vagatur. § Cum populus apum in labore est, tempore illo intus est, & circuit similis excitanti, solus a labore est immunis. Circa quem assunt apes quedam habentes aculeos, tanquam conservatores Regis sui. Et raro procedit Rex nisi quando examen totum debet exire, cujus exitus intelligitur aut diebus aliquot excercitu murmurante, & quasi ad exitum se preparante, unde si quis tunc Regi apum prescinderet alam, examen tunc tẽporis non exiret. Regem fessum humeris sublevant, & fatigatũ totũ portant. Rege viso totus animatur excercitus, ipso quoque deficiente totum examen dilabitur, & multociens periculo se exponit. Hec *Plinius ubi supra.* Quando vero Rex apum moritur, tristitia torpent, funerantiumque more exequias celebrant, & meret plebs ingenti dolore Rege peste consumpto: Nam cibos tunc convehunt non exeuntes, tristi tamen murmure glomerantur Circa corpus sui Regis. Luctum non minuunt, ymmo nisi corpus mortuum extrahatur fame & dolore moriuntur. Hec *Plinius ca. xix.*

De Bove.

BOS Grece *boetes* nuncupatur, quem Latini bovem appellant, eo quod terram terit, ut refert *Plinius li. suo viij. ca. xlv.* soli boves inter animalia retroambulantes pascuntur. Aque eciam calide ablutione dicuntur pinguescere. Boves quoque, laxata habentes cornua, dicuntur esse in opere excellentes. Et post castrationem bos in corpore & cornibus augmentum recipit, & proficit fortius in robore & virtute, non tamen tante est audacitatis sicut ante. Est enim animal mite & mundum, non solum usibus hominum necessarium, verumeciam, ad immolandum in aris deorum congruum fuit & aptum. Et breviter ut dicit *Plinius li. xxviij. ca. xl.* nichil est in bove quod diversis usibus non sit utile. § Bovem ergo, vel boves, aut boum capita, in Armis portare est signum quod primo illa Arma portans fuit castratus, vel spado, vel in genitalibus sic in guerris mutilatus quod amplius generare non potest, vel potuit. Ut specialiter semel cuidam nobili scutifero de comitiva & familia domini mei specialis & magistri, TRIA CAPITA BOVINA NIGRA, IN CAMPO ARGENTEO portanda assignavi, ut hic, pro eo quod ipse erat in bello *Vernolii* cum lancia per membra genitalia totaliter transfixus. Qui ut credo adhuc vivens Arma portat supradicta, & sunt bona.



De Botrace.

BROTAX animal est quadripes, venenosum, in terra habitans, & humore terreo nutritum, ut refert *Plinius li. xviij. ca. xxxij.* cujus venenum est frigidissimum, & ideo omne membrum quod tangit reddit insensibile ac studipum ac si esset congelatum. Est enim animal virulentum, & ideo ad iram se animat ad omnem tactum, unde quanto

quanto plus tangitur tanto turgescit amplius & inflatur. Quot autem maculis sub ventre respergitur, tot nocumentorum venenum ejus obnoxium fore perhibetur. Oculos habet quasi igneos & lucentes, & est tanto perniciosior quanto est ejus aspectus ardentior. Herbas dulces diligit, ac earum radices avide comedit, set comedendo eas inficit & corrumpit, loca enim fetida & fimosa botrax, sive bufo, diligit, & loca odorifera multum odit. § Botrax autem sive bufo coloris est subnigri, subrufi, vel pallidi. De istis est *Plinius* ut supra dictum est. Botracem, autem aut botraces, sive bufones portare, significat ut est dictum, verumptamen Dominus *de Botraux* in *Anglia* portat in Armis suis Tres Botraces Nigros In Campo Argenteo, ut hic. Que Arma, forte portat dictus Dominus propter nomen suum, ut predixi.



Que quidem Arma olim portaverunt Reges *Francorum* prout supradictum est de Armis *Francorum* Regis: qui jam portat Tres Flores Gladioli, In Campo Asorio, ut hic. Et Gallice sic, *Il port d'asor, trois fleuris de lys d'or.* De quibus quidem Armis dixi supra libro iij. in capitulo de colore pallido sive azorio, videatis ibi.



De Camelo.

Camelus ut dicit *Ysidorus li. xij.* & *Plinius li. suo viij. ca. xix.* est animal humile, & breve, pro eo quod quando oneratur se inclinans & accubans coram onerante humiliatur. Set differunt cameli *Arabici* a camelis aliarum regionum. Nam cameli *Arabici* duos habent in dorso gibbos, set reliquarum regionum cameli in dorso habent unum tantum, ut dicit *Ysidorus li. xij.* Habentibus igitur tales gibbos in humeris vel dorso, assignari possunt cameli, seu capita camelorum in armis ut portentur.

De Capra.

CAPRA, ficut & caprea, a carpendis virgultorum & herbarum fummitatibus eft dicta, quafi furfum tendens, ut fummitates capiat & comedat foliorum, ut dicit *Plinius li. viij. ca. primo.* Que quidem capre adeo bene vident de nocte ficut die. De capris autem dicit *Ariftoteles li. tertio*, quod capre in multis regionibus habent lac fine impregnatione, nec expectatur impregnatio, fet accipitur urtica & cum ea confricatur mamilla, & exibit primo fanguis, deinde venit bonum lac non pejus quam impregnatarum. Item *li. eodem viij.* dicit quod capre privantur intellectu, in tantum quod vix fciunt egredi ad pafcua, vel regredi nifi ab aliquo ducantur. Quofdam de Wallia vidi portare capram, & capras diverforum colorum, qui conditiones predictas totaliter non amiferunt.

De Cane.

ACENES autem Grece dicitur canis Latine; quamvis tamen quidam canem a canore latratus dicant, ut dicit Y*fidorus li. xij. ca. Canis*, qui plus fenfus habet ceteris animantibus. Nam fua nomina canes recognofcunt, dominos fuos diligunt, & eorum tecta defendunt, & multociens canes pro dominis fuis voluntarie morti fe fubiciunt, corpus autem fui domini mortuum non derelinqunt. Odore quidam, & alii fanguine prede fue veftigia multociens deprehendunt, humanum confortium diligunt, quia diu fine hominibus effe aut vivere non poffunt, ut dicit Y*fidorus li. xij. ca. ij.* De cane autem dicit *Plinius li. xiij. ca. xli.* de animantibus que nobifcum degunt fideliffimi funt canes. Nam canes pro fuis dominis pugnaffe contra Latrones concepimus, occiforumque fuorum dominorum corpora, tam a volucribus, quam eciam a feris, longo tempore cuftodiviffe, latratuque homicide fui domini fcelus detexiffe legimus. § Audivimus infuper canes

canes Regem quendam ducentes ab exilio reduxiſſe,et contra reſiſtentes mira audacia preliaſſe. Canis eciam *Jaſoſonis* cibum capere noluit domino ſuo interfecto, ſet dolore pariter & inedia conſumptus eſt. Legimus eciam *Selonum* ſenatorem *Placentie* ab armatis oppreſſum non prius vulneratum quam cane interempto. Sicque canis *Ticii Sabini* ipſum in carcere nec in morte dereliquit, ſet meſtus & ululans cum mortuo manſit. Cui cum quidam cibum dediſſet, ad os defuncti cibum tulit, & cadavere in Tiberim projecto, ut corpus ſuſtentaret ſaliens canis in fluvium dimerſus eſt accurrente populo ad ſpectaculum fidei animalis. Hec omnia refert *Plinius* in loco preallegato. Canes eciam nobiles cum cervum, damam, vel leporem ceperint, non ſtatim devorant, quod capiunt, ſet pocius predam ſuam domino ſuo derelinqunt, pejori parte in fine pro ſua portione ſunt contenti: ymo ſi nichil habuerint propter hoc, predam aliam inſequi, & invadere non dimittunt. Dicit enim *Conſtantinus in viaticis li. ſuo ultimo*, quod canis naturaliter eſt frigidus & ſiccus, cui nigra colera dominatur, ipſaque ſuperhabundans putrefacta vel corrupta canem rabidum facit: quod maxime contingit in autumpno & in vere, quem tunc alii canes fugiunt tanquam peſtem, qui ſemper eſt profugus ac ſolivagus, & vadet nutando ac cancellando ſicut ebrius: Et currit ore aperto, ac lingua dependente, ſaliva nimia & ſpumoſa de ejus ore profluente: Oculos habet reverſos ac rubicundos, & aures retractas. Contra umbram ſuam latrat: Hec *Conſtantinus* ut ſupra. Dicit autem *Plinius li. xxx.* quod ſub lingua canis jacet aliquando vermiculus, qui Grece dicitur licta qui facit canes rabidos, quo extracto ceſſat morbus. § Item canis eſt iracundus & malicioſus, fraudulentus, ac doloſus, unde ſepe tranſeuntibus blandiendo cum cauda obvians, quaſi arridet, ſet illos retro quando minime conſiderant graviter mordet. Inter notos audax eſt & animoſus, ac contradicentes mordere nititur, omnes terrens, ſet tranſiens inter extraneos nichil facere audet. Antequam ergo canem vel canes alicui aſſignaveritis in Armis ad portandum, conditiones ipſius primitus videatis, & ſecundum quod videritis

con

conditiones ejus cum conditionibus caninis convenire, ita audacter faciatis.

De Castore, alias Baver.

Castor est bestia mirabilis, que cum quadripedibus vivit, & in terra quandoque graditur, sub aquis tamen natat, & commoratur cum natantibus sicut piscis. Et est castor a castrando sic vocatus, ut dicit *Isidorus li. xij.* Nam eorum testiculi medicine sunt apti, propter quos cum precenserint venatores ipsi se castrant, & canum morsibus sua genitalia amputant, unde & *Juvenalis* scribens de castore sic ait.

> *———qui se*
> *Eunchum facit, cupiens evadere dampno*
> *Testiculi.*

De castoribus autem loquitur *Plinius li. xi. ca. iij.* Ponto, inquit, unum genus animalium esse putatur, quod nunc terrenam nunc aquaticam ducit vitam, in extremis aquarum & fluminum ripis domos & cavernas sibi edificant miro artificio preparatas. Nam ista animalia pariter in grege vivunt suamque speciem diligunt, pariter eciam congregati Fibri vocantur. Dentibus ligna prescindunt, & prescisa de silva ad sua latibula miro modo deferunt & deducunt. Nam unum pro vehiculo pedibus elevatis suppinum in terram prosternunt, inter cujus coxas & crura abscisa ligna ordinant & componunt, & ipsum trahentes ad suas mansiunculas a lignis ipsum exonerant : & multa subtilitate ex prefata materia habitacula fortia sibi preparant. Caudam autem suam que pissie nature in aquam mittunt, sine cujus ope & refrigerio sine corruptione diu non poterit permanere. Castor est animal mirabile & monstruosum, cujus cauda tantum piscis, & totum residuum sui corporis naturam habet quadripedis animalis. Pedes habet anteriores quasi anserinos, & posteriores pedes sunt quasi canini. Hec scribit *Plinius li. xxxij. ca. iij.*

quamvis

quamvis *Dioscorides*, & *Bartholomeus de Platea* in aliquibus discordent.

De Cervo.

CERVUS est serpentum inimicus, ut ait *Ysidorus li. xij.* Cervus quidem in harmonia multum delectatur qui erectis auribus mire audit, submissis nichil. Item *Plinius li. viij. ca. xxxiij.* dicit, quod servus est animal maxime placens, quod propter arduam causam contingentem ad hominem ultro fugit. Item quando cerva ejus fuerit paritura ab ipsa se separat, & discedit. Et si seipsum nimis pinguem senserit latebras querit, quia pondus grave sui corporis pertimescit: & quādo pinguis fugit, suum cursum non continuat. Et tante simplicitatis est, ut omnem miretur & stupeat novitatem. Item cervus annuatim, videlicet in vere, mutat cornua sua, & tunc quia inermis est de die sibi latibula querit & latet quousque crescentibus cornibus iterato sibi nova eveniat armatura. Cervus diutissime vivit & plusquam centum annis, quod compertum est per cervos captos post centum annos post mortem Alexandri ab eodem torquibus aureis signatos. Et ut multociens audivi, per unum cervum prope forestam de *Wyndesore* occisum apud quendam lapidem vocatum *Besauntestion* juxta *Bageshott*, qui quidem cervus habuit unum collarium aureum, quo erat sculptum,

Julius Cesar quant jeo fu petis
Ceste coler sur mon col ad mys.

quod est dictu. *Julius Cesar* misit istud collarium aureum super collum meum quando ego fui paruulus.

Cervum autem in Armis portare est signum quod portans, vel saltem primus assumens, fuit cantor vel delectans in canticis & harmoniis, ac sapiens & subtilis, tempora sua bene prospiciens, nolens inimicos invadere inhermis, set sapienter expectat tempus congruum, quando melius poterit intentum suum perficere.

De

De Equo, sivi Caballo.

DIcuntur Equi eo quod quando quadrigis junguntur pares equantur: quia in forma,& cursu similes copulantur. Et caballus a pede cavo dictus est, eo quod pressa ungula terram cavat, quod reliqua animalia non faciunt, ut dicit *Ysidorus li. xij.* Equi in campis voce accensi provocantur ad cursum, si victi fuerint eorum more dolent, cum autem vicerint gaudent. Dicit *Plinius li. vij. ca. xliij.* illos equos ad bella utiliores esse qui in bibendo profundius nares inmittunt, quia tales equi in cursu longo gravedine urine non inpediuntur. § Equi coitum maternum fugiunt, nam in eis quedam naturalis agnitio est, unde narrat *Aristoteles li. viij.* Rex, inquit, septentrionis habuit pulcram equam que peperit equum pulcrum,& voluit ex equo illo & sua matre pullum bonum extrahere, qui ordinans ut equus suus saltaret super matrem, matris cooperiendo vultum. Set cum discooperiebatur facies matris, quam cognoscens equus filius ejus aufugiit & seipsum ab alto precipitavit & occidit. Alias autem proprietates equorum vide per *Bartholum* in tractatu suo de Armis pingendis circa medium, ubi loquitur de equo.

De Elephante.

ELEPHAS ab E*lphio* Grece, quod est mens Latine, & hoc est propter corporis maximam quantitatem, ut dicit *Ysidorus li. xij.* Elephantes intellectu & memoria pre ceteris animalibus vigent, gregatim incedunt modo & motu quo valent. Parvum murem timent. CCC. annis vivunt. Hec ponit *Ysidorus li. xij.* Et P*linius li. viij. c. primo* dicit, quod Elephas inter omnia animalia maxime est virtutis, ita quod vix in hominibus tanta probitas invenitur. Nam in nova luna gregatim conveniunt, & in flumine se abluunt, & communiter balneant, postea ad locum suum redeunt, Juvenesque suos eundo

cundo & revertendo aut se ire faciunt, quos diligenti cura custodiunt & instruunt ad simile faciendum. Item sunt boni intellectus & animalia ita docibilia quod Regem cognoscere & adorare instruuntur, & reverētie causa aliquādo genua sua curvant. Item dicit *Plinius c. v.* si Elephantes hominem errantē in itinere sibi obviū viderint in solitudine, primo ne ipsum terreant aliquantulum de via se subtrahunt, & tunc gradum figunt, & paulatim ipsum precedentes viam ei ostendunt. Et si draco eis occurrerit, pro homine defendendo cum eo pugnant, & audacter se opponunt. § Item mirandus est in eis pudor. Nam quando unus ab alio vincitur, victus vocem fugit victoris. Elephantes aliquando domantur, qui tunc ferunt turres ligneas, & sic cum armatis concurrunt, acies prosternunt, eas non timentes. Item inter Elephantes & dracones perpetua est dimicatio. Habent autem parvas linguas valde respectu suorum corporum, raro extra apparentes. Nec invenitur in eis nisi unum intestinum multipliciter tamen involutum, ac post illud non est aliud nisi unum aliud per quod ejiciunt superfluitatem naturalem. Habent insuper epar magnum quadruplum, ad epar bovis: splenem autem minimum respectu eorum corporum, & causa est, ut dicit *Avicenna*, quia melancolia transit eis in nutrimentum. Stantes dormiunt, pedes posteriores flectentes sicut homo. Sunt enim naturaliter benigni, quia carent felle, ut dicit *Aristoteles li. xiiij.* Pro feminis suis nunquam pugnant sicut alia animalia, nulla enim noverunt adulteria. Et quando casu aliquo dimicant non mediocrem habent curam sociorum: nam fessos & vulneratos in medium recipiunt, & ipsos plusquam se protegunt & defendunt. Item dum mater circa filium in parturiendo laborat, masculus pro viribus ipsam protegit, & defendit.

De Formica.

FORMICA dicitur quasi ferens micas, unde *Ovidius Metam.*

Grande opus exiguo formicas ore gerentes.

Formica enim est animal valde providum, nam in estate congregat sibi, in hyeme unde vivat, ut dicit *Ysidorus li. xij. c. iij.* De Formicis autem dicit *Solinus*. Formice nigre sunt, valde parve, & tamen plus quam magna animalia solicitantur: Nam provident sibi sapienter inposterum unde vivant. Gregatim vivunt, ac cuniculos magnos componunt in quibus habitant. Grana, que cum magna solicitudine collegerunt, solercius decorticant, que in secretioribus domunculorum locis ne ab avibus rapiantur, vel vento dispergantur, cautissime reponunt: & occultas vias faciunt rectas in domos in quibus habitant. Hec *Solinus li. xi. ca. xxxi.* Formice in estate majora ferunt onera quam sunt eorum corpora, unde parvitatem corporis recuperant magnitudine virtutis, pondera sua gerunt morsu, & que pre magnitudine ferre non possunt averse pedibus posterioribus obvolvere moliuntur; Nam de sua republica ei maxima est cura & memoria, Nam semina abrasa condiunt ne sursum germinent in fruges: & grana dispersa colligunt cum diligentia ne perdantur, grana autem arte dividunt, ut sic ea facilius in sua repositoria introducant. In plenilunio noctibus operantur, set cessant interlunio a labore. § Sunt autem formice parvule, stricte circa ventrem, & quasi cincte, que tandem crescentes efficiuntur quasi pennate sive alate, & sic in fine ad modum muscarum in minuta volatilia formantur. Item idem *Plinius li. xi ca xxxij.* dicit quod sunt quedam formice magne & cornute, que mira avaritia & cupiditate gemmas, & aurum custodiunt, que omnia ab incolis furantur dum formice in suis cuniculis commorantur. Formicarum conditiones & proprietates predictas habentes sciatis recte posse formicas portare.

De

De Grifo, sive Grife.

GRIFUS, sive GRIFES est animal quadrupes pennatum. Hoc genus ferarum in Iperboreis nascitur montibus, Tales enim omni parte corporis leonis sunt, alis tamen & facie Aquilis similes. Hec *Ysidorus li. xij. ca. ij.* Adeo autem aliquando infestat equum, ut ait *Hug.* quod equitem armatum cum eo rapiat in sublime, ut dicit glosa *Deuteronomii xiiij. ca.* Custodiunt autem grifes, sive grifi montes, in quibus sunt gemme preciose, ut smaragdi, & Jaspides nec pemittunt abinde auferri. Tam magnas insuper habent ungulas atque amplas, quod inde fiunt ciphi, qui mensis Regum multociens apponuntur.

De Hericio.

HERICIUS est animal spinis coopertum, quibus undique protectum est contra inimicorum insidias. Nam hericius statim ut aliquid nocivum precenserit, statim in globum conversus, seipsum intra sua arma recolligit. Hujus prudentia quedam est, nam dum absciderit uvam de vite sese volutat supinus super eam, & sic ipsam exhibet suis natis. *Ysidorus li. xij. cap. iij.* Item *Aristoteles li. xix.* dicit, quod hericii habent modicum corpus, & multas spinas, majores corpore. Et causa magnitudinis spinarum & parvitatis corporum est quoniam nutrimentum corporis transit in eas propter caloris paucitatem, & quia cibus non bene digeritur, unde generatur in corporibus multa superfluitas que transit in nutrimentum spinarum. Dicit autem *Plinius li. viij. ca. xxxviij.* quod hericii se volutant super poma que spinis infixa deferunt in arborum concavitates & preter illa que in dorso gestant, unum semper in ore ferunt. Et quando venatur se involvit in modum pile, eversis spinis, ne possit propter aculeos comprehendi.

De Lepore.

LEPUS dicitur quasi levipes, quia velociter currit, & est animal Velox, timidum, & imbelle, nullum habens armorum genus nisi membrorum levitatem. Debilis enim est visus, sicut & cetera animalia palpebras in dormitando non claudentia. Melioris autem est auditus & potissime quando aures ejus sunt erecte. Cujus aures sunt longe valde & flexibiles, quod inventum est esse necessarium propter oculorum aperturam, nam auribus oculos defendit ab infestatione cinifum, & muscarum. Habet eciam sub pedibus magnam pilorum villositatem, ut pili pedis carnositatem currendo a lesione defendant, & ideo dicit *Aristoteles li. iij.* quod pedes leporis sunt subtus pilosi, quod in aliis animalibus rarius invenitur. Crura autem ejus posteriora sunt anterioribus longiora, quod fuit necessarium ad facile corpus elevandum in cursu cum fugeret contra montem, unde difficilius capitur contra montem quam contra vallem & hoc accidit propter articulorum brevitatem. § Item de leporibus, ait *Plinius li. viij. c. lv.* Leporum, inquit, plura sunt genera. Nam in Alpibus sunt quidam, & in silvis quidam habitant, set ipse qui in Alpibus sunt velociores sunt, & grossiores pilos habent: ipsi autem qui in silvis morantur, minores sunt, & vocantur cuniculi. Nam cuniculi lepores sunt parvi, imbelles, qui unguibus terram concavant, & leporibus majoribus domos aliquando preparant, ac foveas quas inhabitant sibi formant. Et ipsi cuniculi sunt mire fecunditatis: Dicuntur insuper habere utrumque sexum. Nec invenitur in aliquo animali habente dentes in utraque mandibula nisi in leporibus, ut dicit *Aristoteles.* Et quanto ejus coagulum est vetustius tanto melius est & salubrius, ut refert *Plinius.*

De

De Lince.

Linx eſt animal omnia animalia precellens in virtute viſiva: & eſt de genere luporum. Eſt autem beſtia ſimilis lupo, dorſum habens maculis diſtinctum ſicut pardus. Cujus urina convertitur in gemmam precioſam que *Liguris* appellatur, quod & ipſas linxes ſentire hoc documento probatur: Nam egeſtum urine liquorem arena in quantum poterunt contegunt, Invidia quadam nature ne talis egeſtio in humanum tranſeat uſum. Hec *Yſidorus li. xij. ca. ij.* Et concordat *Plinius li. viij. ca. xxxix.* Prefecti in viſu portare poſſunt linxes: ſic & invidi & avari, qui theſaurum ſuum ſub terra abſcondunt.

De Lupo.

Lupus quaſi leopos, quia in lupo tanta quaſi ineſt virtus in pedibus ſicut leoni, unde & quicquid pedibus preſſerit non diu vivit. Lupi longam famem portant, & poſt longa jejunia multum devorant. Hec *Yſidorus li. xij. ca. ij.* Lupus, ſicut refert *Honorius*, eſt valde vigil, & multum timet ignem, & ſi lapidetur conſiderabit primum percutientem, quem ſi poterit poſtea interficiet. Lupi habent magnam fortitudinem in capite, & in collo, maxima lupi potentia & virtus eſt in ore ſuo, quia eſt valde vorax. Oculi ejus de nocte lucent ut lucerne. Nichil ita timet ſicut lapides, unde ſi quis duos lapides collidat, ſi lupus ipſam colliſionem audiat ſuam audaciam perdit, & ſtatim fugit. Item cordula una facta de inteſtinis lupi adjuncta cum aliis cordulis ovinis in cithara, nunquā concordabit. Nunquid ſi igitur aliquis in comitiva ab aliis diſcrepare aſſuetus, portat, aut debeat lupos, vel lupum in Armis portare, relinquo Haraldis Armorum, qui ſuper iſto dicere poterunt quid intendunt.

De Mure.


AB humo dicitur Mus, ſecundum *Yſidorum*, pro eo quod ab humore terreo naſcitur. Illud puſillum animal nunquam bibit naturaliter, & ſi bibat morietur. Animal quidem eſt guloſum, & ideo cum modica eſca ſibi placente decipitur, quando ad ejus guſtum odore provocatur. Muris enim jecur in plenilunio creſcit, ſicut tunc quedam maritima augentur, que rurſus decreſcente luna deficiunt, ſicque deficit jecur muris decreſcente luna.

De Muſtela.

MUSTELA quaſi mus longus eſt dicta, ut dicit *Yſidorus li. xij*. Nam telon Grece, longam dicitur Latine. Muſtela beſtia ſatis prudens eſt; In domibus enim nutrit catulos ſuos, eoſque transfert de loco ad locum ſedemque mutat, ne ejus nidus ab aliquo deprehendatur. Perſequitur ſerpentes eoſque fugat, mures odit & eos manducat. Sunt autem duo genera muſtelarum, unum eſt ſilveſtre diſtans ab alio magnitudine. Aliud autem minus eſt quod in domibus errat. Set falſa eſt opinio illorum qui dicunt, muſtelam ore concipere, & aure partum effundere. Paſſeribus, & aliis parvis avibus inſidiatur, & eorum ova tranſglutit. Filios quoque ſuos in aliquo caſu leſos, vel mortuos certa herba ſanat: ymo illos ſuſcitat, ut dicit *Plinius li. viij. ca. xxij*. Dicit eciam *Ariſtoteles*, quod muſtela pugnat contra ſerpentes, & eſt animal velocis motus & corporis flexibilis, valde mobilis & inſtabilis, odore ſagax, dorſum habens rubium & ventrem album. Mutat autem colorem; Nam in aliquibus regionibus, ut quidam dicunt in Britannia minori certo tempore anni tota pellis ejus eſt candida preter caudam, quam quidem muſtelam ipſius Britannie incole tunc capiunt, quam heremitam vocant, ipſamque excoriant, & uſibus magnorum dominorum, & dominarum reſervant.

Propter

Propter cujus bonitatem, & quia specialiter ibidem invenitur, Duci *Britannie* de pellibus albis ipsarum heremitarum, earumque caudis ad decorem consutis, tunicam Armorum pro domino Duce *Britannie* ibidem incole ordinarunt, ut hic. Et portat pro Armis suis, Unum Scutum De Pellibus Heremitarum Earumque Caudis Nigris Consutis.



Et est sciendum quod illa cauda est nisi quedam parva macula nigra. Sunt tamen quidam qui ymaginati sunt contrarium, quasi si Scutum Esset De Nigro Colore Totaliter Factum, Parvis Maculis Albis Conspersum, ut hic. Et bene volo quod talia Arma portentur. Verumptamen non dico quod illorum opinio est vera, qui dicunt in sermone Gallico, quod, *Il port hermynee* quia ad hoc dicendum non invenio rationem, ut supradixi *li. iij. ca. de colore nigro.*



De Murilego.

Mureligus idem est quod catus, sic dictus eo quod mures legit aut colligit, vel ideo catus dicitur quasi catat, id est videt. Nam ita preacute videt, ut fulgore luminis noctis superet tenebras, ut dicit *Ysidorus li. xij.* Est eciam animal coloris indeterminati, nunc enim est album, nunc nigrum, nunc flavum, nunc varium, nunc eciam maculosum in corpore, facie, & pedibus. Linguam habet longam & flexibilem, tenuem & subtilem, cum qua bibendo lambit. Est enim in juventute animal lascivum valde & agile, impetum faciens ad omnem rem mobilem ei objectam, ludit cum stramine coram se protracto. In senectute autem est animal ponderosum & grave, ac multum sompnolentum. Cautissime tamen muribus insidiatur, & eos plus odore quam visu presentiens,

tiens, invadit in abſcondito ac venatur, captoque mure cum eo ludit, qui tamen, finito ludo ab eo devoratur. Conditiones autem mureligi hiis diebus non audeo declarare tot cum pauperibus luſoribus,& ipſos pauperes in fine ludi devorantibus, in *Anglia* jam regnantibus. Video etenim quaſi indies divitem cum paupere quaſi ludendo placitare, faciem ſanctiſſimam oſtendentem, qui in fine ludi per judicium xij. falſorum Juratorum, ymo perjuratorum juſtum pauperem devorat & deſtruit,non peccantem niſi quia pratellum pauperis prato vel terris ipſius divitis vicinatur.

De Pantera.

PANTERA eſt beſtia quedam minutis orbiculis naturaliter ſuperdicta, ut ex macularum nigrarum, albarum, ac flavarum varietate tota ejus pellis oculata exterius videatur, ut refert *Yſidorus li. xij.* Cum autem pantera ſatis commederit ſe in ſpelunca recondit, & dormit continue fere aliquando per tres dies, poſt triduum vero de ſompno ſurgens, emittendo vocem, ab ejus ore exit odor aromaticus ſupra modum ſuavis, propter cujus ſuavitatem ipſũ alia animalia ſequuntur, de quibus pantera aliquando ſuam predam capit. Et quamvis ſit beſtia valde ſeva, tamen illis qui ſibi aut ſuis in aliquo ſubveniunt nullatenus eſt ingrata, ut dicit *Plinius*,qui hoc exemplificans, de quodam ait, qui liberavit catulos pantere extra ſolitudinem leta & blandiens eduxit, ut ſibi gratias referre & pro ſuo labore vices rependere videatur.

De Pirolo.

PIROLUS parva beſtia eſt, major, ſet non longior quam muſtela, *in Anglia* ſatis nota. Pirolus corpore rubius eſt, & in ventre candidus, mira agilitate viget, in arboribus habitat & fetus fovet. De arbore in arborem ſaltu potius quam volatu migrat, quamvis cauda aliquando

aliquando pro pennis utatur. Caudam enim villosam, prope ad sui magnitudinem habens, ad usum in saltu movet. Vivit de nucibus. Estate victum congerit quo vivat in hieme, & quandoque in parvo ligno diversas aquas transit, erecta cauda cum vento velificat, ut dicit *Alexander*.

De Talpa.

TALPA est quedam bestiola ad similitudinem rattonis, non tamen caudam habet longam. Que talpa in cecitate est dampnata perpetuis tenebris victura. apparet enim absque oculis, que rostrum habet ad modum porci cum quo terram fodit, ac radices sub terra comedit & corrodit, solem autem odit & ejus claritatem: nec diu potest vivere super terram. Nigram habet pellem, villosam & valde mollem, crura brevissima, &pedes latos, ac digitos distinctos habet ad modum manus hominis; *Plinius* hec. *Aristoteles* tamen dicit, quod omne animal generans sibi simile habet oculos, preter talpam, que nullos habet apparentes. Set si quis insciderit corium suum subtiliter inveniet interius vestigia latentium oculorum. Et putant quidam quod illud corium pre angustia rumpetur quando talpa incipiet mori, & dicunt, quod aperit oculos in moriendo, que eos clausos habuit tota vita; ad modum dediciorum qui tota vita fuerunt servi, in morte vero erant liberi. De quibus & eorum conditione aperta relinquitur mentio *Instituta de libertinis.* § *Set dediticiorum*: quorum quidem misera servitus hodie est sublata, ut ibi.

De Tigride.

TIGRIS est bestia ad fugam velocissima ad modum sagitte, ut refert *Ysidorus li. xij.* Est enim bestia variis distincta maculis, virtute & velocitate mirabilis, ex cujus nomine fluvius quidam tigris appellatur eo quod rapidissimus sit omnium fluviorum. Hec *Ysidorus*. Dicit

autem *Plinius li. viij. ca. xix.* Masculus tigris non curat penitus quid cum catulis suis actum sit, set femina eos fortissima cura custodit. Set qui ejus catulos auferre proponunt specula vitria magna in itinere ponunt, quos tamen mater pro catulis insequens & visum in speculum flectens & in eo diligenter inspiciens de sua ymagine filios esse credit, que circa suam ymaginem ibidem detenta, & circa filiorum extractionem de vitro occupata raptori spacium confert fugiendi. Et sic per umbram decipitur ne raptorem pro catulorum liberatione ulterius prosequatur.

De Urso.

URsus eo quidem est vocatus quod ore suo format fetus, inde ursus quasi orsus, ut dicit *Ysidorus li. xij.* & ibidem refert quod ursorum caput invalidum est, & eorum vis maxima in brachiis est & lumbis, unde interdum erecti incedunt, vel dicitur ursus ab urgendo, quia fortiter urget ac stringit ipsum quem apprehendit, ut ait *Ysidorus* ibidem. Dicit insuper *Aristoteles*, quod ursus comedit omnia indifferenter, unde aliquando comedit fructus pro quibus multociens arbores ascendit. Et quandoque frangit apum alveos & alvearia, comedens mel & ejus favos. Pugnat cum cervis, vadens erectus contra eos, & tenet manibus ipsorum cornua, & sepe vincit eos. Est enim animal impatiens & iracundum, volens se vindicare de singulis que tangunt eum, & ideo seipsum aliquando occidit, ut cum aliquam arborem invenerit in qua apes mellificant, ipsam arte quadam ascendit, mel per aliquod foramen extrahens. Ad quam arborem frequenter cum esurit redit, quod conspiciens venator circa pedem arboris palos acutos undique figit, ante aperturam vero sive foramen mellis malleum valde ponderosum subtiliter suspendit, veniensque ursus esuriens & mel extrahere cupiens, per malleum impeditur, qui malleum pede fortiter abjiciens, malleo suo cursu redeunte, capite percutitur, quo indignatus fortius a se malleum rejicit, qui impetuosius

ſius rediens acrius ipſum ferit, & tam diu contra malleum pugnat quouſque debile caput ſuum multiplicatis ictibus deficiat. Et cadens inferius ſuper palos, propria ſtulticia ſe occidit, ut predixi.

De Vulpe.

DIcitur vulpes quaſi volupes, quia volubilibus pedibus & amfractuoſis curſibus incedit. Animal eſt fraudulentum valde & decipiens, Nam dum non habuerit eſcam mortuum ſe fingit, ſicque aves deſcendentes quaſi ad cadaver rapit, devorat, & occidit, ut refert *Yſidorus li. xij.* Contra taxum pro manſione pugnat, cujus foveam urina & ſtercoribus polluit & defedat, & ſic de taxo non fortitudine aut violentia ſet dolo triumphat, loca ſubterranea inhabitat. Animalia domeſtica citius quam ſilveſtria rapit & devorat. Anelitum habet fetidum, & morſum quodammodo venenoſum, ut dicit *Plinius.*

De Unicornu.

UNicornus eſt animal parvum ſecundum fortitudinem ſui corporis. Brevia ſunt crura ſecundum ſuam magnitudinem. A nullo venatore vi comprehenditur. Huic color eſt buxius, unum cornu in medio frontis habet a quo nec elephas tutus eſt Corporis ſui magnitudine. Hoc cornu ad ſaxa aliquādo limat ad pugnā, Nam ſepe cum illo certamen habet & tunc ipſum in ventre vulneratum proſternit. Ferrum non timet. In montibus excelſis moratur, & in tutiſſimis ſolitudinibus manet. Capitur cum arte mirabili. Puella virgo in ſilva proponitur ſolaque relinquitur, qui adveniens depoſita omni ferocitate caſti corporis pudicitiam in virgine veneratur, caputque ſuum in ſinum puelle imponit, ſicque ſoporatus inhermis deprehenditur a venatoribus & occiditur, vel in regali palacio ad ſpectaculum exhibetur.

Pro eo quod jam sufficienter de animalibus quadrupedibus diximus, nunc ad aves calamum divertere intendimus, & primo,

---

De Aquila.

EST autem AQUILA quasi regina inter volucres, ipsarum omnium obtinens principatum, que inter omnes aves est avis maxime liberalis, ut dicit *Plinius*. Nam predam quam capit, nisi nimia arceatur fame, sola non comedit, ymo aliis avibus eam sequentibus quasi communem tribuit & exponit, sua tamen recepta primitus portione, & ideo aquilam alie aves insequi solent, sperantes quod de ipsius preda eis debeat aliqua portio impartiri. Set quando preda per eam capta sibi non sufficit, tanquam Rex de re publica, vivit, ut c. *de jur. fisci, per processum tituli*, avem aliquam sibi magis placentem rapit, & in medium ipsam ponit. Dicit eciam *Plinius* quod *Herodius*, & similes aves ipso die quo audiunt aquilam, vix predantur; aquila autem in vera prenunciatione nulla potentior est. § Legimus enim olim aquilam in Shastonea prophetasse; cujus prophetia adhuc remanet in *Cronicis* satis clara. Cunctis siquidem avibus excellentius volat, & ab ipsius *Jovis* archano nunquam excluditur. Cumque tanto visus acumine vigere dicatur, ut ab ethere summo pisciculos in fundo maris contueatur; & in ipsum Solem, quod nulli animantium licet, obtuitum figit. Et *Locris* adversus *Crotonicenses* dimicantibus, aquila dum pugnabatur supervolans victoriam dicitur contulisse, cum pauci numero deleverunt infinitos. Dum eciam *Hiero* prima bella iniret, aquila ex inproviso resedit in clipeo progredientis, manu promptum regemque futurum significans. Ea eciam die qua natus est *Alexander* magnus, due aquile tota die super culmen domus patris ejus sederunt, signum duplicis imperii *Europe* scilicet & *Asie* prefigurantes. Et Comes ille Sarum dominus meus precipuus, sumere solebat pro bono presagio, quando in suis obsidionibus aquilas venire videret, & multociens tunc secutus est statim bonus & gratus

tus finis. Et,ut dicit *Plinius*, aquila de ſua natura nobiles ſequi ſolet, ac dominos potentiores. § Habet autem aquila unum pedem clauſum ad modum anſeris, cum quo ſe regit in aquis quando pro preda deſcendere ſolet: Alium vero pedem habet diviſum cum acutiſſimis unguibus cum quibus predam capit, ut dicit *Ariſtoteles l. xiiij.* Aquila autem impiiſſima eſt contra filios ſuos quando eorũ viſus clauditur verſus ſolem, quoniam tunc eos reputat alienos. Imperatores autem *Romani* ab antiquo portabant, Unam Aquilam Nigram Fissam Et Explanatam, In Campo Aureo, ut hic. De quibus quidem Armis dixi ſupra in tercio libro de colore aureo, Et dicatis quod Imperator quia eſt dominus omnium portat iſtam aquilam que quaſi domina eſt omnium avium, ut ſupra dictum eſt.



De Accipitre.

Accipiter eſt avis regia, que plus animo quam ungulis eſt armata. Et quod ei in quantitate corporis natura denegavit, hoc ei in virtute & audacia animi recompenſavit. Maxima itaque ejus fortitudo eſt in pectore & in unguibus ac in roſtro, quo ſtatim petit cerebrum ſue prede. Indignantis namque nature eſt accipiter, unde ſi predam quam impetit caſu aliquo non ceperit, vix illa die ad manum domini ſui redit. Oportet enim ut ancipitrum dieta ſit ordinata ſcilicet nec nimis tenuis nec nimis lauta. Ex habundanti autem cibo inpinguantur & tunc inſoleſcunt aut pigreſcunt, ac ad reclamatorium redire ſepins dedignantur. Geſtantur autem in manu ſiniſtra, ut de manu portantis dextra cibos recipiant. Ancipitres vero maxime ledit fimus, ut dicit *Plinius*, & ideo eorum mutatoria domus a locis fimoſis longe debet eſſe remota. Ancipitres ergo in Armis portare, agilem & gracilem ſignificat bellatorem, qui magis animo quam

quam corpore eſt armatus. Et de aucipitre ſcribit *Naſo* dicens,

Odimus aucipitrem, quia ſemper vivit in armis.

De Alieto.

ALIETUS, ut dicit gloſſa ſuper *Deuteronomium ca. xiiij.* ibidem eſt quod falco, que eſt prede avida, & multum animoſa. Invadit enim aves longe ſe majores, eas pectore & pedibus percutiens & invadens. Alii tamen dicunt, quod alietus eſt avis parvula capiens alias parvas & minutas aves, ut dicit *auctor aurore.*

Obtinet exiguas alietus corpore vires,
Sunt & aves minime preda, cibuſque ſuus.
Exprimit hic aliquem qui ſolos vexat egenos.

De Arpia.

ARPIA quedam avis eſt, ut dicit *Adelmus*, in remotis mundi partibus in loco qui *Strapades* dicitur in ſolitudine juxta mare *Jonicum*, rabida fame ſemper fere inſaciabilis eſſe dicitur, ungues habet mirabiliter graves, ad diſcerpendum & lacerandum ſemper paratos. Avis iſta habet faciem humanam, ſet nichil in ſe habet virtutis humane, nam ferocitate graſſatur ultra humanum modum, hec primum hominem quem viderit in deſerto fertur occidere, Inde cum fortuito aquas invenerit in quibus faciem ſuam fuerit contemplata, mox ſui ſimilem hominem ſe occidiſſe perſpiciens multum triſtatur, & aliquando propter hoc uſque ad mortem ſe abſtinendo a cibis cruciat, plangitque occiſum omni tempore ſue vite. Hec avis aliquando domeſticata loquitur docta humana voce, ſet ratione omnino caret. Tales aves videlicet arpias portare deberent hominum occiſores, ad plangendum hoc peccatum.

De

De Ardea.

ARDEA quedam avis eſt, & dicitur Ardea ab arduo, quia ſemper ardua petere ſolet. Set quidem dicunt, quod Ardea dicitur a quadam civitate que *Ardea* dicebatur, pro eo quod in arduo erat ſita. Et dicta avis eſt albi coloris, cum roſtro & tibeis aureis, cujus nidus non invenitur; quare quidam dicunt ipſam avem generatam de quibuſdam cineribus de dicta civitate ejectis, que inſuper a quibuſdam dicitur tantalus. Set *Papias* dicit, quod ideo ardea dicta eſt, quia ad ardua volat.

De Alauda.

ALAUDA, ut ait *Alexander*, avis eſt a laude dicta, eo quod mira jocunditate, extentis in aiere pennis, vocis modulatione amenitatem vel triſtitiam temporis denotat & demonſtrat. Hanc autem avem *Plinius* galericam vocat, obnubilato enim celo vel pluvioſo vix vel nunquam cantat. Diem in aurora venientem vocis prodit jubilo. Sedens in terra nunquam cantat, alte autem cantat in aſcendendo. Et paulatim aſcendit ſet ſubito deſcendit ad inſtar lapidis. In deſcendendo alas corpori conjungit, & levi motu cum cauda ſe regit. In juventute capta ad homine in ergaſtulo detinetur, ubi etſi aliquando cantat, aperte teſtatur ſibi injuriam eſſe factam, ut tantas auras libere adire non ſinitur. Accipitrem adeo timet, ut cum ab illo impetitur, manibus hominum ſe capiendam prebet, conſcia ſatis hominem, ſibi pocius miſereri quam ancipitrem, & merito, quia ille aliquando, iſte nunquam miſeretur captive alaude.

De

De avibus Paradisi.

AVES PARADISI volucres sunt sic vulgariter appellate, non quod de paradiso veniunt set ob insignem pulchritudinem sic vocantur: Sunt enim tanti decoris & glorie, ut nullus eis color deesse credatur. Magnitudo earum ut anserum est: vox quidem ita dulcis & pia, ut in homine excitare possit devotionem & gaudium. Si quando vero capta fuerit & illaquiata, gemit nec cessat plangere donec reddita fuerit libertati. Super flumina *Nili* fluvii libenter habitat, & raro alibi reperitur. Sunt eciam alie aves que eciam aves paradisi appellate sunt, ex eo quod ignoratur unde veniant aut quo vadant, neque earum coitus videtur aut cognoscitur ab aliquo, set certis temporibus aggregate terras quas transiture inhabitant relinqunt & sic recedunt. Harum autem color est fuscus sive pallidus. Minores tamen sunt quam monedule.

De Bubone.

A Sono autem sue vocis BUBO nomen habet secundum *Ysidorum*. Que quidem bubo est avis magna detenta pigritia, & debilis ad volandum. In speluncis die & nocte versatur, semper commorans in cavernis. Dicit enim *Aristoteles*, quod bubo clarius de nocte videt quam de die, & propter hoc monedula, que est corvini generis, capit ova bubonis & comedit ea de die, Sic & bubo comedit ova monedule de nocte, quia bubo fortior est de nocte quam de die. Bubo stercoribus & aliis inmunditiis pascitur. Ab aliis omnibus volucribus hec odio habetur; Templa enim frequentat nocturno tempore, ut de oleo lampadum satietur. Quando autem ab avibus impugnatur in resuppinum se vertit, & rostro cum pedibus se defendit. Mures & vespertiliones venatur & comedit, & de nocte evagatur, diebus vero in parietum rimulis se abscondit. Bubonem igitur in Armis portare desidem & vecordem ad actus bellicosos designat & demonstrat, set de

de rapina viventem, de quo loquitur textus *C. de effractoribus & expilatoribus ecclesiarum per processum & de requirendis reis l. ultima.*

De Columba.

Columba, secundum *Ysidorum* dicitur quasi colens lumbos, quia actibus venereis multum vacat. Vel columbe a colore colli dicuntur, eo quod earum plume in collo colore multiplici sunt consperse. Sunt autem columbe aves mansuete hominum frequentiam & consortium diligentes. Nam columbe ovant omni tempore anni, & pullos faciunt, si fuerit earum mansio calida & consortio hominum posita, cum cibo sufficienti & parato. Set meliores faciunt pullos in autumpno, quam in vere vel estate, propter copiam victus, dicit *Ysidorus.* Dicit autem *Aristoteles li. v.* quod columba est avis voluptuosa unde & sese osculantur ante coitum, & quamvis masculus senex non possit coire, tamen osculari non cessat. § Item idem dicit, quod columbe pro majori parte pullificant marem & feminam, & primus pullus est masculus, & aliquando exit unus pullus uno die & alius alio die. Et masculus cubat ova de die, & femina de nocte, & femina est magis solicita circa pullos quam masculus, & decies in anno ovant, & quandoque undecies vel duodecies. Item idem *li. viij.* Cum pullificat columba, statim masculus regit pullos, & cum crescunt pulli vadit masculus & suggit terram salsam, & quod suggit ponit in ore pullorum, ut assuescat eos cibo. Cum autem masculus vult eicere pullos de nido coit cum illis. Alias proprietates columbarum tangit *Gloss.* super illud, *Oculi tui columbarum, Cantic. primo.* Columba, inquit, felle caret, & rostro non ledit nisi parem suum, gemitum pro cantu reddit, errantes columbas associat & recolligit, gregatim volat, & societatem diligit, cadavera nulla comedit. Super fluenta residens umbram aucipitris de longe venientis inspicit, quam videns statim ad interiora foraminis fugiens se abscondit. Item columba est pacis nuncia, avis consolationis, forma

 sim-

ſimplicitatis, natura munda, prole fecunda, pietatis emula, ſocietatis amica, injuriarum inmemor. Et quanto eſt pennoſior tanto fecundior invenitur: unde columbe habentes pedes pennatos fere pullificant omni menſe. Eſt autem columba naturaliter timida, raro credit ſe ſecuram eſſe niſi quando eſt in foramine, ubi aliqualiter requieſcit. Eſt autem obliviosa, & ideo ſublatis pullis dampni ſui & injurie immemor, iterum nidificare ac pullificare in eodem loco non omittit, ut dicit *Jeronimus* ibi. § Item aliquando invenitur columba ita domita, & ad deceptionem aliarum ſilveſtrium inſtructa & docta, Nam ſilveſtribus columbis ſe aſſocians ad rethe eas ducit, & ut cautius eas decipiat, cum illis rethe aucupis intrat ac involvi ſe permittit ſub amicitie ſpecie quaſi ad paſcua ipſas allicit, & ſic eas paſcendo ad laqueum & interitum trahit. Item, ut ait *Ambroſius* in *Syria*, *Egipto*, & *Alexandria* columba inſtruitur, ut literarum ſit gerula, & de una provincia in aliam eſt aliquando internuncia. Naturaliter enim diligit locum & manſionem ubi fuerat primitus nutrita, Et quantumcumque deferatur ad longinquas partes, ſemper ad propriam redit patriam ſi libertati fuerit reſtituta; verumptamen litere per columbam portate aliquando dant cauſam mortis ſue. Ex predictis autem patent columbarum proprietates, quarum quedam bone ſunt, quedam vero male: Secundum quas in predictis operandum eſt, ut ſi appareat proditor inter fratres, ipſe bene portare debet columbas in Armis, pro eo quod quedam columbe diverſis proditionibus ſuperius ſunt notate. § Solent inſuper veterani, qui dimiſſa milicia noſtris temporibus Haraldi fiunt, columbas in ſuis Armis aſſumere & portare, prioribus eorundem Armis, nominibuſque propriis dimiſſis & penitus derelictis, pro eo quod columbe de patria ad patriam diverſa nova nunciantes avolant & reveniunt indies, ut eſt dictum. De quibusquidem veteranis aliqualiter licet non plene ſuperius dictum eſt *li. primo ca.* de veteranis, & in ca. de Haraldis eodem li. primo. Qui quidem veterani ſive Haraldi tunicis Armorum dominorum ſuorum uti debent pro majori parte. Verumptamen ne ipſorum heredes ignobiles

&

& ſine Armis inveniantur dicti veterani, aut ipſorum Arma que in milicia portaverunt, aut nova per dominos ſuos in ſua creatione collata eiſdem, ſuis heredibus portanda dimittere tenebuntur, ut ſuperius dictum eſt. Ex quibus jam oritur queſtio; Nunquid miles dimiſſa militia debeat Arma prius habita portare, dimittere vel mutare? Et primo quod debeat ipſa Arma ſua dimittere videtur per *l. primam F. de officio proconſulis*, ubi dicitur, quod Proconſul portam Rome ingreſſus deponit imperium, hoc eſt deponit inſignia; & in caſu quod proconſul amoveatur de ſuo officio deponit & tenetur deponere omnia illa inſignia officio ſuo pertinentia: Sed miles non eſt tante dignitatis ſicut proconſul, ut patet per naturam tituli, *F. de officio proconſulis*, ergo ſi proconſul teneatur dimittere inſignia dimiſſo ſuo officio, tunc a majori debet miles dimittere ſua antiqua inſignia ipſo a militia amoto. § Solutio. Fateor bene, quod miles habens aliqua inſignia ratione ſue militie ſi dimittat militiam teneatur dimittere illa inſignia cum officio, quia proximus ſucceſſor in illo officio habebit eadem. Si autem talis miles habuerit illa Arma aut inſignia a ſuis parentibus, per quos ille nobilitatur, aut ſi per ſcientiam, divitias, aut ſuos bonos mores nobilitatus a ſuo Principe & ſic aliqua Arma aut inſignia ante militiam portaverit, eiſdem uti poteſt etſi militia ſit dimiſſa. Et ſic intelligo predictam legem primam *F. de officio proconſulis*. De iſta ſolutione eſt dominus *Baldus in l. ſi ad magiſtratum, ca. de decurionibus li. x.* ubi ipſe iſtam queſtionem movet in decurione. Verũptamen ad illam partem queſtionis, videlicet, quod veteranus de milite factus ſi teneatur Arma ſua mutare vel ad ea aliquid addere? Reſpondeo diſtinguendo, de dimiſſione militie aut talis miles cogitur dimittere militiam propter ſuum demeritum, quia forte Arma ſua vendidit, *ut F. de re militari l. omne delictum*, vel aliquod tale delictum commiſerit propter quod a militia debeat amoveri ut infamis, ut *in l. milites ignominia c. de re militari, & in lege, tam collatores, eodem titulo*, & tunc non tenetur talis miles ejectus a militia illis Armis que prius portavit uti, aut eiſdem aliquid addere. § Si vero talis miles fuerit qui propter

causam honestam, vel propter senectutem, dira vulnera, aut membrorum mutilationem, in domini vel dominorum suorum servicio aut bellis imperialibus passus est, & post dimissam militiam veteranus factus fuerit, juste & laudabiliter potest Armis suis antiquis uti, & eisdem si voluerit addere aliquid novi, ut superius dictum estli. primo ca. de Haraldis & c. de Veteranis.

De Coturnice.

COTURNICES sunt quedam avicule quas Greci ortigias vocant eo quod veniunt *de Ortigia* insula. Iste aves accipitrem timent, & quamdiu accipitrem vident de terra surgere non audent, ideo eciam ortogometre dicuntur. Coturnices autem vulgari Romano *curceros* vocamus a veloci cursu, citissime enim currunt & velociter super terram, speciem autem propriam diligunt coturnices, & ideo vociferando mutuo se requirunt. Set aucupes eos cum fistulis multociens convocando decipiunt, & suis retibus subtiliter includunt.

De Cigno.

CIGNUS est avis quam Greci olorem appellant. Olor autem dictus est eo quod totaliter plumis albis cooperitur, quia nullus meminit se cignum nigrum vidisse. Cignus canendo dicitur. Ideo autem Naturales eum suaviter canere dicunt, quia longum collum & inflexum habet. Cignus autem plumas habet albas set carnes nigras, naturaliter enim preit mortem suam in cantu leticie & jubilationis moriturus. Cignus fortitudinẽ suam habet in alis, & instante morte pennam testam sui capitis perforantem sentit, & tunc dulciter canendo moritur. Cignum autem in Armis portare vel a canendo ipsum cantorem esse dicas, vel a pulchritudine corporis exemplum capias.

De

De Ciconia.

CICONIA avis eſt fluvialis, que alio nomine Ibis appellatur. Mirabilis eſt proprietatis, quia ſeipſam aliquando purgat roſtro ſuo, ut quando ex ciborum multitudine ſentit ſe gravatam, aquam marinam intra roſtrum ſuum recolligit, quam per anum ad interiora lavanda infundit, que remolliens cibi ſic compacti duriciem, & mordicando inteſtina ſuperflua eicit & expellit. Hec autem veris eſt nuncia, & in ſuo adventu predicat novitatem temporis. Serpentibus eſt inimica quia eos interficit aliquandoque devorat & deglutit. Humane ſocietatis frequentiam diligit, & ideo nidificare ſuper domos ab hominibus inhabitatas conſuevit, & nidum ſuum primum niſi coacta nunquam dimittit niſi in receſſu ſuo pro tempore hiemali, & tunc terra nidum ſuum replet, & cum luto ſui nidi virgulas & ſpinas compaginat ne ventus aliquis tempeſtuoſus ipſum in hieme deiciat aut diſſolvat. In reditu autem ſuo in vere eundem locum occupat, ac ab aliis ſuum nidum occupare volentibus protegit & defendit. § Per hujus avis fidelitatem matrimonium multociens approbatur. Et maſculus nunquam cauſa coitus ſe cum alia conſociat ſemel cum una copulatus, ſet quoad nidum, & generationis officium ſue femelle fidem ſervat, cum qua ſi maſculus alienum concubitum ſencerit, ipſam ſtatim occidit, & non ſolum ipſam, ſet in adulterum ſe vindicat ipſum occidendo, vel ſeipſum. Quare Naturales Ciconiam vocant & nominant ultorem adulterii, in tantum quod ſi adulterum necare non poterit, fame, ſeu roſtro proprio ſeipſum interimit & occidit. Nunquam niſi in nido feminam calcat, & in cubando ſuper ova maſculus cum femina vices mutat, pullos ſuos miro affectu diligit & cuſtodit. Quando pater eſt in paſcuis mater in nido reſidet, & econtra quando revertitur maſculus evolat femina ad paſcua, & tunc maſculus nidum fovet, ut dicit *Ambroſius*. Sciendum tamen eſt quod hec avis a quibuſdam appellatur pia avis, propter pietatem quam oſtendit erga parentes, unde dicit *Ambroſius in exameron*, *v*. depoſiti patris in periculum ſoboles

soboles senectutem conspicientes plumarum defectu, in alis pennis & plumis propriis fovent. Item ciconie filius collato cibo pascit patrem, quandoque enim reparat nature dispendia, ut hinc atque inde sublevans senem fulcro alarum suarum ad volandum provocat ac in pristinos usus restaurat. Hec *Jannensis in verbo Ciconia.* § Item notandum est unum mirabile, secundum quod refert *Alexander Neckam* li. suo de naturis rerum, capite de ciconia in fine, dicens, Quendam hominem sagacis ingenii, in eminentiori loco domus, ciconiarum par diutius habuisse. Accidit autem ut,recedente ad pastum masculo, alter mas superveniens feminam absentis adulteram pollueret. Nec mora recedente adultero statim adultera in fonte eminus se mergebat,purgabatque se per aquam. Cumque reverteretur a pastu compar femine non advertebat in conjuge scelus adulterii aque lavamento deletum. Sicque deluso sepius mare, dominus habitationis illius factum frequenter advertit, venitque die quadam cum post adulterium secundum consuetudinem adultera niteretur fonte lavari, ut eam dominus habitationis arceret a fonte & ejus lotionem impediret. Nec mora, masculus ejus a pastu rediens in femina sua scelus adulterii deprehendit, ad horamque dissimilans abiit. Set reversus scunda die maximam ciconiarum multitudinem secum adduxit, que singule aggresse adulteram crudeli morte miseram laniarunt. Istas autem ciconias in armis portandas ultoribus adulterii dimitto, quia sunt aves pulcre, albe cum dorso nigro, longisque tibiis & rostro rubeo decorate. Verumptamen cum pulli nascuntur tibias pedes & rostra habent nigra, set deposita paulatim nigredine rubere tanto plus incipiunt, quanto cotidie plus senescunt.

De Cornice.

CORNIX est avis annosa, garula & impia, ac incolis ubi habitat multum nociva, ut dicit *Ysidorus.* In mundis cibariis pascitur ac venenosis, diuque vivit. Set in senectute in plumis albescit ac in carne intrinsecus, quanto vivit diutius plus nigrescit. Item aquilam quam tangere formidat volatu garriendo insequitur; set de sua improbitate non semper lucrum reportat, quia post aquile longam dissimulationem aliquando ab ea rostro percutitur, multociensque interficitur quando ei plus debito & solito appropinquat. De quibus insuper *Ambrosius in exameron*, ait, quod admiranda est harum clementia: Nam cum parentes per longevam senectutem plumarum tegmine, & alarum regimine carerent, Cornices minores propriis pennis senes fovent, & collecto cibo pascunt. Quando eciam earum parentes quas naturaliter cognoscunt senescere vident, eas fulcro alarum suarum sublevant & ad volandum excercent, ut in pristinos usus membra dissueta revocent & reducant: Sunt insuper cornices quedam in *Cornubia* cum rostro & pedibus rubeis, quas vidi in Armis diversorum nobilium de dicta *Cornubia* multipliciter & modis variis portatas, quia illas portantes fuerunt de ipsa patria generati.

De Butorio.

BUTORIUS, ut dicit *Alexander Neckam*, avis est a sono vocis sic dicta, que crura habet longa, collum extentum, rostrum acutum & longum colorem habet terreum, & terre similima est. Circa stagna habitat, pisciũ valde cupida, hic in littore sub solis ardore certo loco quietus stat & si eum intuearis vel avem mortuam credas, vel alicujus immobilis rei materiam, unde sic incautis piscibus minus suspectus sit. Etsi collum longum habuerit, ipsum breve tanta recurvitate facit, ut cum pisces incautius illi quasi nichil premeditanti & in secura remotione sedenti

denti approximaverint, eos ad ſe in colli extenſione trahit. Hec avis cum ſe noverit laqueo irretitam quietem ſimulat, quam cum adveniens auceps capere manu credit, inopinate illa correpto roſtri iaculo quo potenter valet vulnerat laniando, roſtrum itaque longum & acutiſſimum, quod dormiendo atque vigilando ſemper erigit ad defendendum ſe, cum accipiter eum apprehendere credit in ejus roſtrum ad mortem ruit. Hec ſola in tempore Veris pro cantu vocem edit horridam, nec adhuc hoc poſſe dicitur niſi caput ſuum aquis immergat. Ejuſque carnes ſunt multum odorifere quando ad ignem torrentur. Ungule inſuper ejus ſunt multum ſalubres ad dentes hominum quando opus eſt mundandos.

De Caladrio.

CALADRIUS, ut dicunt *Jacobus de Vitriaco*, & *Yſidorus*, avis eſt totaliter alba: cujus interior pars femoris, caliginem aufert ab oculis humanis. Natura autem caladrii, ut dicit *Alexander*, talis eſt, ut ſi ad infirmum hominem aliquociens adducatur, utrum ille infirmus mori an vivere debeat certos reddit aſtantes: Si autem infirmi deſpiciat faciem & oculos ab infirmo avertit, ſignum eſt mortis, ſi autem oculos non avertit ſignum eſt vite, nam attendit in faciem ejus & omnes infirmitates ipſius egroti intra ſe colligit, tunc volat in aiere ibique comburit dictas infimitates, & illas diſpergit, & ſic ſtatim ſanatur infirmus. Has autem aves, ut refert *Alexander Neckam* in li. de naturis rerum, in cap. de caladrio, ſolebant reges antiquitus in ſuis atriis includere. Has autem aves fertur *Alexander magnus* inveniſſe in *Perſida*. De hiis igitur avibus, & illis ſimiliter quas beatus *Brendanus* in quadam excelſa & pulcherrima arbore invenit, quarum una reſpondit ei, quod eſſent ſpiritus penitentiam ſuam in ſpeciebus volucrum ibidem facientes, utrum verum ſit an impoſſibile, preſentium Lectori judicandum relinquimus.

De

De Calendre.

CALENDRIS avis eſt parva, alaude valde conſimilis, ut refert *Alexander*. Que in colore fuſca eſt, & plumis deſpecta, ſet mira vocis modulatione ipſam audientes letificat: Unde fit ut ab hominibus capta ergaſtulo includitur, ſive cataſtis, & ibidem obſervatur. Set illa captivitatis ſue oblita & calamitatis, vix unam horam diei preterit ſine cantu; ymo videtur quod delicias ſibi reputet ſe taliter captivari. Nec in cibariis ſolicita eſt, ſet gaudet cantibus ſpaciari & in diverſarum avium vocibus horis omnibus excitari. Imitatur enim omnium voces, nec judicare poſſet quis leviter ſi autem non videret, propriam eſſe vocem Calendris, aut ipſius quam imitatur. Tales qui ſolent deridere conditiones vicinorum, aut eorum proprietates ſimulando imitari, poſſunt recte iſtas aves in ſuis Armis portare.

De Carduele.

CARDUELIS avis parva eſt, nomen habens ex hoc, ut dicunt *Yſidorus*, & *Alexander*, quod paſcatur in cardonibus. Et mirandum eſt quod hec avicula acutis ſpinarum cardonis aculeis nutritur. Que quidem avis albo, nigro, croceoque, in corpore, ac rubio colore in capite venuſtatur. De hac avicula vulgo dicitur, quod ergaſtulo ſive cataſta clauſa, aquam ſuppoſitam ab ymo per filum vaſculo ſuſpenſo ad ſe in roſtro trahat, pedeque filo interdum ſuppoſito, cum vaſculum atrigerit, ſitim potu relevet. Et hoc, ut dicit *Alexander*, nature miraculum eſt, que parve avicule cardueli talem aſtutiam dedit, quam nec bovi, nec aſino magnis animalibus voluit impertiri.

De Corvo.

CORVUS, ſive corax, a ſono gutturis nomen habet. Nigri coloris eſt, que nichil aliud ſonare novit niſi tantum cras, cras, ut dicit *Alexander*. Corvus pullorum ſuorum ora hyantia reſpicit, quibus prius cibum non miniſtrat, niſi prius per pennarum nigredinis ſimilitudinem proprii coloris recognoſcat; poſtquam vero pullos nigreſcere cognoverit totis viribus deinceps eos paſcit. Quidam autem dicunt, quod pulli corvorum rore celeſti nutriuntur quamdiu, beneficio, etatis nigras non habent pennas. Eſt enim avis modo ſuo clamoſa, & doloſa, res furtive ſubtrahens & in locis abditis ipſas reponens & abſcondens. Item dicit *Alexander* quod corvi pugnant inter ſe aliquando pugna forti & ſe invicem percutiunt, ſuis armis videlicet, roſtro, ungulis & alis, ubi victus obedit victori: & ſi femina maſculum vincat maſculus femine poſtea ſubjectatur. Corvos in Armis portare ſuſpectos ſignificat maritos, illos ſaltem qui dicunt ſuarum uxorum filios non eſſe ſuos quouſque per ſigna exteriora veritas rei eluceſcat: Et niſi femina fortior in conflictu reperiatur. Que ſi ſuum maritum in tali ſuſpicione ſemel vincat, ipſum poſtea tociens quociens cornutabit.

De Diomedite.

DIOMEDITE AVES ſunt que a Diomede Rege, ut ait *Solinus*, ita vocantur, quas Greci herodies appellant. Magnitudinis enim ſunt cigni, coloris candidi, oculos habent igneos, ora dentata, gregatim volant, prima in ordine gregem ducit, poſterior vero agmen munit. In altis rupibus nidificant; nidos ſuos a ventorum periculis ſapienter muniunt. Quandoque lacrimoſis vocibus dolent & ſuam transformationem deflent, aut Regis interitum prenunciando ſignificant. Hec *Solinus*, & *Jacobus de Vitriaco*. Si Grecus acceſſerit ad eos, aves ei blandiuntur, gentes vero aliarum nationum morſibus impugnant.

Colla longa habent: roſtra cum pedibus optimo colore rubeſcunt, & nullum aliud ſignum habent per quod a Cignis differunt.

De Erodio.

ERODIUS qui & girfale, ut Gloſſa ſuper *Leviticum* dicit, in loco ubi aves immunde prohibentur vel girfalcus dicitur. Inter omnes autem aves nobiles nobiliſſima avis eſt, colore veſtita ceruleo. In maxima tamen parte corporis ad album colorem declinans, preterquam in pectore & alis, ubi celeſtem colorem evidentius imitatur. Hec avis adeo fortis & magna eſt, ut dicit predicta Gloſſa, quod ipſam aquilam que fortiſſima avis eſt devincat & capiat. Tanta autem animoſitate pollet, ut cum poſt quinque grues vel alias quaſlibet aves in aiere volantes fuerit dimiſſus, non deſiſtit a perſecutione avium, donec omnes quinq; unam poſt aliã ad terram deiciat. Eſt inſuper canis ad hoc doctus, qui deſuper volante Erodio in aiere, & aves deiciente, ad terram aves ſic dejectas capit, ſuffocat & occidit. Carnes aliquandiu ſervatas non comedit ſet recenter occiſas. In altum aſcendit & cum impetu deſcendendo predam deicit: Si autem predam non capiat magno impetu in altum aſcendit, & pre indignatione vix ad reclamatorium redit. Quoddam autem genus girfalcorum eſt quod ſacrum cognominatur, & hii validiores ſunt, Habent autem colorem fuſcum.

De Falconibus.

FALCONUM autem multa ſunt genera & diverſa, ut dicunt *Alexander*, & *Symachus*, ac *Theodoſius*, qui ſcripſerunt *Tholomeo* Regi *Egipti* epiſtolam, in qua, ejus precepto, tractaverunt de avibus nobilibus, quas aves aucupantes vocant ſecundum quod invenire potuerunt in veterum ſcripturis. In eademque epiſtola ſcripſerunt de infirmitatibus quas dicte aves nobiles multociens incurrunt ac earum infirmitatum medicinis. Que quidem in-

firmitates & earum medicine quamvis hic inpertinentes fuerint, pro eo tamen quod virorum nobilium est illas aves habere & diligere, michi visum est eas hic in isto meo paupere libello inserere, quas brevissimo modo quo scivero tractabo. Falconum autem multa sunt genera. Quorum primum appellatur Lanarium. Cujus duo sunt genera: unum, caput & rostrum grossa habet, pedes ut aquile: quod cum magno labore habilitatur ad aucupandum, set habilitatum secundo & tercio anno egregium est in volatu. Aliud vero genus Lanarii stature minoris est, & minoris reputationis. Aliud autem genus falconum peregrinum dicitur, quod de facili habilitatur volatui. Aliud eciam genus montanum dicitur: & hoc asperius & subtilius est. Item aliud genus est quod supravicum vel espervicum est, quod fere habet similitudinem aquile, excepto eo quod in pedibus, alis, oculis, & guttære assimilatur Falconi. Item aliud genus *Britannicum* est, & istud omnium avium aucupantium obtinet principatum, ut nec avis coram eo audeat aucupari, nec aliarum avium aliqua illo desuper volante audeat volitare. Istud genus habet pedes grossos, crura nodosa, ungues crudeles, aspectum flammeum, oculos terribiles caput & pectus grossum, juga alarum magna: quod quidem genus facilime habilitatur ad volatum & multum ac diu volare potest. Delicatissime tamen pascitur & tantum fere comedit quantum aquila. Aliud genus est illud quod herodius, vel vulgariter girfalcus dicitur. Istud enim genus communius est genere aellionis, & carius habetur propter moderantiam cibi & vite ut supradixi capitulo proximo. Tercioli sunt minime volucres aucupative pro sexu & natura sua, set ad aucupandum promptissimi quia sunt masculi, quos oportet conjungere generibus falconum, quia eorum femine eisdem conjunguntur. § Aucipitres sive accipitres quoque per diversa genera connumerantur. Quorum primum genus est corpore magnum, domabile multum, oculis variis perlucidis, pede grosso & longis unguibus, hilari vultu, deliciose comedens, avibus gaudens. Omnes enim aves invadit aucipiter, nec aliquam timet. Istius avis naturam superius descripsi, ut patet in ca. de ancipitre. Cujus

secun-

ſecundum genus eſt quod alietum dicere poſſumus, minus primo genere eſt, alas groſſas habens, ſecundum quantitatē corporis, breves pedes, & ungues, groſſos occulos habet & obſcuros, non cito manſueſcit, & ideo pluribus odioſum eſt: primo anno domationis parum valet, ſecundo plus, tercia tamen mutatione aucupat ſatis bene. Aliud autem genus aucipitris, ſive accipitris eſt Niſus, parvus quidem reſpectu aliorum, ſet tamen velox, cito manſueſcit & delicate nutriri vult, leviterque aucupat. Iſtum niſum quidam muſcetum vocant, ſet certe ſcias quod differunt, & ſunt duo. Nam muſcetus multo minor eſt niſo, dorſumque habet magis rubium, avis eſt que cito manſueſcit, & velox ad volatum, ſet parum valet. Diſcuſſis igitur nobilium avium generibus, de morbis & medicinis earum deinceps dicamus, incipiendo ab infirmitatibus capitis. Si avibus infirmitas fuerit creſcens in oculis, unge eis oculos oleo olive, & hoc ſepius. Si albugo creſcat in oculo avis, pulverem ſeminis feniculi & lac calidum mulieris immitte. Si pro ſenectute obſcuratus fuerit oculus avis, accipe habile ferrum aliqualiter calidum & trahe ipſum ſuper nares, ubi vertex conjungitur oculo ad nares. Si clauſas nares habuerit, accipe pulverem piperis & ſaxifragie & inſuffla in ejus nares per parvam fiſtulam vel pennam, & poſtea fricabis ſolo pulvere ſaxifragie palatum ejus. Si reuma in capite habuerit pone rutam juxta nares ejus, & carnem quam comedet intinge in ſucco rute. Item allium contuſum cum vino temperatum per nares immitte, & ſedeat avis in loco obſcuro tota die, & ipſam per diem unum jejunare permitte. Si pupillam habuerit, accipe linguam ejus & cum pulvere ſaxifragie melle condito frica eam dabiſque ei butirum comedere ſi predicta non valeant, pulvis caulis deſiccate ad idem valet. Si ultra modum avis clamoſa fuerit, accipe veſpertilionem, & piper tritum, intus pone & da ei commedere. Si faſtidium habuerit, ſurices vel mures viventes ei dari facias: ſimiliter & catellum in proximo natum antequam videat eidem propina: ſi cibum evomet, frequenter accipe ſcamoneam in pondere quarte partis unius obuli *Anglicani*, & tantundem cinimi, quibus tritis, cum eis aſperge carnes porcinas pingues, &

da

da avi in cibum. Si vero commedere non poteſt accipe albuginem ovi & in ea pone dictum pulverem, & ori ejus inice. Item ad idem: ſi cibum eiciat, accipe ova cruda & frange in lac caprinum, poſtea fac hoc totum decoqui, & da ter accipitri ad comedendum & ſanabitur. Si autem febres habuerit, da ei ſuccum arthemeſie ter vel quater, & Carnes galline in cibum, vel iſtud liga ei tibiam dexteram fortiter, & in medio cruris apparebit vena, & illam diligentiſſime minue. In ejus crure quatuor ſunt vene, una in anteriori parte, altera inferius, exterius eſt altera, poſterius ſuper unguem majorem. § Poteris autem ſcire ſi avis febricitet, ſi ale dependeant & caput dimiſſum teneat & tremit, ut quaſi frigus oſtendat in plumis, aut cibum cum faſtigio ſumit, aut avide ſumit & male digerit. Si valde ſitit, accipe pulverem caulis leniſtici, aneti, & feniculi, & decoque in vino cum uno cocleari mellis diſpumati, quam colaturam da ei bibere: vel una die da carnem linitam melle, ſecunda die carnem linitam oleo roſarum frigido. Si felle laboret pulverem florum ſalicis ſperge ſuper cibum ejus: Si ei ale pendeant, accipe de ſanguine & adipe anceris cum quibus frica alas, ejus ad ſolem. Item, de carne pinguis anſeris da ei commedere. Item melius, accipe oleum laurinum & lava ei alas & ſub alas acellas ejus unge. Item fel porci cape & inde ei alas unge, vel ſucco vervene cibum ejus ablue. Ad idem ſuccus ſalive, ſi alas guttoſas habuerit. Ederam terreſtrem in aqua coque & folia ejus cocta & bene concuſſa, alis ejus circumliga juxta latera, & cibum ejus in eadem aqua lava. § Item ſi pedes guttoſos habeat, aut ſi tinee comedant pennas ejus, carnes hircinas comedat in aceto tinctas, & alas ejus aceto calido & oleo laurino ſepius lava. Si pennam fractam extrahere volueris ſine dolore, accipe ſanguinem parve grume, vel ſanguinem muris, vel ratonis, & unge locum & radicem penne & cadet: Et poſtea ex melle ad magnam ſpiſſitudinem decocto fac virgam ad modum foraminis penne ubi penna ſtetit. Item ſucco herbe papaveris calido perunge pennas ejus, & intinge cibum ejus in eodem ſucco. Si os fractum habuerit avis tua in crure vel in ala, aloe calidum ſuperliga, & di-

mitte una die & una nocte, vel fimum galli in aceto coctum superliga. Si autem inquieta sit avis in pertica, vel manu gestantis, mirram in aqua coque, & ex ipsa aqua asperge corpus ejus, & intinge cibum ejus usque novies. § Si infirmitate, que nampa dicitur, infirmetur, succo arthemesie cibus ejus abluatur vel pedes ejus perfrica vino tepido in quo decocte fuerunt urtice, & in ipso vino cibum ejus intinge. Si fimare non potest, fel galli da ei comedere, vel testitudines albas decoctas. Si nimium laxatur, succum Jusquiami modicum da ei bibere, vel in eo intinge cibum ejus. Si pediculos habeat accipe succum absynthii, vel aquam coctam cum absynthio, & ad solem ea sedente, infunde super plumas ejus & corpus per totum. § Si lapidem in ventre habuerit, da ei butirum comedere. Ad idem, radices polypodii & herbam vocatam percepere coque in aqua, cum qua rostrum ejus sepe lava, quod quidem rostrum multum viride apparet juxta caput. Ad idem, aloen herbam, & pulverem apii involve cordibus parvarum avium, & da ei comedere. Sic autem poteris de omni medicina que datur avibus, comodius facere. Qui accipitrem pinguem vult habere, det ei de carne bovina aut porcina masculina. Qui autem vult habere eum macilentum, det ei gallinas juvenes madefactas aqua. Qui autem temperatum eum habere vult, det ei gallinas veteres. Qui vult habere eum expeditum in aucupando, faciat ei bonam vesicam gutturis, & in loco tenebroso eum includat cum modico lumine, & alternis diebus aucupet: Si vis ut leporem vel cuniculum capiat, hoc eum doce in juventute, & liga giros in cruribus ejus prope pedes interjecto spacio unius palme, & sine lesione capiet. Accipiter silvester jejunare multum permittatur & mansuescet. In foliis salicis, vel super lignum salicis, aut abietis sedeat avis tua De sanguine autem volucrum juvenum multas vires sumit, ac audaciam & affectum aucupandi. Balneum insuper aque frigide da ei; nec multum tangas alas ejus, nisi ale dependeant ex diverso. Si vis ut avis tua te specialiter diligat, cibum suum in urina tua lava. Predictas autem infirmitates avium, & earum medicinas, quamvis hic impertinentes, pro eo tamen quod viris nobilibus, &

generosis

generosis utiles & honeste sint ad sciendum, tanquam eis convenientes quamvis impertinentes, hic inscripsi, & ne tantorum auctorum *Alexandri*, videlicet, *Neckam*, *Symachi*, & *Teodosii* dicta, inter libros naturales vulgarissime computata, penitus videar non curasse.

De Grue.

GRUES aves sunt qui volant, ut dicunt Naturales, ordine litterato, quociens expeditiones suas dirigunt sub quodam eunt signo milicie. Nam illa que preest agmini voce castigat alias insequentes ut ordinem non deserant, qua quidem raucescente alia succedit eidem officio deputata. Nocte autem inter se excubias dividunt, ut decima queque avis maneat insompnis. Ille enim que vigilant, suspenso a terra pede, lapillos tenent, quo labente dum dormire volunt evigilantes clamant. Ille autem que dormiunt capite condito subtus alam dormiunt, quarum dux providet erecto collo ac undique prospicit ne mala aliqua veniant comitive. Grues si nubes prospexerint pluviosas clamant, & vociferant, solicitantque ducem altiores & celeriores captare volatus. Quando vero ceciderint super terram ut comedant, earum dux erigit in altum suum caput in custodiam sui gregis, cetere vero tunc securius depascunt; qui si viderit hominem clamat, ut solicitas moneat incautas. Concors autem cura est omnium pro fatigatis in volando, adeo ut si que defecerint se congregant universe lassatasque sustollunt usq; dum vires ocio recuperent. Etatem color prodit, nam senectute nigrescunt. Grues in Armis portare sapientem significat Ducem, & sui excercitus conductorem.

De Gallo.

Est autem Gallus avis mirabiliter in faucibus & capite criſtata. Galli ſidera noſcunt, horaſque diei diſtingunt & noctis ſuo cantu. Galli cum ſole eunt cubitum, diemque venientem nunciant, eciam in cantu. Gallus calide & ſicce eſt complexionis, & ideo multum habet audacie & animoſitatis, quare contra adverſarios pro ſuis uxoribus fortiter pugnat, ac roſtro & calcaribus adverſarium audacter impetit, obtentaque victoria ſtatim cantat, & antequam cantet alis ſeipſum verberat, & feriendo ad cantandum ſe reddit proniorem ac aptiorem. In profundioribus horis noctis cantum emittere ſolet clariorem, ſet contra tempus matutinum vocem format leviorem, ut dicit *Ambroſius in ſuo examerom.* Criſtam rubiam gerit in capite pro corona, qua vero amiſſa perdit audaciam, & ad aggrediendum adverſarium ipſum efficit ſegniorem. Dicit enim *Plinius li. xxix. ca. iiij.* quod gallus viſum habet valde acutum, unde unum oculum pro victu querendo inferius deprimit, & alium ſurſum in aera dirigit, ut adventum aquile, vel ancipitris precaveat, quem cum venientem a remotis viderit, ſtatim ad gallinas vociferat, & fugiens in tutis locis & ſepibus ſe occultat. Forma inſuper galli inſidet turribus altioribus eccleſiarum, ac caſtrorum, roſtrum ſuum contra ventum ſemper vertit. Gallinis mortuis gallus merore tabeſcens a cantu ſe abſtinet pre dolore. Gallum, & ſpecialiter album, leo maxime timet.

De Garulo.

Garulus, ut dicit *Yſidorus*, a garulitate nuncupatur. Eſt enim inter omnes aves loquaciſſimum genus, & vocibus maxime inportunum. De una arbore in aliam garriendo volat nec vix per illam quiſquam tranſire poteſt contra quem non garriat. Ceterarum autem avium voces vel modulos non ad delectamenta leticie, ſet ad gar-

riendum dicitur imitari. Hec autem avis in juventute capta, in catasta clauditur, ubi articulata loqui verba docetur, que postea, si de catasta evaserit, magis garrire desiderat. Evenit tamen aliquando ut dum sibi non prospicit & garrulitati intendit, Nisus eam inopinate rapit. Hec avis tanta plumarum varietate distinguitur, quanta diversarum aliarum avium voces & cantus imitatur, nec ipsarum avium color ei deesse putatur. Que avis frequenter insanire dicitur, ita quod aliquando pre furore nimio inter furcatos ramos arboris insaniens se suspendit.

De Graculo.

GRaculus avis est que eciam monedula vocatur secundum quosdam. Quam multi falso opinantur eandem avem esse garrulum, cum magna instantia inter se differant garrulus & graculus. Nam garrulus ex diversis plumis in colore sit distinctus, graculus vero avis est unius coloris, hoc est nigri per totum corpus. De genere enim cornicis est graculus, licet minor sit corpore. Libenter nidificat inforaminibus altarum turrium, & hoc in magna multitudine. Optime enim aves iste sibi invicem compatiuntur. Avis autem nimium clamosa, maxime a tempore coitus, tunc masculus feminam cibat. Carnes enim pullorum ejus comestibiles sunt, maxime tamen quando excoriantur. Istarum autem avium diverse sunt nature. Nam quedam in rostris & pedibus sunt nigre, quarum major est habundantia. Alie autem sunt que in rostris & tibiis rubescunt, que graciliores sunt. Et hec specialiter in Cornubia reperiuntur, quas aliquando nobiles *de Cornubia* in Armis suis portant, ut est notum: sic ergo sicut a nomine est argumentandum, ut *F. de legatis iij. l. non aliter xvi. q. prima, si cupis*: sic a patria argumentare possumus *C. de epi. & cle. l. decernimus, & F. de officio prefecti vobis, l. studentibus.* Item aliquando per signa ducimur ad cógnitionem signati, ut *C. de Latina libertate coll. l.* 1. *§ sed & qui.* Item per signa exteriora interiora demonstrantur, *F. de supellectili legata, l. labio, & F. de Edilicio*

Edilicio edicto, l. si tamen § ei qui. Quod eciam probat magister Historiarum tercio Regum, in principio, ubi agit de morte *David*, dicens, quod viri bellatores insignia operum suorum in Armis suis describebant, ut per ipsa signa exteriora cognosci poterant portantes quales essent; Sic ergo in laudem gentis & patrie *Cornubiensis*, que gens recte a *Trojanis* traxit originē, ab immitatione, ut creditur, adhuc perseverat, quidam antiquissimi nobiles ipsius patrie istas aves in Armis suis portant, que quidem aves specialiter in illa patria sunt reperte.

De Fasiano.

FASIANUS a *Faside* insula dictus est, unde primum asportatus est *Palladius* ancorista. Fasiani novelli ad creandos fetus parati sunt qui anno superiori editi sunt, veteres enim fecundi esse non possunt. Feminas mense Marcio vel Aprili, & semel in anno fetus creant, viginti fere ova pariendo ordo concluditur. Galline hiis melius incubant, ab aque prohibende sunt accessu, ne petuita concludat. Farina triticia saginantur, vel ordiacia, hujusmodi farina in brevissima offula redacta oleo asperso levigetur, & ita offule faucibus inserantur ne sub infima parte mergantur, quod si evenerit, statim prohibent. Duabus feminis unus mas sufficit, quia ceteras aves salacitate non equant. Ex li. de natura rerum, Fasianus est gallus silvaticus, avis pulcra, valde pennis interscribitur, victor aures geminas habere videtur in capite plumis tantis ex quibus surrigit quando vult atque submittit. Cristis autem in capite caret & spiculis in cruribus, hiis tamen armis frustratus, animosus & audax est. Quod sciens auceps scutum ex panno lineo album facit, in cujus medio panniculum rubeum ponit, quem scilicet ruborem in alto gallus attentius contemplatur insolitumque miratur, Tunc auceps herentem visum coruens in dorsum retrocedere cogit scuti conamine, donec in retia eminus peracta captivum dejiciat. Hec avis in aura pluviosa tristatur, & tunc in rubis & silvis latet. Circa vesperam vel auroram de silvis

egreditur, & tunc de facili venatur. Roſtrum in terrã figens abſconditur, & ſic abſconditum ſe totum credit. Pennas pro pinguedine mutat, iterumque ſeſe renovat. Carnes ſubtiliores ac leviores ceteris avibus ſilvaticis exceptis perdicum pullis auctor *Plinius* li. x. Faſiani *Colchis* geminas aures ex pluma ſubmittunt atque ſurgunt. Item auctor in li. x. Renibus autem, & parte tantum altera in teſticulo mergitur ſel faſianis, *Plinius*. Faſiani tantum coitus tempore ſimul habitant, ceteris vero temporibus ſeperatim. Nec cito rubicatas habent barbas, vel pedibus calcaria ſicut galli domeſtici, ſet tractu temporis. Faſianus ſic capitur aliquando, Auceps panno, in quo hec avis depingitur, opertus, faſianus ſe oſtendit qui ſequens coopertam nunc fugientem nunc retro cedentem, tandem a ſocio aucupis, in inſidiis latitante, reti involvitur.

De Hirundine.

HIRUNDO avis eſt, ut dicit liber rerum, leviſſima, roſtro parvo, forma grata, nigredine decentiſſima, in ventre candida, rufa ſub gutture, modicam habens carnem & nigram, multas plumas & magnas alas, & ideo velocem & citum habet volatum. Avis garrula eſt, volando cibum capit. In nidis conſtruendis, & pullis educandis ſolicita, ut dicit *Yſidorus*, ſummeque ſolertie eſt in predictis, vix enim ad hoc ſufficeret humana induſtria de quacunque materia, quod facit hyrundo ſolo roſtro parvulo de argilla. Hirundo itaque eſt avis valde pennoſa, mire agilitatis, & velociſſimi volatus, & ideo a ceteris avibus non impetitur. Maria tranſvolat ad regiones calidiores, in quibus creditur per hiemem commorari. Certa obſervat tempora adventus ſui & receſſus. Cujus quidem adventus indicium eſt veris, & teſtimonium gaudiorum, ut dicit *Ambroſius*. Item dicit *Ariſtoteles li. vi.* quod ſi quis cecaverit pullos hirundinum revertentur oculi eorum: querit enim mater herbam que Celidonia dicitur, cujus ſucco linit oculos filiorum & ſic ipſorum oculi ſanitati priſtine reſtaurantur, ut dicit *Macer*.

De

De Incida.

INCIDAM autem avem a ſono vocis ſic dicimus. Parva quidem avis eſt, ſet utique pennarum venuſtate clariſſima. In dorſo colorem habet inter viridem & ceruleum, adeo pulchrum, ut ſi ſolis ex adverſo radiis illuſtretur, ſaphirinam ſpeciem ejus pennis ineſſe videbimus. Color autem qui in pectore ejus eſt carbonum ardentium prefert ymaginem. Duos tantum digitos in pede habet, ſet roſtrum parvum atque directum. Piſciculis vivit & circa aquas aſſidua valde eſt. Roſtro cavat ſpeluncam in terra ubi nidum ſuum congerit & fetus facit. De hac autem ave opinatur vulgus quod ſi pellem cum plumis mortue avis detraheris, & parieti detractam infigas, omni anno pellis illa plumas ac ſi eſſet cum corpore commutabit. Hec autem avis apud quoſdam avis *Petri* piſcatoris appellatur.

De Merillionibus.

MERILLIONES aves ſunt, ut dicit *Alexander Neckam*, ſic vulgariter nominate, non multum majoris forme ſunt ſet colore diſſimiles quam Merule, excepto quod pedes ungues & roſtrum habent diſſimiles. Aves prede cupidiſſime ſunt, & quia parve & parvi roboris ſunt, parvarum avium inſecutrices nominantur: ſocialiter enim volant tres vel quatuor quando predantur. Quatuor autem merilliones cignum capiunt & occidunt. Primus enim ex illis cigni caput, ſecundus vero & tercius binas ex utroque latere alas, quartus autem pectus vel collum invadit; ſicque gravibus avis predicta circumcepta anguſtiis, ſe movere non valens, capta occiditur. Ecce quidam nobiles ſunt qui per ſe nichil facere audent, qui tamen aliis ſociati aliquando bene & audacter pugnant, qui iſtas aves recte in Armis portare poſſunt.

De

De Merula.

MERULA, ut dicit *Jacobus*, antiquitus medula vocabatur eo quod modulenter. Mirabiles vocis modos reddit, maxime cum vernale tempus imminere prospexerit, nam hiberno tempore muta tacet. Fuit enim merula que humana arte docta, novem notulas in ordine ita perfecte secundum musicam cantabat, ut nullus musicorum defectum in earum notarum prolatione inveniret. Istud erat tunc temporis in clero mirum valde & spectandum miraculum, quod avis, non natura dictante, set arte tantum humana, illam muscam sic in novem notulis didicisset. Merula autem domesticata contra suam naturam carnes comedit, & ex hoc dulcius canit. Hec autem avis, sicut cetere aves, non exuit plumas sicut dicit *Plinius*. Merula senex ex nigra rufescit, canit estate, in hieme balbescit. Aliquando enim merule sine pedibus in Armis portantur, pro eo quod merule quamvis aves nobiles reputentur, tamen deseipsis modicum sciunt: que tamen per hominum industriam ad magnas laudes multociens perveniunt, & in pulcherimis catastis in Regum cameris collocantur.

De Oriolis.

ORIOLI aves sunt, ut dicit *Alexander*, a sono vocis sic vulgariter appellate. Coloris aurei sunt per totum, excepto quod in alis quasdam pennas cerulea varietate distinctas habent. Hec *Plinius*, Nidum in armis arborum minutissimis mira subtilitate dependent, adeo ut si nidum, in terra positus, videas, in solo aere pendere putabis. Camerant ab ymbre nidum suum, aut densis frondibus protegunt. Orioli autem de picarum genere esse dicuntur, licet minores corpore sint, aliisq; coloribus nobilibus colorentur.

De Pellicano.

PELLICANUS dicitur quaſi pellem canam habens. Hec avis in *Egipto* habitans circa *Nilum* frequentiſſima eſt, qui pullos tanto amore diligens, cum ſibi tandem importuni fuerint, ipſos pullos occidit, & plangendo eos poſt triduum ſeipſam in latere roſtro percutiens, ſanguine proprio vivificat. Hec autem avis in *Levitico ca. xi.* & *Deut. ca. viiij.* inter aves immundas numeratur. De pellicano enim loquitur communis gloſſa ſuper *Pſalterium* ibi, *factus ſum ſicut pellicanus, &c.* Multa notabilia & ſancta, videatis in gloſſa illa. Aliam cauſam mortis pullorum pellicani aſſignat *Jacobus de Vitriaco* in li. de mirabilibus orientalium regionum, dicens, Eſt, inquit, in *Egipto* avis magnarum alarum & maxime maciei, quia quicquid deglutit cito emittit per ſeceſſum, lubricum enim habet inteſtinum, & ideo uſque ad plenam incorporationem non tenet cibum. Hanc autem naturaliter odit ſerpens, quare dum pro paſtu mater exit a nido, repens per arborem pungit & interficit pullos ſuos, ſuper quos mater rediens lugere per triduum fertur, deinde in latere ſive pectore ſe vulnerat, & ſanguinem ſuper eos reſpergens, ipſos a morte ſuſcitat. Ex ſanguine vero ſuo ſuper eo copioſius ſic effuſo debilitatur mater, unde & pulli coguntur exire pro cibo, quorū quidam naturali affectu matrem debilitatam paſcunt. Quidam vero degeneres ſunt & de matre nullam penitus curam gerunt, quod diligentius advertens mater, receptis viribus filios ſe paſcentes refovet & ingratos a ſe rejicit, & ſecum commanere aut vivere non permittit.

De Perdice.

PERDIX a voce nomen habet, ut dinit *Yſidorus*, *Jacobus*, & *Ambroſius*, quod avis adeo doloſa eſt & fraudulenta, ut adhuc alterius ova diripiens foveat. Set ejus fraus bonum eventum non habet: Nam cum pulli proprie genitricis vocem audierint, naturali quodam inſtinct

ſtinctu hanc que fovet relinqunt, & ad eam que genuit revertuntur. Perdix enim nidum ſuum inter condenſa ſpinarum loca conſtituit. Cum quis appropinquaverit nido perdicis, egreſſe ſponte ſe matres offerunt venientibus, & ſimulata debilitate vel pedum vel alarum quaſi ſtatim capi poſſunt, greſſus fingunt tardiores. Iſto & tali mendacio ſolicitant venientes, aut obvios quouſque a nidis longius avocentur. § *Plinius* inſuper dicit, quod maſculis perdicibus dimicantibus pro feminis victi calcantur a victoribus injuſto coitu & contra naturam, ubi obliviſcitur ſexum preceps libido. Perdices quando in inſtrumento retiali ab aucupe capiuntur una avis aliam ſequitur, nec diſcernit miſera vel retractat, ſequens periculum jam captive. Perdices de nocte converſis poſterioribus ſedent. Feminas perdicum libido ſic agitat ut odore maſculorum dicantur concipere; tempore enim libidinis linguis adinvicem extenſis eſtuant pre deſiderio coitus, & dum coevnt faciunt fetorem in coitu. Hec *Alexander* in ca. de perdice. Perdices ergo in Armis portare mendacem, aut ſodomitam ſignificat. Et pro eo quidam ſcutifer, cujus nomen non ſpecifico, propter ſuam ſtrenuitatem nobilitatus per dominum meum, &c. perdices tres in Armis ſuis portavit, ut hic.



Portavit namque TRES PERDICES IN CAMPO RUBIO & gallice ſic. *Il port de goulys trois perdris.* Et hic eſt diligenter notandum & pro regula obſervandum, Quod in talibus avibus quarum color nunquam mutatur vel propter unitatem colorum, vel propter tantam in plumis varietatem, ſemper dicendum eſt, quod talis portat tales aves non exprimendo colorem, vel colores. De iſta materia plus dicetur in ſequentibus, ubi agetur de talentis.

De

De Pavone.

PAvo avis eſt pulchra valde, pulcritudinis & mundicie amica, caput ſerpentinum habens & plumas deſuper ad inſtar corone, vel pocius criſte, ſaphirinum pectus, collumque longum & extentum cum colore ſimiliter ſaphirino. Caudam inſuper longam & oculatam habet, & vocem terribilem, ac inceſſum ſimplicem, Clamore ſuo omnia venenata animalia depellit. Hec *Alexander*. Item pavo extenta cauda cum pedum deformitatem viderit, extentam caudam mox deponit. Pavo ejicit plumas ſuas cum prima arbore folia ſua ejiciente, & tunc primo pavoni naſcitur pluma cum arbores incipiunt folificare, ut dicit *Ariſtoteles*. Pavones non nulli ſunt album colorem per totum habentes, & tamen ille nitor qui in aliis eſt, in iſtis modo mirabili albus, totaliter a ceteris albis plumis diſcernitur. Silveſtres pavones in deſertis inveniuntur: ſet nequaquam in nitore, colore, vel cauda pavonibus domiſticis ſunt ſimiles. Hec autem avis ſuperbiſſima eſt quouſque videat ſuorum pedum vilitatem, qua vilitate conſiderata, faciliter erubeſcit.

De Pica.

UT dicit *Plinius*, PICA eſt avis calidiſſima, albis & nigris eſt diſtincta plumis, que nidum ſuum multociens inter ſpinoſa loca conſtituit eumque terra interius linit, ſpinis vero exterius in circuitu ſubtus & deſuper diligentiſſime ſepire ac munire ſtudet, nec niſi artiſſimum foramen per quod egrediatur in latere relinquit, & hoc facit frequenter in loco maxime inacceſſibili. Hec quoque avis cum ſe laqueo noverit deprehenſam, toto corpore quieta eſt, ſolo roſtri juvamine laqueum aperire laborat, nec uſque ad extremam deſperationem reliqua parte corporis commovetur. Hec *Plinius*, & *Alexander*. Pica capta in juventute verba proferre diſcit humana. Moritur aliquando difficultate verbi victa. Hilareſcunt

enim ſi iterum audierint verbum illud quod oblivioni tradiderant. Latiores vero linguas habent quam alie pice ille que verba humana proferre habiles ſunt. Maximum deſiderium pice eſt parvulas res portabiles furtive auferre, & eas mirabiliter abſcondere. Sunt autem quidam nobiles qui hanc artem furandi res parvas excercent, qui non tamen picas in armis ſuis portant.

De Pico.

PIcus marcius parva avis eſt, aliquantulum minor pica, arbores roſtro penetrans, quas concavas eſſe credit. Cujus quidem diverſe ſunt ſpecies. Picorum marciorum quidam ſunt nigri, ut merula, quidam crocei, vel aurei ut orioli, qui ſpecioſiores ſunt & majores, quidam rufi in vertice capitis, in pectore crocei, & virides circa collum, in alis cerulei, in cauda vero coruſci ſunt. Proprium hiis calveſcere eſt omni anno ſemel, illo ſaltem tempore, ut dicit P*linius*, quo ſeminatur rapa.

De Philomena.

PHILOMENA avis eſt a φιλος quod eſt amor, & μελος quod eſt dulcis dicta, quaſi amor dulcis. Hec enim avis cum mira modulatione audientem letificat, gaudet ad ortum ſolis preitque leticia venientem, verno tantum tempore cantat, hiberno nunquam. Hec autem in initio veris adeo vocis ſue amenitate delectatur, ut rariſſime comedat, & hoc cum ſumma feſtinatione. Dicitur igitur philomena tam pertinaciter & indiſcrete cantibus delectari, ut pocius debilitate vitam exuat & adeo deficiat, quam vocis modulatione privetur: unde & philomena dicitur a philos quod eſt amor, & menos quod eſt defectus, quaſi amore deficiens, Hec *Plinius*. Hoc autem in illa ave primum mirabile cernitur, quod tanta vox parvo corpuſculo eſt, & tam pertinax ſpiritus. Demum in illa miramur perfectam muſice ſcientiam, modulatus enim editur ſonus, & nunc continuo ſpiritu protrahitur in longum

gum, nunc variatur in flexo, Nunc autem in suo cantu ascendit, nunc notulas geminat & multiplicat mirabiliter, & interdum secum murmurans alte clamat. Proinde ab exitu gaudiosi vernalis temporis aucto estu in totum alia vox fit & emittitur magis rauca, mutatur & color, postremoque hieme non cernitur. Et nota quod mox ubi philomena coire ceperit & in compare luxuriari, statim vocis perdit amenitatem, & ut dixit *Plinius*, alia vox fit, & color, quod mirabile est, commutatur. Quot enim & quales juvenes, tam nobiles quam alios, temporibus meis vidi, ita strenue actus bellicos excercere, cantibus diversisque ludis & interludiis bellicis indulgere, quos postea maritatos & matrimonialiter feminis nobilibus copulatos in prehabitis deficere voce raucata, cantuque derelicto, & colore faciei & habitus penitus commutato. De istis tamen taceo, quia istas aves in Armis portatas non reperio, set spero quod raritas causam prestat.

De Psitico.

PSITICUS avis est *Indie*, ut dicit *Solinus*, *Jacobus*, & *Alexander*, colore viridi, torque puniceo, lingua grandi & lata, unde & articulata profert verba; ita ut si non eam videas, hominem loqui putes, de qua poetice scribitur,

> *Parva, loquax volucris, dominum te voce saluto,*
> *Si me non videas, esse negabis avem.*

Primo enim & secundo anno citius discit, & tenacius retinet. Hujus rostri tanta duritia est, ut cum de sublimi precipitatur in saxum rostro se recipit, ita ut eo quasi quodam fundamento utatur. Caput vero tam valens & forte habet, ut cum ab hominibus cogitur ut humanas voces imitetur virgula ferrea verberandus sit. Semet ipsum pede cibat, & defert escas ori suo sicut homo manu. Pluviam pati non potest diu. Psitaci alias aquas aliquando patiuntur, set in pluvia moriuntur. Vinum psitacus liben-

ter bibit, unde eſt avis multum luxurioſa. Habet autem quandam vocem naturaliter qua ſalutare ſolet *Ceſares*. Unde factum eſt, ut errante *Karolo magno* per deſerta *Grecie*, in obviam fuerunt pſitaci, & quaſi Greca lingua ſalutaverunt ipſum, clamantes *Imperator vale*. Qui cum eo tempore tantum Rex Gallie fuerat, ſequenti tempore *Romanorum* factus eſt imperator. Qui autem pſitacum *Leoni* Pape pro exennio miſit, Pſitacus autem cum adhuc in via eſſet, & homines obvios haberet, clamabat, Ad Papam vado. Nec mora cum introiret ad Papam clamavit dicens, *Leo Papa vale*. Qua in re multum exhilleratus Papa, quaſi pro magna recreatione poſt labores cotidianos confabulatione pſitaci ſepius utebatur. Hec *Alexander*. Puto enim neceſſe fore magnos dominos homines confabulatores ſecum retinere, quorum colloquiis & confabulationibus uti poſſint: qui rite pſitacos in Armis ſuis poterunt portare. Dum tamen in ſuis confabulationibus veritatem ſemper dicant, quia pſitaci in veritate naturaliter ſunt inſtructi. Unde *Yſidorus*,

Pſitacus a vobis aliorum nomina diſcam.
Hoc didici per me dicere, Ceſar ave.

De Turture.

TURTUR avis eſt, ut dicit *Yſidorus*, a ſono vocis ita dicta. *Ariſtoteles* autem, & *Alexander* teſtantur quod avis mire pudicitie eſt, ſocium diligit, eique ſoli fidem ſervat, adeo ut eo mortuo alteri ſe nunquam aſſociat, ſet ſolitarie incedens ſiccarum arborum ramis ſedet, ſemper gemens & triſtis. Unde ſuper hoc dicit magnus *Baſilius* Audiant mulieres quomodo apud aves irrationabiles continentia viduitatis frequentibus nuptiis antefertur. Gemitum pro cantu faciunt. Nulli autem avi infeſtantur, ſed in infeſtationibus omnium avium patientiſſime ſunt turtures. Inter omnes aves turtur mirabilis eſt, & mirabilem habet conditionem, quia pullos ſuos nocte paſcit, ut dicit *Alexander*. Pro uxoribus autem amiſſis

ſis ſive mortuis plangentibus aſſignandi ſunt turtures in Armis portandi, dum tamen in ipſis amor tantus ſit quod ad ſecundas nuptias minime convolare intendant, & illa caſtitas in eis obſervetur que in turturibus reperitur.

De Veſpertilione.

VESPERTILIO dicitur, quaſi veſpere utens alis; quia veſpere tantum & nocte volat. In hieme latet, raro vel nunquam procedit ad paſtum, in parietibus dependit, & in foraminibus jacet cum mortuis. In cujus corpore pluma nulla eſt, nulle in alis penne apparent. Set quia pecudū more lactat uberibus, dixiſſem quod beſtia fuiſſet, excepto quod caudam & alas, ut avis, formatas habet. Veſpertilio autem cum ad obediendum leoni omnium quadripedum Regi convocatur, alas vocantibus oſtendit dicens ſe avem eſſe: Cum autem coram aquila ad comparendum, que Aquila Rex avium intelligitur, quatuor pedes, aures patentes, & dentes mirabiles Nunciis oſtendens, dicit ſe avem non eſſe; Sed beſtiam ſine plumis. Viri autem duplices, ſi tales reperiantur hiis diebus, veſpertiliones in Armis portabunt.

De Upupa.

UPUPA eſt avis in lege prohibita, ut dicit *Yſidorus:* Avis immunda eſt que in ſtercoribus nidum ſuum ſtruit, & hominum ſtercora commedit. Tamen avis pulchra eſt, in plumis capite criſtata, hieme latet, in locis fetidis muta tunc eſt. In vere exit, & una tantum voce, ſicut cuculus, occupatur importuna. Upupas vero tales, ut predictum eſt non vidi, quia credo quod tota *Anglia* errat in hac ave. Verumptamen certas aves upupas nominamus que tales, ut preſcribitur, conditiones non habent, ut experimentaliter cotidie videmus.

De

De Dracone.

DRACO maximus eſt cunctorum ſerpentium, ut dicit *Iſidorus li. xij.* hunc Greci dracontam vocant, ut qui ſepe a ſpeluncis exiens in aerem fertur, excitaturque propter eum aer ſupra, & mare contra ejus venenum intumeſcit. Eſt enim draco criſtatus, parvo ore, & parvulis fiſtulis ſpiritum trahit, & linguam erigit. Dentes habet acutos & ſerratos, ſet vis ſua non eſt in dentibus ſed in cauda. Draco raro dormit ſet quaſi ſemper vigilat, qui inſuper habet acutiſſimum viſum: viſus autem ejus intollerabilis eſt hominibus, ut eciam aliquando ſola viſione ejus homines terreantur ad mortem. Quomodo autem draco ille ſine cibis adhuc vivat, & vivere debeat uſque ad finem mundi, ſine corporis ſui alimento, quem beatus *Silveſter* papa in monte quodam *Rome*, ad preceptum beati *Petri* Apoſtoli legitur incluſiſſe, videre non poſſum, ſed quod credo illud divinum eſſe miraculum. Legitur tamen in hiſtoriis *Britonum* duos dracones maximos ſub terra inventos fuiſſe viventes, ut in *Cronicis* clarius declaratur. Dicit inſuper *Alexander*, quod in mari invenitur draco qui monſtrum maris dicitur, valde horridum, ad inſtar draconis terreſtris, in longitudinem magnam corporis extenditur, ſet alis caret, caudam tortuoſam habet, caput tamen parvum ad corporis magnitudinem. Squamas & cutem duram habet. Regem illum inclitiſſimum *Arthurum* legimus duos dracones in ſuis armis portaſſe. Non tamen,ut creditur,propter aliquas preſcriptas proprietates, ſet pro eo quod pater ſuus *Uter*, qui *Pendragon* vocabatur, habuit magnum corpus & longum, cum capite multum parvo, ad ſimilitudinem draconis: qua de cauſa *pendragon*, id eſt, caput draconis vocabatur. Et ſic dictus Rex *Arthurus* portavit Arma paterna, propter habitudinem corporis patris ſui aſſumpta.

De

De Delphino.

DELPHINI, ut ait *Ysidorus li. xij.* certum habent vocabulum quod voces hominum ſequantur, vel quia ad ſymphoniam gregatim conveniunt: nichil eſt in mari velocius iſtis, Nam plerumque pſalientes naves tranſvolant. Quando enim in fluctibus maris preludunt, tempeſtates cito futuras ſignificare videntur. In mari cum dorſo curvo velocius quibuſcumque aliis piſcibus quaſi ſaliendo natant. Hec *Yſidorus li. xij.* Eſt etiam quoddam genus delphinorum ſpecialiter de *Nilo* cum dorſo ſerrato, quod teneros ventres crocodillorum ſecat, & ſic eos interimit. Et hic notanda eſt differentia in diſcretione Armorum multum neceſſaria, quia quidam ſunt qui portant in Armis Delphinum de *Nilo*, ut hic. Et eſt Comes *Foreſtarum* qui PORTAT UNUM DELPHINUM AUREUM DE NILO BARBATUM IN CAMPO RUBEO. Et Gallice *Il port de gewlez ung dolphin de Nile barbe d'or.* Set Dolphinus *Francie* portat unum delphinum, nec oportet dicere delphinum planum, ſive delphinum de mari, quia ſpeciale eſt videre delphinum ita pinnatum in dorſo ut ſupra: ſic ergo habes differentiam inter communem delphinum, & delphinum de *Nilo*, qui ſemper eſt fortiter pinnatus in dorſo; Alii autem communes delphini non ſunt in dorſo ſic pinnati ut ſupra. Et in talibus differentibus ſignis illud ſignum in quo reperitur differentia a communioribus ipſius ſigni eſt notandum, & in Armis ſpecificandum, ut ſupra, quia delphini communes non ſunt criſtati pinnis vel in dorſo pinnati, ſicut ſunt delphini de *Nilo.* § *Alexander* inſuper *li. ſuo vi.* dicit de Delphino ſi quis carnes delphini commederit & in mari poſtea lapſus fuerit, ſi a delphinis inveniatur ſtatim eum devorant: ſi autem non commederit, eum elevant ſupra roſtra, & ad terram trahunt, eumque ab aliis piſcibus defendunt. Quomodo tamen hoc fit, ut eſum carnis Delphini reliqui cognoſcant in homine videre non poſſum



ratione,

ratione, nisi & istud secretum nature sit, in quo sicut in multis aliis deus mirabilis predicetur. Delphinos enim sequitur aliorum piscium multitudo, quod scientes piscatores ipsos insequntur, & alios pisces venantur. Hec *Solinus*.


De Lucio.

LUcius piscis est qui eciam dicitur lupus aquaticus. Hic si fluviales aquas dulces habuerit, sufficientemque pro sua vita cibum, per successus temporum in in magnam crescit longitudinem. Cibatur piscibus, & aliquando ranis. Piscem autem aliquando fere sue magnitudinis mirabiliter devorat. Nam ubi piscem victum subegerit, caput ejus primo ore devorat, quo digesto, glutit paulatim residuam partem, donec totum consumat. Lucios vidi certos nobiles in Armis portare, qui eodem nomine vocabantur.


DIxi in precedentibus de signis vivis in Armis portatis, jam sequitur videre de signis mortuis. Et quia inter omnia dignius est signum Crucis, igitur de illo signo dicturus, primitus quero, in Armis quot inveniuntur cruces?


Antequam pretacte questioni respondeam, quid signum crucis fuerit, necesse est ut dicam, quare dicta *Johannis Crisostomi* in quodã sermone de cruce primo referã sic dicentis. Crux nobis totius beatitudinis causa est. Hec nos a cecitate erroris liberavit; Hec debellatos quieti sociavit. Hec alienatos Deo conjunxit. Hec peregrinos cives ostendit: Crux spes est Christianorũ, Resurrectio mortuorũ, Dux cecorum, Vita disperatorum, baculus claudorum, Consolatio pauperum, gubernatrix navigantium, portus periclitantium, & murus obsessorum. Crux a locis suppliciorum fecit transitum ad frontes Imperatorum. Item *Rabanus* de laude

laude crucis ait, In cruce insinuatur a morte redemptio, demonstratur sancta morum conversatio, Intimatur omnium virtutum perfectio, promittitur ad eternam vitam resurrectio, eterne beatitudinis speratur adeptio, ac vere felicitatis adquisitio. In te ô sancta crux Angeli gaudia sua accumulata conspiciunt. In te homines jura sue salutis contemplantur. In te spiritus infernales justam retributionem sue fraudis percipiunt. Omnibus es equa, omnibus bona, omnibus justa, preterita renovas, presentia illustras, futura premonstras, perdita requiris, quesita invenis, inventaque custodis. Tu sancta crux peccatorum es remisso, pietatis exhibitio, meritorum augmentatio, & nobilissimum remedium infirmorum, laborantium es auxilium, lassatorum refrigerium, sanorum incolumitas, quietorum serenitas & felicitas fortunatorum. Tu es humilium in vita tuitio, superborum abjectio, victoria Christi, confusio diaboli, infernorum destructio, celestium reformatio, mors infidelium, vitaque justorum. § Inclitissimus autem ille Rex *Arthurus* magnam spem & fiduciam habuit in signo crucis, quando scutum draconum, quando insuper scutum trium coronarum dimisit, & crucem argenteam in cujus brachio dextro erat quedam ymago beate virginis cum filio suo in scuto viridi assumpsit in suis Armis portandam, ut supradixi. In quo quidem crucis signo multa mirabilia postea fiducialiter egit, ut de gestis suis scripte Cronice contestantur. § Intelligo insuper istud signum crucis alio tempore miraculose missum fuisse a Deo beato *Mercurio*, ut notat *Vincentius in speculo historiali sub rubrica, de mirabili nece Juliani apostate li. xv. ca. xliij.* per Angelum, qui dicto *Mercurio* omnia Arma necessaria detulit una cum Scuto Azorio Et Cruce Florida, Cum Quatuor Rosis Aureis ut supra. Nec unquã reperi quod aliqua Arma fuerunt de celo missa nisi in eis fuissent, aut fuisset, signa, vel signum Crucis, preterquam in Armis Regis *Francorum*, cui Arma certa fuerunt de celo per Angelum transmissa, videli-



cet Tres Flores Gladioli De Auro, In Campo Asorio, ut hic. Que quidem Arma dabantur dicto *Francorum* Regi in signum perpetue vindicte & quod ipse & sui successores semper Armis & gladiis punirentur, ut supra dixi in ca. de colore azorio. Jam ad questionem prescriptam redeo, videlicet, quot cruces inveniuntur in Armis portate? Ad quam quidem questionem, sub certo numero ipsas describendo, respondere non audeo, quia cruces quasi innumerabiles indies jam portantur. Set descendendo ad singulas cruces cursorie quas ante hec tempora vidi, ipsas discernere prout valeo jam propono, Inter quas primo est Crux Plana merito discernenda. De qua insuper Cruce plus dubitatur quam de multis aliis, pro eo quod in hac arte periti tenent pro verissima Regula, Quod in quibuscumque Armis discernendis est incipiendum a cono, si ille conus fuerit unius coloris, & sic ille conalis color est campus ipsorum Armorum. Set ut in hac regula omnis ambiguitas penitus tollatur, est diligenter notandum, quod illa Regula vera est cum quadam modica additione, videlicet, In Armis discernendis est semper incipiendum a cono si conus fuerit unius coloris. Hoc verum est si ille color conalis fuerit copiosior color, in illis Armis, & tunc est ibi infallibiliter incipiendum, ubi tamen colores sunt equales partiti tam secundum longum, vel ex transverso, tunc semper incoandum est in discretione ipsorum Armorum in dextra parte ipsorum Armorum, nullo in hoc casu ad conum respectu habito. Et si tunc queratur quomodo portat sanctus *Georgius*. Sciendū est quod ipse Portat Unum Scutum De Argento, Cum Quadam Cruce Plana De Rubeo, ut hic. Et Gallice, *Il port d'argent un croys playn de gowlez.* Et eodem modo sunt omnia Arma talia, crucem planam habentia, discernenda. Errant ergo illi qui affirmant Sanctum *Georgium* portare unum scutum de rubio cum quatuor quartis de argento. Quo-






rum rationes non approbo, quia per hoc crux plana nunquam inveniretur in Armis, nec aliqua quasi differentia crucis.

De Cruce equali.

CRux vero plana aliquando invenitur in Armis a priore cruce variata, ut hic. Et ista Arma sunt difficiliora prioribus ad discernendum ut patet quia fines hujus Crucis fimbrias scuti in nulla parte attingunt. In quibus dicendum est quod ille qui hec arma possidet portat DE ARGENTO CUM UNA CRUCE PLANA EQUALIS LONGITUDINIS EX OMNI PARTE. Et Gallice *Il port d'argent ung crois playn d'ung longur par tout.* Et hec est differentia in discretione quod omnes fines hujus Crucis sunt equalis longitudinis, quod esse non potest in cruce plana precedenti, quia in illa pes ejus est pars longior si bene fiat. Que quidē differentia clarius & melius apparet in una tunica Armorum quam in scuto. Sic ergo evidens est differentia inter cruces supradictas.



De Cruce inequali.

EST & alia CRUX INEQUALIS, strictior in medio quam in suis finibus, cum angulis patentibus, ut hic. Non attingens ad scuti fimbrias in aliqua scuti parte, & vocatur Crux patens. Ipsisque utens PORTAT UNAM CRUCEM ARGENTEAM PATENTEM, IN CAMPO NIGRO. Et sic Gallice, *Il port de sable ung crois patee d'argent.*



De Cruce patente.



VAriatur enim iſta Crux Patens aliquando in pede ejuſdem, ut hic. Et tunc vocatur Crux patens figitiva, quia in terra figi poteſt talis Crux. In qua tres partes ſuperiores ſunt patentes in angulis, & latiores quam in medio, & ejus pes diſponitur ad figendum in terra. Et Portat De Argento, Cum Una Cruce Patente Figitiva De Nigro. Et Gallice ſic, *Il port d'argent ung crois patee fiche de ſable.* Et nota quod plures ſunt cruces que poſſunt fieri figitive, ut inferius patebit.


De Cruce plana cordata.



INter cruces alias una invenitur crux que Crux Cordata vocata, ut hic. Et hec crux appellatur cordatur, quia fit de cordis. Quam quidem crucem vidi nuper in Armis cujuſdam nobilis viri, qui de facto habuit unum avum qui fuit artifex & cordifer, aut factor cordarum, ut ipſemet nobilis vir mihi retulit ore tenus: qui pro Armis ſuis portavit De Rubeo, Cum Una Cruce Plana Cordata De Argento. Et Gallice ſic, *Il port de gowlez ung crois playn corde d'argent.*

De Cruce plana perforata.


EST insuper alia CRUX PLANA que mirabiliter a plana cruce beati *Georgii* differt, ut hic.



Et est hic notandum, quod opinio quorundam, dicentium quod ista Arma sunt scaccata, est omnino reprobanda: quia Arma scaccari non possunt ad omne minus nisi in numero quaternario, set in majori numero bene possunt, ut inferius patebit. Dicendum est igitur quod portat UNAM CRUCEM RUBIAM PERFORATAM IN MEDIO IN CAMPO AUREO. Et Gallice sic, *Il port d'or ung crois de gowlez partee au milieu.*

De Cruce talentatá.

HAbemus insuper aliam crucem quam nuper vidi in Armis cujusdam *Januensis*, ut hic.



Et hec CRUX vocatur TALENTATA quia fit de talentis totaliter. Potest autem talis crux tortillari ita faciliter sicut talentari, quia talenta & tortille non differunt nisi in colore, quia talenta semper sunt aurei coloris. Nec est color talentorum expressandus in discretione Armorum quia esset inutilis repetitio unius & ejusdē, dicendo talenta aurea, quia nulla alia sunt talenta nisi aurea. Habēs igitur ista Arma PORTAT UNAM CRUCEM TALENTATAM IN CAMPO RUBEO. Et Gallice sic, *Il port de gowlez ung crois besanntee.*

De Cruce florida.



NUnc autem ſequitur ala crux que Crux Florida appellatur, ut hic. Et ideo vocatur florida quia habet flores in ſingulis ſuis finibus. Iſta inſuper crux florida aliquando in Armis portatur figitiva. Et tunc vocatur crux florida figitiva, quia in tribus ſuis finibus eſt florida & in pede figitiva. Et Portat Unam Crucem Floridam Auream, In Campo Asorio. Et Gallice ſic, *Il port d'aſor ung crois flouretee d'or.*

De Cruce florida patente.



SEquitur & alia Crux que Florida Patens Dicitur, ut hic. Ideo appellatur crux iſta florida patens quia habet fines ſuos patentes, & in medio uniuſcujuſque finis reſultat unum tercium ad modum floris, ut patet in iſta cruce. Horum autem Armorum poſſeſſor Portat Unam Crucem Floridam Patentem De Auro In Campo Rubeo. Et Gallice ſic, *Il port de gowlez ung crois patee flouretee d'or.* Iſta inſuper Crux aliquando portantur cum pede figitivo, & tunc appellatur Crux florida patens figitiva.

De Cruce plana undoſa.




ESt inſuper alia crux plana que eciam Crux Undosa appellatur. Ideo vero dicitur undoſa quia fit ad modum unde vento turbate, ut hic. Quorum quidem Armorum dominus portat Unam Crucem Planam Undosam De Argento, In Campo Rubio. Et Gallice ſic, *Il port de gowlez ung croys undee d'argent.*

De


De Cruce invecta.

ULterius invenitur in Armis una crux plana que fit de coloribus invectis, ut hic. Que vocatur Crux invecta pro eo quod in ea duo colores invehuntur. Quorum quidem Armorum possessor portat UNAM CRUCEM PLANAM DE COLORIBUS ALBO ET NIGRO INVECTIS IN CAMPO RUBIO. Et Gallice sic, *Il port de gowlez ung crois verre d'argent & sable.*



De Cruce cruciata.

SEquitur adhuc alia crux que CRUX CRUCIATA appellatur, ideoque ista crux dicitur cruciata, quia in singulis suis finibus est cruciata, ut hic. Set ista crux non ita frequenter portatur simpliciter per se in Armis sicut alie cruces. Multociens tamen portatur in diminutivis, hoc est, in parvis crucibus cruciatis. Et tunc Arma sunt pulverizata cum parvis crucibus cruciatis & qui ista Arma portaverit PORTAT namque UNAM CRUCEM CRUCIATAM DE AURO IN CAMPO AZORIO. Et Gallice sic, *Il port d'asor ung Croys croycee d'or.* Et quando tales Cruces ponuntur in diminitivis & sine numero certo, tunc vocantur in Gallico Crosselettis ut supra dixi.



De Cruce masculata.

EST adhuc & alia Crux que CRUX MASCULATA vocatur, ut hic. Ideo hec autem crux vocatur masculata pro eo, quod ipsa fit de masculis. De quibus quidem masculis videbitis infra in capite de fusulis & losengis, ubi ista materia latius tractabitur deo dante. Et PORTAT UNAM CRUCEM MASCULATAM DE NIGRO




NIGRO IN CAMPO ARGENTEO. Et Gallice ſic, *Il port d'argent ung croys maſculee de ſable.* Sed iſta Crux maſculata aliquando eſt perforata in maſculis, ut hic. Secundum quod patet in perforatione maſcularum. Et PORTAT UNAM CRUCEM MASCULATAM PERFORATAM DE RUBIO IN SCUTO ARGENTEO. Et Gallice ſic, *Il port d'argent ung croys de gowlez maſculee perſee.*



De Cruce molendinari.

SEquitur jam de quadam alia cruce que CRUX MOLENDINARIS appellatur. Et dicitur hec crux molendinaris ad ſimilitudinem cujuſdam inſtrumenti ferrei in molendinis, quod portat lapidem molarem ſuperiorem, per quod eciam inſtrumentum ille lapis in ſuo curſu fertur equaliter, ut non declinet ad dexteram neque ad ſiniſtram, miniſtrans unicuique quod ſuum eſt equaliter & ſine fraude. Iſtam crucem in Armis deferre deberent Judices, & ipſi qui juriſdictionibus preſunt. Ut ſicut dictum inſtrumentum ferreum dirigit molarem lapidem equaliter & ſine fraude, ita & ipſi Judices reddere teneantur unicuique equitatem. Poſſeſſores namq; iſtorum Armorum portant UNAM CRUCEM MOLENDINAREM AUREAM IN CAMPO AZORIO. Et Gallice ſic, *Il port d'aſor ung croys moleyne d'or.*



De Cruce inverſa.



ULterius habemus unam crucem aliam que CRUX INVERSA appellatur. Et dicitur hec Crux crux inverſa, pro eo quod hujus crucis fines undique invertuntur ad modum cornu arietis. Et iſtis Armis utentes portant UNAM CRU-

CEM

cem Auream Inversam, In Scuto Rubeo. Et Gallice ſic, *Il port de gowlez ung cròis recercylee d'or.*


De Cruce furcata.

Sunt & alii qui in Armis ſuis portant quandam crucem furcatam, ut inferius. Et dicitur hec Crux Furcata, pro eo quod omnes ejus fines ſunt ſiſſi & furcati. Habens igitur iſta Arma Portat Unam Crucem Furcatam De Nigro In Scuto Argenteo. Et Gallice ſic, *Il port d'argent ung croys furche de ſable.*




De Cruce ingradata.

Quidam autem nobiles ſunt viri qui portant unam crucem ingradatam, ut hic. Et hec crux ideo vocatur Crux Ingradata, quia in nulla parte ſui eſt plana, ſet ingradatur tam ad ejus longum quam ad latum. Verumptamen iſta ingradatio non eſt propria locutio ſecundum ſuum aſpectum, ſet potius indentatio, ut verum fateor, tamen communis modus loquendi in iſtis Armis ita ſe habet, Igitur dicatis ut predixi. Et poſſidens iſta Arma, Portat Unam Crucem Ingradatam De Nigro In Campo Aureo. Et Gallice ſic, *Il port d'or ung crois de ſable.*



De Cruce truncata.



SEquitur adhuc alia crux que in Armis virorum nobilium multociens portatur, que vocatur CRUX TRUNCATA. Hec autem Crux ideo crux truncata dicitur, qui fit de duobus arborum ramis truncatis, ut hic. Horum autem Armorum possessor PORTAT UNAM CRUCEM TRUNCATAM DE NIGRO IN CAMPO ARGENTEO. Et Gallice sic, *Il port d'argent ung crois recope de sable.*

De Cruce Nodulata.



ESt insuper quedam crux que vocatur CRUX NODULATA. Que quidem crux ido dicitur crux nodulata, pro eo quod in singulis suis finibus habet certos nodos sive nodulos, ut supra. Et horum Armorum dominus PORTAT UNAM CRUCM AZORIAM NODULATAM IN SCUTO AUREO. Et Gallice sic, *Il port d'or ung crois botonee d'asore.* Et ista crux aliquando invenitur in Armis figitiva, & tunc ejus pes est figitivus, ut supradixi in aliis.

De Cruce florida nodulata.




ULterius habemus quandam crucem floridam, de qua superius dictum est, que quidem CRUX FLORIDA aliquando invenitur NODULATA, ut hic. Et hoc est, quando tales, ut predixi, nodi sive noduli reperiuntur in finibus & angulis florum dicte crucis. Horumque possessor PORTAT UNAM CRUCEM FLORI-

DAM

DAM AC NODULATAM DE AZORIO IN CAMPO AUREO. Et Gallice ſic, *Il port d'or ung crois flouretee botonee d'aſor.*

De Cruce dupla partita.


CRUX DULPLA PARTITA in Armis diverſorum Nobilium reperitur. Que quidem crux ideo dupla partita appellatur quia ſi eſſet ſecundum longum aut ſecundum latum partita, ſeu deviſa, adhuc remaneret ibi una crux dupla, ut experimentaliter hic videre poſſumus. Vidi enim multos notabiles viros dubitantes de iſta cruce, pluſquam de omnibus crucibus ſupradictis, qui tamen poſt longas diſputationes in opinione predicta remanſerunt. Poſſidens igitur illa Arma PORTAT CRUCEM DUPLAM PARTITAM DE NIGRO IN CAMPO ARGENTEO. Et Gallice ſic, *Il port d'argent ung crois double partie de ſable.*



De Cruce dupla partita florida.


VAriatur autem predicta crux dupla partita aliquando, ut hic. Et tunc vocatur CRUX DUPLA PARTITA FLORIDA, inproprie tamen ut mihi videtur; quia deficit medium illius floris, ut ſtatim ſequetur in proximo ſcuto, quod quidem medium nullo modo apponi poteſt in iſta cruce dupla partita ut ſtatim patebit. Set qui iſta Arma habet PORTAT UNAM CRUCEM DUPLAM PARTITAM FLORIDAM AUREAM IN CAMPO RUBEO. Et Gallice ſic, *Il port de gowlez ung croys double parte flouretee d'or.* Set, ut ſupradixi, hec crux inproprie, ut mihi videtur, appellatur crux dupla partita florida, quia deficit ibi medium illud per quod






crux florida perficitur, ut hic patet; quo quidem medio addito, non erit hec crux dupla partita florida, imo vocabitur omnino crux tripla partita florida, & tunc rite difcernitur, quia fi dividatur vel fecundum longum, aut fecundum latum femper una pars remanebit tripartita in modum crucis, ut patet in Armis prefcriptis. PORTAT, igitur, UNAM CRUCEM TRIPARTITAM FLORIDAM DE RUBEO IN CAMPO AUREO. Et Gallice fic, *Il port d'or ung crois treifois partee flouretee de gowlez.*

De Cruce molendinari umbrata.



EST adhuc unum dubium apud multos de quadam UMBRA CRUCIS MOLENDINARIS, ut hic. Et notate quod vocatur umbra crucis, quia femper fit hec umbra de colore nigro de quocumque colore factus fuerit campus Armorum ut hic, & corpus dicte umbre eft de eodem colore cum campo. Et qui portat ifta Arma, PORTAT UNAM CRUCEM MOLENDINAREM UMBRATAM IN CAMPO AUREO. Et Gallice fic, *Il port d'or ung croys moleynee umbre.*

De Cruce florida patente umbrata.



ALiud exemplum nuper vidi de umbratione cujufdam crucis, ut hic. Et ifta crux vocatur CRUX FLORIDA PATENS UMBRATA, Set recte loquendo & proprie non eft crux, fed umbra talis crucis: & ratio, quia corpus dicte umbre eft ejufdem coloris cum campo, & fic color qui eft in campo per totum corpus

corpus dicte umbre ostenditur. Habensque ista Arma, Portat Unam Crucem Floridam Patentem Umbratam In Campo Rubeo. Et Gallice sic, *Il port de gowlez un crois patee flouretee umbree.*

De Cruce florida patente umbrata & perforata.



NOtate tamen quod secundum quosdam ista umbrata crux aliquando mirabiliter perforatur, ut hic. Et tunc appellatur Crux Florida Patens Umbrata Et Perforata, quia concordat cum cruce precedenti, excepta illa perforatione in medio dicte umbre. Et tunc dicendum est quod talis Portat Unam Crucem Floridam Patentem Umbratam Perforatam Cum Rubio In Campo Aureo. Et Gallice sic, *Il port d'or ung crois patee flourtee umbree & percee de gowlez.*

De Cruce fimbriata.



REmanet tamen adhuc apud quosdam unum magnum dubium in differentia inter istam crucem fimbriatam sive borduratam, ut hic; Et predictam proximam crucem umbratam, pro eo quod multum assimilantur ut apparet prima facie. Set, si bene concipiatur, est magna differentia, quia fimbria hujus differt & variatur tam a colore crucis, quam a colore campi, & tunc nullum est dubium. Nam qui habet ista Arma Portat Unam Curcem Nigram Floridam Patentem Perforatam Fimbriatam, Sive Borduratam, Cum Argento, In Campo Aureo. Et Gallice sic, *Il port d'or ung croys flourtee patee percee de sable, bordure d'argent.*

De

De Cruce erminali, ſive eremitica.

EST autem adhuc una crux valde mirabilis in qua mihi nuper opponebatur *Londiniis* per quendam Haraldum de *Britannia minore*, que quidem Arma non poſſunt in hiis coloribus aliquo modo variari. Vocaturque iſta, CRUX ERMINALIS. Et qui habet iſta Arma PORTAT UNAM CRUCEM ERMINALEM SIVE EREMITICAM. Et Gallice ſic, *Il port ung crois Erminee.* Et hic eſt notandum quod colores in iſtis Armis non debent expreſſari, quia nec iſta crux nec iſta Arma fieri poſſunt de aliis coloribus niſi ſolummodo de albo & nigro qui ſunt proprii coloris iſtorum Armorum, ut ſupradixi in Armis Ducis *Britannie* in capite de muſtela, videatis ibi ſi placet. Expeditis Crucibus precedentibus, jam ſequitur videre de Armis quarteriatis.



ARMORUM quarteriatorum, quedam ſunt Arma quarteriata plana: quedam quarteriata ingradata: quedam quarteriata irraſa: quedam quarteriata invecta: & quedam Arma quarteriata indentata. De quibus ſingulariter tractaturus, primo de Armis quarteriatis planis tractare intendo.

De Armis quarteriatis planis.



TRibus autem modis poſſunt Arma quarteriari. Primus vero modus eſt quando duo diverſa Arma portantur quarteriatim, ut patet in Armis Regis *Francie* & *Anglie*, qui de facto portat Arma Regnorum *Francie* & *Anglie* quarteriata, ut hic. Et Gallice ſic, *Il port lez armez de France & D'Engleterre quartelez.*

quartelez. Nec tedeat quod ego prepono istum terminum, ancie, set causa mea est, quia Arma Francie in Armis ponuntur. Et Regulam generalem habeo : Quod quandocunque in Armis sunt duo colores vel forte plures in cono, tunc non est ibi incipiendum in eorum discretione, set in dextera parte ipsorum Armorum. Ipse tamen color ibi in illo angulo dextro scuti repertus non est ipsorum Armorum campus, quia forte non est copiosior color in Armis supradictis, Set minor, vel cum aliis equalis, & tamen non est ibi incipieuudum.

De Armis quarteriatis quarteriatim.

SEcundus modus portandi Arma quarteriata est, quando duo Arma quarteriata portantur quarteriatim, ut hic. Et multociens patet in Armis Reginarum. Portavit namque illa nobilis Regina *Anglie Anna* consors inclitissimi Principis *Ricardi* secundi, *Francie* & *Anglie* Regis, quarteriatim, Arma Regum *Anglie* & Imperatoris *Almanie* quarteriata. Et Gallice sic, *Ele port lez armez Dengleterre & de l'Empire D'Almanie quartelez quartelee.*



De Armis quarteriatim portatis.

TErcius vero modus portandi Arma quarteriata, est quando quatuor diversa Arma quarteriatim portantur, ut hic. Et habens hec Arma, PORTAT QUATUOR DIVERSA QUARTERIATA. Et Gallice sic, *Il port quater armes diversez quartelez.* Et tunc, si petatur, descendendum est ad discretionem singulorum Armorum predictorum, incipiendo semper in suppremo angulo dextro, quibus declaratis ad



secundum


ſecundum latus, & poſt ad tercium, &demum ad quartum latus ſcuti predicti. Et ſciendum eſt quod iſta tria Arma precedentia ſunt Arma quarteriata plana.

De Armis quarteriatis ingradatis.



CONſequenter dixi quod aliquando habemus ARMA QUARTERIATA INGRADATA, videlicet quando ſingula Arma in quarteriis ſuis ingradantur, ut hic. Et poſſidens talia Arma quarteriata ingradata PORTAT DE AURO ET RUBIO ARMA QUARTERIATA INGRADATA. Et Gallice ſic, *Il port d'or & gowlez quartlee engreilee.* Et ideo vocantur Arma ingradata, quia ſiunt de duobus coloribus qui gradatim inſeruntur unus in alium colorem.

De Armis quarteriatis irraſis.




SUnt inſuper quedam ARMA QUARTERIATA IRRASA, ut ſupradixi. Que quidem Arma ideo vocantur Arma quarteriata irraſa, quia colores irradũtur, quaſi ſi unus color irradendo abſtratur ab alio, ut hic. Et qui hec Arma poſſidet, PORTAT ARMA QUARTERIATA IRRASA DE ALBO ET NIGRO. Et Gallice ſic, *Il port d'argent & ſable quartlee irraſe.*

De


De Armis quarteriatis invectis.

ULterius adhuc inveniuntur ARMA QUARTERIATA INVECTA, vel, ut quidã dicunt, ſunt Arma quarteriata de coloribus invectis, ut hic. Que ideo dicuntur Arma quarteriata invecta, vel de coloribus invectis, quia in eis duo colores quarteriatim poſiti invehuntur, & unus color invehitur in alium. Et PORTAT ARMA QUARTERIATA DE AURO ET ASORIO INVECTA. Et Gallice ſic, *Il port quartlee verre d'or & d'aſor.*



De Armis quarteriatis indentatis.


ARMA adhuc inveniuntur alia que QUARTERIATA INDENTATA vocantur, ut hic. Que ideo vocãtur Indentata, quia duo colores, unus videlicet in aliũ invehuntur, ad modum dentium humanarum ut patet in ſcuto. Et PORTAT ARMA QUARTERIATA INDENTATA DE AURO ET NIGRO. Et Gallice ſic, *Il port quartlee endentee d'or & ſable.*



De Armis partitis ſecundum longum.

SEquitur jam videre de Armis partitis in longitudine. Que quidem partitio ſecundum longum fit multipliciter. Primo namque fit partitio duorum colorum in Armis ſecundum longum plano modo. Fit eciam particio Armorum duorum colorum ingradatorum. Fit eciam partitio in Armis duorum colorum irraſorum. Item fit particio in Armis duorum colorum invectorum. Item fit partitio in Armis duorum colorum indentatorum. Item fit in Armis partitio duorum colorum innebulatorum.

De Armis partitis planis.



DIxi primo quedam ſunt Arma ſecundum longum partita de duobus coloribus plano modo, ut hic. Et dicuntur partita quia fiunt equaliter de duobus coloribus equaliter partitis: Et PORTAT ARMA PARTITA PLANA SECUNDUM LONGUM DE ASORIO ET RUBEO. Et Gallice ſic, *Il port d'aſor & de gowlez playn partee du long.*

De Armis partitis ingradatis.



FIt autem partitio Armorum, ut ſuperius dixi, per ingradationem duorum colorum ad invicem, ut hic. Et iſta Arma vocantur ſecundum longum partita ingradata de argento & nigro. Et qui iſta poſſidet PORTAT ARMA PARTITA SECUNDUM LONGUM INGRADATA DE ARGENTO ET NIGRO. Et Gallice ſic, *Il port d'argent & ſable ingreele partee du long.*

De Armis partitis irraſis.




TErcio autem modo inveniuntur Arma irraſa de duobus coloribus irraſis, ut hic. De quibus dicendum eſt ut ſupra de quarteriatis irraſis. Et habens iſta Arma PORTAT ARMA PARTITA IRRASA DE ARGENTO ET NIGRO. Et Gallice ſic, *Il port partie du long d'argent & ſable racee.*

De


De Armis invectis partitis.

QUarto autem modo portantur Arma partita ſecundum longum de coloribus invectis, ut hic. Et iſta Arma vocantur invecta quia colores invehuntur rotundo modo, quia iſta Arma invecta multum differunt a precedentibus Armis proximis irraſis. Et qui ipſa habet PORTAT ARMA PARTITA SECUNDUM LONGUM DE COLORIBUS RUBIO ET ARGENTO INVECTIS. Et Gallice ſic, *Il port partie verree du long de gowlez & d'argent.*




De Armis partitis indentatis.

QUinto etenim modo partiuntur Arma ſecundum longum de duobus coloribus indentatis, ut ſupra dixi. Et iſta arma vocantur indentata, pro eo quod duo colores, videlicet albus color & niger, inferuntur ad modum dentium humanorum, ut ſupradixi, in Armis quarteriatis indentatis. Et PORTAT ARMA PARTITA SECUNDUM LONGUM DE ARGENTO ET NIGRO INDENTATA. Et Gallice ſic, *Il port partiee endentee du long d'argent & ſable.*



De Armis partitis nebulatis.

SExto autem modo portantur Arma partita ſecundum longum innebulata, ut hic. Et hec Arma vocantur innebulata quia duo colores in eis invehuntur ad modum nebularum. Et qui poſſidet iſta Arma PORTAT ARMA PARTITA SECUNDUM LONGUM DE ASORIO ET ARGENTO INNEBULATA. Et Gallice



lice ſic, *Il port partiee du long d'aſour & d'argent ineuble.*


De Armis partitis ſecundum longum.




Portantur inſuper & alio modo Arma partita ſecundum longum, ut hic, undoſa, quia duo colores in illis invehuntur ad modum unde vento turbate. Et ſic Gallice, *Il port du long d'argent & de ſable undee.*

De Armis partitis ex tranſverſo.

Sequitur nunc videre de Armis partitis ex tranſverſo. Que quidem particio tranſverſalis fit multipliciter, ut in ſequentibus patebit. Primo enim fit in Armis particio colorum tranſverſaliter & modo plano, ut hic. Et tunc qui iſta Arma habet Portat Arma Partita Ex Transverso Plana De Auro Et Nigro. Et Gallice ſic, *Il port partie traverſee d'or & ſable.* Et notate quod non eſt hic dubitandum de illa prima regula, videlicet, Quod a cono eſt incipiendum, quia hic tantus eſt color albus ſicut niger.



De Armis partitis ex tranſverſo irraſis.





Secundo autem modo fit partitio colorum in Armis ex tranſverſo de coloribus irraſis, ut hic. De quibus dicendum eſt quod talis Portat Arma Partita Ex Transverso Irrasa De Auro Et Nigro. Et ſic Gallice, *Il port partie traverſee d'or & de ſable racee.*

De

De Armis partitis ex transverso indentatis.

ARma adhuc ex transverso partita quedam inveniuntur indentata. Et vocantur indentata, quia ipsorum colores invehuntur unus videlicet in alium ad modum dentium humanorum. Et qui ista Arma possidet, PORTAT PARTITA ARMA EX TRANSVERSO INDENTATA DE AURO ET AZORIO. Et sic Gallice, *Il port partiee de travers d'or & d'asore endentee.* Et credo quod difficile erit invenire multa alia Arma secundum longum, vel ex transverso partita. Verumptamen si aliqua videantur observentur in eis declarandis Regule supradicte, & satis erit. Quidam tamen volunt quod ista Arma vocentur partita. Qui aperte errant pro eo quod non est vera partitio colorum vel justa divisio in ipsis. Nam in Armis partitis requiritur semper quod partes colorum sint equales, & hoc non est verum in istis. Habens igitur Arma ista, PORTAT DE ARGENTO ET CAPUT SCUTI DE AZORIO CUM DUABUS MACULIS PERFORATIS DE AURO. Et Gallice sic, *Il port d'argent ung chief d'asor & deux moletts percees d'or.* In istis enim Armis habet locum illa regula prescripta, videlicet, quod a cono est incipiendum, si ille color conalis fuit major & copiosior color in Armis, ut supra dictum est.





De


De Armis palatis.

ET ulterius notandum eſt quod nulla Arma dici debent partita, niſi fiant de duobus coloribus ſemel partitis & non plus. Quia arma palata non vocantur, nec vocari debent partita quamvis fiant de diverſis coloribus: quia illi colores non ſolum ſemel, ſed pluribus vicibus partiuntur, ut hic. Vocantur igitur palata quia fiunt ad modum palorum, Et qui hec Arma poſſidet, PORTAT ARMA PALATA DE AZORIO ET AURO. Et Gallice ſic, *Il port pale d'aſor & d'or.*



De Armis palatis undatis.

ISta tamen Arma palata ſepius inveniuntur undata, ſive undoſa, ut hic, Et vocantur palata undata ſive undoſa ad differentiam Armorum barratorum undatorum, Que Arma barrata poſſunt ſimiliter undari, ut inferius patebit. Habenſque iſta Arma, PORTAT ARMA PALATA UNDATA SIVE UNDOSA DE AURO ET RUBIO. Et Gallice ſic, *Il port palee undee d'or & de gowlez.*



De Armis palatis tortuoſis acutis.

VArio inſuper modo portantur iſta Arma palata, ut hic. Et vocantur Arma palata tortuoſa acuta, quia in illis duo colores palatim invehuntur, unus ſcilicet in alium tortuoſe acute. Et qui iſta poſſidet Arma, PORTAT ARMA PALATA TORTUOSA ACUTA DE NIGRO ET ARGENTO. Et Gallice ſic, *Il port palee daunſetee de ſable & d'argent.*



De

De Armis barratis planis.

POst Arma palata dicendum eſt de Armis barratis. Et notandum eſt quod Arma poſſunt multis modis variari in barris, ut inferius patebit. Et primo ſciendum eſt quod quedam ſunt Arma barrata plana, ut hic. Et tunc in diſcretione ipſorum non oportet dicere quod ſunt plana, Set in omnibus aliis differentibus oportet in diſcretione ipſorum declarare quomodo illa barrata Arma differunt a planis. Sic ergo dicendum eſt quod PORTAT ARMA BARRATA DE ARGENTO ET NIGRO. Et Gallice ſic, *Il port barree d'argent & de ſable.*




De Armis barratis undatis.

ULterius ſciendum eſt quod Arma palata aliquando undantur, ut hic. Ideo dicuntur undata quia fiunt de duobus coloribus ſibi invicem obviantibus ad modum inundantis aque, ut patet. Et iſta poſſidens PORTAT ARMA BARRATA UNDATA DE NIGRO ET ALBO. Et Gallice ſic, *Il port barree undee de ſable & d'argent.*



De Armis barratis invectis.

POrtantur inſuper Arma barrata invecta, ut hic. Ideoque dicuntur invecta, quia in ſingulis barris duo colores adinvicem invehuntur, ut ſupra dixi in quarteriatis. Et iſtorum Armorum dominus PORTAT ARMA BARRATA DE



DE COLORIBUS RUBIO ET ALBO INVECTIS. Et Gallice ſic, *Il port barre verree de gewlez & d'argent.* Et incipio in colore rubio, quia ille color eſt primus in dextro angulo.

De Armis barratis tortuoſis acutis.



SUnt autem alii qui portant Arma barrata tortuoſa acuta, ut hic. Ideoque vocantur Arma barrata tortuoſa acuta, & primo barrata ad differentiam Armorum eodem modo palatorum. Dicunturque tortuoſa acuta, quia, ut ſupra dixi, duo colores adinvicem invehuntur tortuoſe acute. Horum autem Armorum dominus PORTAT ARMA BARRATA TORTUOSA ACUTA DE NIGRO ET RUBIO. Et Gallice ſic, *Il port barree dauncetee de ſable & de gewlez.*

De Armis bendatis barratis.



SUnt etenim quedam arma bendaria barrata, ut hic. Et ideo vocantur bendaria barrata, quia ſunt barrata, & duo colores conjunguntur in ſingulis barris bendatim ut clare patet. Et qui illa habet, PORTAT ARMA BENDARIA BARRATA DE RUBIO ET AURO. Et Gallice ſic, *Il port barree bendee de gewlez & d'or.* Et tamen diligenter advertendum in diſcretione talium Armorum palatorum & barratorum, quia ſi non ſubtiliter concipiantur, ſubito prorumpens ad reſpondendum poteſt faciliter decipi in eiſdem. Nam illa Arma ſunt palata in quibus quidem tot inveniuntur pali unius coloris ſicut alterius. Et ſi pali utriuſque coloris non fuerint equales illa Arma non ſunt


ſunt palata. Forte aliquis Portat Duos Palos Rubios In Campo Aureo, ut hic. Quod faciliter probatur, quia de colore aureo apparent tres partes in ſcuto, & niſi due tantum de colore rubio, dicendum eſt igitur quod talis Portat Duos Palos Rubios In Campo Aureo. Et Gallice ſic, *Il port d'or & deux palez de gewlez.* Eodemque modo dicendum eſt in quibuſcumque Armis barratis ſive bendariis, Et diligenter inſpiciendus eſt numerus utriuſque coloris in palis, barris, ſive barrulis: De quibus tamen barulis cavendum eſt cum in Armis repe riuntur, ut hic. Et tales linee vocantur barule ad differentiam majorum barrarum. Et qui iſta Arma poſſidet Portat Unam Barram Et Duas Barulas De Nigro In Campo Argenteo. Et Gallice ſic, *Il port d'argent ung barre & deux barrulettz de ſable.*






De Armis floridis.

ET dicte barule quandoque formantur floride, Et tunc vocantur Barule floride, ut hic, Quia ſic cum floribus formantur. Et qui iſta Arma poſſidet, Portat Unam Barram Et Duas Barulas Floridas De Nigro In Scuto, Sive Campo Argenteo. Et nota quod tales barrule fiunt aliquando ingradate. In quibus ſemper obſervande ſunt regule prius poſite tam in palatis quam in barratis.




De benda in Armis.



ALiquando vero portatur una benda in Armis, ut hic. Et nota quod illa vocatur benda que ducitur a dextro cornu ſive angulo ſcuti uſque partem ſiniſtram ejuſdem, ad differentiam fiſſurarum ſive baculorum, de quibus dicetur in ſequentibus. Et qui habet iſta Arma Portat Unam Bendam De Rubio In Campo Aureo. Et Gallice ſic, *Il port d'or ung bend de gewlez.*


De Bendulis in Armis.



ET ſicut ſuperius dictum eſt quod quedam barrule portantur in Armis multociens, ſic autē bendule quandoque, ut hic. Et vocantur bendule ad differentiam magnarum bendarum ut patet. Poſſeſſor autem horum Armorum, Portat Unam Bendam Et Duas Bendulas De Auro In Campo Rubio. Et Gallice ſic, *Il port de gowlez ung bend & deux bendelettz d'or.* Et iſte bendule fiunt aliquando floride & quandoque ingradate ut ſupra dixi in barrulis.

OPtimus certe modus portandi diverſa Arma in uno ſcuto habetur in iſtis bendis, quia habens patrimonium a ſuo patre dimiſſum & alias certas terras per matrem ſibi provenientes, Quibus quidem terris maternis certa appropriantur Arma ab antiquo, ut forte quia ipſa Arma materna ſortiuntur nomen progeniei ſue; tunc poteſt ipſe heres ſi voluerit portare integra ſui patris Arma in plano ſcuto, & in tali

tali benda poteſt portare Arma materna ut hic. Nam talis PORTAT ARMA PALATA DE ARGENTO ET ASORIO CUM UNA BENDA ET TRIBUS MACULIS AUREIS IN EADEM. Et Gallice ſic, *Il port d'argent & d'aſor ung bende de gowlez & trois molettz en la meſme d'or.* Ex qua quidem benda ad modum ſcuti redacta fiunt bona Arma per ſe ſi dicte macule ponantur in angulis dicti ſcuti.




De bendulis cathenalibus.

MUltociens autem predicte bendule diverſificantur, ut in Armis Comitis *Campanie*, qui PORTAT ARMA DE AZORIO IN QUIBUS HABET UNAM BENDAM DE NIGRO ET DUAS BENDULAS CATHENALES DE AURO. Et Gallice ſic, *Il port d'aſor ung bende de ſable & deux benduletts chaynez d'or.*




De benda fuſilata.

REperitur inſuper in Armis quedam alia benda quibuſdam multum extranea, que quidem vocatur benda fuſulata, ut hic. Ideo autem dicitur fuſulata quia totaliter fit de fuſulis de quibus fuſulis plus patebit in dicendis: Set qui habet iſta Arma PORTAT UNAM BENDAM FUSULATAM DE RUBRO IN CAMPO AUREO. Et Gallice ſic, *Il port d'or ung bend fuſulete de gowlez.* Et iſta benda frequenter portatur in Burgundia.



De diversis borduris.

BOrdure, sive fimbrie multe & diverse reperiuntur, & portantur in Armis. Quarum quedam sunt plane, quedam ingradate, quedam talentate, quedam plane pulverizate, quedam scaccate, quedam gobonate, & quedam invecte, De quibus singulis patebit in ordine. Et primo de fimbriis sive borduris planis, ut hic. Et illa fimbria sive bordura tunc vocatur plana quando fit solum de uno solo colore ut patet. Et habens ista Arma PORTAT TRES ROSAS AUREAS IN CAMPO ARGENTEO, CUM UNA BORDURA SIVE FIMBRIA DE RUBIO. Et Gallice sic, *Il port d'argent trois rosez d'or & ung bordure de gewlez.*



De Armis cum bordura ingradata.

ARma cum bordura ingradata quandoque portantur, ut hic. Et talis fimbria sive bordura vocatur fimbria ingradata, quia ejus color gradatim infertur in campum Armorum, ut patet. Et horum Armorum possessor PORTAT ARMA DE AURO FIMBRIATA, SIVE BORDURATA DE NIGRO INGRADATA, CUM UNO LEONE RAPACI DE RUBIO. Et Gallice sic, *Il port d'or ung bordure engrailee de sable ung leon rampant de gewlez.*



De

De bordura talentata.

QUandoque portantur in Armis una fimbria sive bordura, ut hic, que est talentata. Et hic non est necesse exprimere colorem talentorum, quia talenta sunt semper aurea. Et ista Arma olim pertinebant domino Duci *Cornubie*, qui PORTAVIT UNUM LEONEM RAPACEM RUBIUM IN CAMPO ARGENTEO BORDURATO CUM NIGRO TALENTATIM. Et Gallice sic, *Il port ung leon rampant de gewlez en argent bordure de sable talentee.*



De bordura pulverizata.

POrtatur aliquando bordura in Armis pulverizata. Et vocatur bordura pulverizata quando in illa bordura sive fimbria fit aliqua pulverizatio, ut hic, de rosis, & de maculis, aut parvis crucibus. Et ipse rose, sive macule, aut parvule cruces non computantur sub certo numero, quia numerus ipsius pulverizationis excedit numerum novenarium, & tunc vocatur illa bordura pulverizata. Et PORTAT UNUM SCUTUM DE RUBIO CUM DUOBUS SIGNIS CAPITALIBUS DE NIGRO CUM UNA BORDURA AUREA PULVERIZATA CUM ROSES RUBEIS. Et Gallice sic, *Il port de gewlez deux chyuerons de sable & ung bordure d'or pondree des roses de gewlez.*



De borduris scaccatis.

HAbemus adhuc aliam fimbriam, sive borduram in Armis que bordura scaccata vocatur. Et vocatur hec bordura scaccata, quia fit de duobus coloribus ad modum scaccorum, ut hic. Et qui habet ista Arma PORTAT UNAM CRUCEM RUBIAM PLANAM IN CAMPO ARGENTEO CUM UNA BORDURA SCACCATA DE ARGNTO ET NIGRO. Et Gallice sic, *Il port d'argent, borduree checke d'argent, & sable, ung crois plain de gewlez.*




De borduris gobonatis.



SUnt autem ulterius Arma alio modo fimbriata sine bordurata, ut hic. Et ista fimbria sive bordura vocatur gobonata, quia fit de duobus coloribus quadrate cōjunctis. Et sunt Arma domini mei Ducis *Glouceſtrie*, &c. qui PORTAT INTEGRA ARMA FRANCIE ET ANGLIE QUARTERIATA, CUM UNA BORDURA GOBONATA DE ARGENTO ET NIGRO. Et Gallice sic, *Il port lez Armes de Fraunce & D'engleterre quartelez ovesque ung bordure gobone d'argent & d'asor.*


De bordura facta coloribus invectis.



FIt & alia fimbria sive bordura in Armis de duobus coloribus invectis, ut hic. Et ideo vocatur hec bordura invecta quia fit de duobus coloribus simul invectis. Et qui hec Arma portat, PORTAT ARMA QUARTERIATA DE AURO ET RUBIO CUM UNA BORDURA DE ARGENTO ET AZORIO SIMUL INVECTIS.


Et

Et Gallice sic, *Il port quartlee d'or & de gewlez ovesque ung bordure verree d'argent & d'asor.* Set in istis borduris est magna discordia inter pretendentes se expertos in ista materia, ut specialiter patet in Armis olim Comitis *Marchie*, an dici debeant Arma illa bordurata an non, ut hic. Et quidam dicunt quod non, ponentes quandam discretionem mirabilem, affirmantes quod dictus Comes *Marchie*, qui *Rogerus de Mortuo Mari*, dum vixerat, vocabatur, portavit ARMA PALATA BARRATA ET CONTRA CONATA DE AURO CUM UNO SIMPLICI SCUTO DE ARGENTO. Et Gallice sic, *Il port palee barree girone d'asor & d'or, & un escu simple d'argent.* Et multis placere videbatur ista opinio. Que tamen nullo modo potest esse vera, quia si Arma ista fuerint contra conata, ut supra dictum est, tunc angulus inferior sive conus horum Armorum non posset esse unius coloris, ut de facto est. Insuper certum est quod in Armis contra conatis, omnes coni quorumcumque colorum facta fuerint Arma, in medio scuti conati concurrunt, ut proximo exemplo patebit. Quare verius ut apparet dici potest, quod dictus Comes portavit ARMA BARRATA ET CAPUT SCUTI PALATUM ET ANGULATUM DE AZORIO ET AURO CUM QUODAM SCUTO SIMPLICI DE ARGENTO. Et Gallice sic, *Il port barree & ung chief palee cunette d'asor & d'or, & ung escu simple d'argent.*



De Armis contra conatis.

Sunt autem diversi nobiles qui portant Arma contra conata, ut hic. Et ista Arma ideo appellantur Arma contra conata, quia omnes ipsorum colores invheuntur ad unum conum, sive ad medium punctum conatim, quia omne corpus triangulum, magis longum quam latum, est omnino conatum, ut hic



hic patet. Reprobanda eſt igitur illorum opinio, qui dixerunt, quod priora Arma, videlicet, Comitis *Marchie*, fuerunt palata barrata & contra conata, pro eo quod coni prediꝯtorum Armorum non concordant, qui de neceſſitate concordare deberent ſi dicta opinio eſſet vera.

De Armis palatis in cono concurrentibus.

PRo eo quod dixi ſupra de Armis in quibus colores concurrunt in medio puncto conatim, jam ſequitur de quibuſdam Armis in quibus tres pile concurrunt in cono, ut hic. Et qui hec poſſidet Arma PORTAT TRES PILAS NIGRAS IN CAMPO AUREO. Et Gallice ſic, *Il port d'or trois pilez de ſable.* Collige tamen hic differentiam in pilis, quia quandoque ſumitur in grammatica, ſicut predictum eſt, pro una pecia meremii ſub pede pontis ponenda, vel ad aliquod ſimile opus, ut in exemplo precedenti.



De Armis pilatis ad ludendum.

QUandoque ſumitur pila pro quodam inſtrumento ad ludendum rotundo. Que pila aliquando ſervit ad manum & vocatur pila manualis, ut hic. Quandoque vero ſervit ad pedem & tunc vocatur pila pedalis. Et qui habet arma iſta habet TRES PILAS ARGENTEAS IN CAMPO RUBIO. Et Gallice ſic, *Il port de gewlez trois pelletz d'argent.*



Ulterius tamen notandum eſt, quod in iſtis figuris pilarum, quandoque faciliter errari poteſt, quare breviter eſt ſciendum quod tales poſſunt habere omnem colorem aureum. Que ſi fuerint aurei coloris talenta vocari debent,

bent, quod ſpeciale eſt in talentis que ſemper coloris aurei ſunt.

De Armis tortellatis.




SUnt eciam tortelle que ſunt notabiliter majores quam pile, ut hic. Et poſſeſſor iſtorum Armorum PORTAT TRES TORTELLAS RUBIAS IN CAMPO AUREO. Et Gallice ſic, *Il port d'or & trois torteulx de gewlez.* Ulterius nota, quod tam pile quam tortelle, & talenta, ſemper ſunt figure ſolide, rotunde & non perforate.

De Armis fontalibus.



SUnt tamen quidam qui portant tales figuras rotundas, que figure vocantur fontes, ut hic. que ſemper debent eſſe iſtius coloris, & picture, propter illud quod repreſentant aquam fontalem. Et PORTAT TRES FONTES IN CAMPO AUREO. Nec eſt neceſſe dicere colorem fontium, quia fontes ſunt ſemper albi coloris, Et Gallice ſic, *Il port d'or & trois fonteyns.*

De Armis anulatis.




SUnt inſuper alie figure rotunde que ſunt perforate quales ſunt anuli, ut hic. Et qui iſta Arma poſſidet, PORTAT TRES ANULOS AUREOS IN CAMPO NIGRO. Et Gallice ſic, *Il port de sable & trois anulettz, ou vergez d'or.*

De tractu simplici plano in Armis.



SUperius dictum est de fimbriis sive borduris in Armis depictis. Sequitur jam videre de tractibus. Et primo de tractu simplici. Et vocatur pro eo, quod remanente campo Armorum tam infra quam extra, protrahitur novus tractus de alio colore, ut hic, ad modum scuti. Et qui hec Arma possidet, PORTAT UNUM TRACTUM SIMPLICEM PLANUM DE RUBIO IN CAMPO AUREO. Et Gallice sic, *Il port d'or ung trace playn de gewlez.*

De tractu ingradato ex utraque parte.



ET iste tractus aliquando ingradatur de utraque parte, ut hic. Et qui habet ista Arma PORTAT UNUM TRACTUM EX UTRAQUE PARTE INGRADATUM DE AURO IN CAMPO RUBEO. Et Gallice sic, *Il port de gewlez ung trace engreilee de chescun coste d'or.*

De Armis Regis Scotie.



DUplicatur autem predictus tractus ut in Armis Regis *Scocie*, ut hic. Et dictus Rex *Scocie* PORTAT DUPLICEM TRACTUM CUM FLORIBUS GLADIOLI CONTRA POSITIS ET UNO LEONE RAPACI DE RUBIO IN CAMPO AUREO Et Gallice sic, *Il port d'or ung double trace flourete countre, & ung leon rampant de gewlez.*

De


De tractu triplicato.

SUnt insuper alii qui habent istum triplicatum & quatriplicatum : ut nuper vidi in Armis Episcopi *Cenomanensis*, qui PORTAVIT pro Armis suis UNUM TRACTUM TRIPLICATUM DE NIGRO IN CAMPO AUREO, ut hic. Et Gallice sic, *Il port d'or ung trace triple de sable.*



De tractu simplici cum duobus coloribus invectis.

SUnt autem quidam nobiles qui portant unum tractum simplicem de duobus coloribus invectis, ut hic. Et qui ista Arma possidet, ipse PORTAT UNUM TRACTUM SIMPLICEM DE COLORIBUS AZORIO ET ARGENTEO INVECTIS, IN SCUTO AUREO. Et Gallice sic, *Il port d'or un trace simple verre d'asor & d'argent.*




De Fissuris.

IN precedentibus dictum est de bendis, & earum differentiis : Nunc dicendum est de fissuris. Que quidem fissure in sinistro cornu scuti incipiunt, & protrahuntur ad dexteram partem scuti inferius, ut hic. Et iste fissure tot modis variantur quot modis fiunt predicte bende. Fiunt namque Fissure plane, ingradate, invecte & fusulate ut supra dixi in materia bendarum. Et istas fissuras portare solent, & saltem deberent bastardi. Et tunc ista fissura vocatur baculus, Gallice *Baston.* Sed communiter vocatur fissura,



pro eo quod findit arma paterna in duas partes, quia ipſe baſtardus finditur & dividitur a patrimonio ſui patris. Et ſic talis baſtardus prohibetur portare Arma integra ſui patris ob reverentiam ſui ſanguinis, ſet ipſa portare poteſt, cum tali tamen fiſſura ſive baculo, ut predixi, ad ſue baſtardie finalem declarationem & ad differentiam proprii heredis ſui patris. Cum vero talem fiſſuram in Armis habueris planam, ſeu ingradatam, invectam, vel fuſulatam de ipſa dic ſicut ſuperius in materia bendarum planius eſt expreſſum. Baſtardus vero ille qui predicta Arma poſſidet, PORTAT UNAM FISSURAM NIGRAM IN CAMRO AUREO. Et Gallice ſic, *Il port d'or & ung fees de ſable.*


De Armis capitatis.



SUnt autem quidam nobiles qui portant arma capitata, ut hic. Et nota quod tunc Arma illa vocantur capitata quando ſuperior pars ſcuti, videlicet caput ſit de uno colore, aut ex diverſis coloribus: & illa pars non extenditur ad medium ſcuti ut hic. Et nota quod in iſtis capitibus eſt bonus modus portandi Arma diverſa, ut forte aliquis nobilis habet multas terras, grandia dominia per matrem ſuam, propter quas terras maternas intendit portare Arma ſue matris, ut eſt juſtum: ſet quia deſcendit de patre nobili, vel generoſo, per quem habuit aliquod ſimplex patrimonium, tunc talis nobilis, ſi voluerit, poteſt portare integra Arma ſue matris in parte inferiori ſui ſcuti. Et in tali capite, ut predixi, poteſt ipſe, ſi voluerit, portare integra Arma patris ſui. Et ille qui habet iſta Arma PORTAT UNUM SIGNUM CAPITALE DE NIGRO ET TRES ROSAS RUBIAS IN CAMPO AUREO, CUM UNO CAPITE RUBIO ET TRIBUS TALENTIS IN EODEM. Et Gallice ſic, *Il port d'or ung cheveren de ſable, & trois roſes de gowlez; ung chef de gewles & trois beſauntez en la meſme.*


De

SUnt insuper alii nobiles qui portant in Armis suis unam quartam, sive unum quarterium alterius coloris differentis a colore, sive coloribus scuti, ut hic. In quibus dicendum est, quod talis nobilis PORTAT ARMA PALATA DE AURO ET AZORIO CUM UNA QUARTA HEREMITICA. Et Gallice sic, *Il port palee d'or & d'asor ung quart d'ermyn.* Et nota quod habendus est respectus ad colorem illius pali qui ascenderet ad dexterum cornu scuti, si ipsa quarta ibidem non foret, Et in illo colore incipiendum est in discretione istorum Armorum, ut superius dictum est.



De Armis scaccatis.

ULterius enim videmus quod aliquando Arma sunt scaccata, & vocantur Arma Scaccata quando formãtur de duobus coloribus ad modum scaccorum, ut hic. Et ista Arma recipiunt multas differentias, ut in capitibus, in quartis sive quarteriis, in barris, & bendis, & quandoque in signis capitalibus, de quibus dicetur in sequentibus. Et habens ista Arma PORTAT ARMA SCACCATA DE AURO ET ASORIO. Et Gallice, *Il port chekke d'or, & d'asor.*



De

De signis capitalibus, que Gallice vocantur Cheverons.



HAbemus autem multociens in armis quedam signa que vocantur signa capitalia, ut hic. Que quidem signa de facto primo per Carpentarios & domorum factores portabantur. Et in latino sermone vocantur tigna, & Gallice vocantur *Cheverons*, quia domus nunquam perficitur, quousque, ad modum capitis, illa tigna super ponantur. Et duo talia tigna conjuncta, & adinvicem copulata faciunt unum signum capitale. Quandoque portantur duo talia signa in Armis, quandoque tria, & aliquando quatuor, ut est notum. Item aliquando istud signum defertur in Armis ingradatum. Et tunc, illa Arma deferens, dicitur portare UNUM SIGNUM CAPITALE INGRADATUM DE NIGRO IN CAMPO AUREO, ut hic. Et Gallice sic, *Il port d'or ung cheveron de sable.*




Item in istis signis capitalibus quandoque oritur dubium in eorum declaratione sive discretione, quando fiunt de diversis coloribus transmutatis, ut hic. Et tunc habens talia Arma, PORTAT ARMA QUARTERIATA DE ARGENTO ET NIGRO, CUM UNO SIGNO CAPITALI DE DICTIS COLORIBUS TRANSMUTATIS. Et Gallice sic, *Il port quartelee d'argent & de sable, & ung cheveron chaungee l'ung de l'autre.* Item variantur ista signa capitalia in Armis partitis secundum longum, ut hic. Et habens ista Arma PORTAT ARMA PARTITA SECUNDUM LONGUM DE COLORIBUS RUBIO ET AURO, CUM UNO SIGNO CAPITALI DE DICTIS COLORIBUS TRANSMUTATIS. Et Gallice sic, *Il port partiee du long de gewlez & d'or, ung cheveron chaungee l'ung de l'autre.*



Oritur insuper aliud dubium in tali modo por-

portandi Arma. Et vidi quosdam Haraldos pretendentes se peritos in hac materia mirabiliter sompniare. Verumptamen non oportet multum dubitare de eis ut opinor. Nam qui ista habet Arma, PORTAT DUAS PARTES CAPITIS SCUTI DE RUBIO, ET TERCIAM PARTEM DE ALBO, AD MODUM SIGNI CAPITALIS, ET TRES ROSAS DE EISDEM COLORIBUS TRANSMUTATIS. Et Gallice sic, *Il port lez dex parties du chief de gewlez & le troisime d'argent partiez en maner du chiveron, & troies rosez l'ung de l'autre.*



De Armis umbratis.


CAvendum etenim est de Armis umbratis, de quibus partim superius dixi in capite de Cruce umbrata. Pro quorum quidem Armorum discretione, quidam forte hujus artis ignari sument regulam precedentem, videlicet de coloribus transmutatis, ut sepius vidi. Sunt itaque certi nobiles, & generosi in *Anglia* qui portant diversas umbras in suis Armis, ut hic. Et qui ista Arma habet, PORTAT UNUM LEONEM RAPACEM UMBRATUM IN CAMPO AUREO. Et Gallice sic, *Il port d'or & ung Leon umbree.* Et credo quod tales qui portant tales umbras habuerunt suos progenitores portantes eadem non umbrata set integra, quorum quidem progenitorum parrimonia & possessiones ad alios descenderunt. Quorum tamen nepotes in optima spe viventes, & dicta patrimonia sive possessiones habere sperantes, suorum progenitorum Arma portant umbrata ut hic, omnes alias differentias supradictas dimittentes: quia habito dicto sperato parrimonio, facilius est ipsum Leonem predictum sub colore illo portare sub quo progenitores sui illum portaverunt, & sic eadem Arma portare quam pro-



progenitorum suorum Arma dimittere prius, & posteâ illo habito patrimonio Arma illa de novo assumere.

De Armis duplicibus.


Quidam autem sunt nobiles qui portant Arma duplicia, ad modum unius duplicis tunice, ut si quis forte habens unam tunicam de colore aureo, duplicatam cum rubio, vult jaggare vel scindere superiorem partem sue tunice, & dictas jaggas sive scissuras modicum elevare, & eas cum parvulis campanis, vel aliis foliis, sive floribus argenteis pulverizare, ut hic. Et talis PORTAT ARMA SUPERIUS SCISSA ET JAGGATA DE AURO, ELEVATA SUPER RUBIUM COLOREM, PULVERIZATA CUM PARVIS CAMPANIS SIVE SONETTS DE ARGENTO. Et Gallice sic, *Il port d'or decoppee sur gewlez poudree dez petitez sonetts d'argent.* Et nota quod ista Arma variantur secundum ymaginationem portancium. Aliquando namque portantur Arma pulverizata, ut supradictum est, & aliquando simpliciter plana. De qua quidem scissura sive jagga subtiliter cavendum est. Nam vidi multos Armorum Haraldos, & alios de discretione Armorum intromittentes, eggregie deceptos in illa scissura sive jagga. Et tamen non est nisi trufa si integritas duorum colorum recte concipiatur.



Variatur autem supradictus modus portandi arma duplicia, ut hic. Et nota quod in istis Armis sunt 3. pecie ad modum barrrarum ablate de superiori parte tunice duplicate ut predixi per quarum quidem peciarum foramina aperte & clare ostenditur dicte tunice duplicatura, vel saltem color ejus. Et Gallice sic, *Il port de gewlez decoppe ou voyde sus or en manere de trois barrez.* Et dico quod PORTAT DE RUBIO ABLATO SIVE EVACUATO SUPER AURUM AD MODUM TRIUM BARRARUM.





RUM: Quia non ſunt vere barre, quia non extenduntur totaliter per predicta Arma, ſicut deberent ſi eſſent vere barre. Item variatur iſte modus ſcindendi ſive jaggandi, ut hic. Et ſunt ARMA ARGENTEA DUPLICATA DE NIGRO in forma predicta. Et Gallice ſic, *Il port d'argent decoppee ſus ſable.* Tene menti hanc Regulam pro tunicis duplicatis, quia diverſe ymaginationes fiunt in eis ut multociens vidi. Verumptamen non vidi talia Arma durare uſque in terciam vel quartam progeniem que a ſciſſoribus habuerunt originem; quia ſpuria vitulamina non dabunt radices altas, neque ſtabile firmamentum collocabunt.



De Fuſulis.

SUnt autem generoſi, & multi nobiles qui portant in ſuis Armis fuſulos, de quorum numero fuit dominus meus ſpecialiſſimus qui PORTAVIT TRES FUSILOS RUBIOS IN CAMPO ARGENTEO, ut hic. Que quidē Arma portavit ratione certarum terrarum ad Baroniam *de Monte Acuto* pertinentium. Et Gallice ſic, *Il port d'argent trois fuſelez de gewlez.* Et nota quod quandoque portantur tres fuſuli vel duo aut plures uſque ad numerum novenarium, quem ſi excedant dic quod illa Arma ſunt pulverizata de fuſulis & non alias. Et ſic generaliter nota quod ſi aliquid portetur in Armis ultra numerum novenarium, tunc ipſa Arma quecumque fuerint dicentur pulverizata, Et aliquando portatur unus fuſilus per ſe, ut hic. In qua materia vidi quoſdam dubitare. Tamen qui habet iſta Arma PORTAT, de facto abſque aliqua dubitatione, DE RUBIO CUM UNAM FUSULO AUREO. Et Gallice ſic,





Il port de gewlez ung fisull d'or. Item adhuc.



Fusulus iste aliquando portatur de diversis coloribus, ut hic. Et tunc est fortius dubium quomodo talia Arma sunt discernenda, set dic quod habens ista Arma, PORTAT ARMA BARRATA EX TRANSVERSO DE ALBO ET NIGRO CUM UNO FUSULO EX EISDEM COLORIBUS TRANSMUTATIS. Et Gallice sic, *Il port partiee de travers d'argent & sable, & ung fusull de mesmes colours l'ung de l'aultre,* ut supradixi in aliis Armis. Item tales fusuli aliquando portantur per modum bendarum sive unius bende, ut hic. Et tunc dicendum est quod habens hec Arma, PORTAT UNAM BENDAM FUSULATAM DE RUBIO IN CAMPO AUREO. Et Gallice sic, *Il port d'or ung bende fusulee de gewles.* Item quandoque portatur in Armis una barra fusulata, ut hic. Et tunc dicendum est quod habens talia Arma, PORTAT DE ARGENTO CUM UNA BARRA FUSULATA DE RUBIO. Et Gallice sic, *Il port d'argent ung barre fusulee de gewlez.* Sic ergo patet modus portandi fusulos ut creditur in universo. Et nota quod quidam dicunt quod predicta Arma inceperunt ab uno textore, pro eo quod textores utuntur talibus fusulis de lana filata factis. Et hic notanda est differentia inter fusulos, masculas, & losengas; quare sciendum est quod fusuli sunt semper longi. Item fusuli sunt strictiores in angulis transversalibus quam sunt mascule. Et mascule sunt latiores in dictis angulis transversalibus, ut hic. Et crassiores in longitudine quam fusuli, ut predixi. Et habens ista Arma, PORTAT DE RUBIO SEX MASCULAS DE AURO. Et Gallice sic, *Il port de gewlez & vj masculez d'or.* Et








Et iste mascule quandoque sunt perforate, ut supradixi in capite de cruce masculata ut hic. Et nota quod illa Arma vocantur masculata in quibus dicte mascule incipiunt plenissime in dextro angulo scuti, ut hic, & terminantur versus partem sinistram, Que tamen Arma de facto sunt palata & dividuntur in tres palos si subtiliter concipiantur. Et habens ista Arma, Portat Arma Masculata De Argento Et Asorio. Et Gallice sic, *Il port d'argent & asore masculee.* Item losenge nullo modo fiunt nisi in Armis bendatis. Et habebis clarissimam differentiam inter predicta masculata Arma & bendata in picturis eorundem, ut hic. Nam losenge semper stant recte ita videlicet ejus angulus superior respicit in caput scuti, ubi semper talis angulus superior mascule respicit vel dextrum cornu scuti vel sinistrum ut patet in exemplo proximo precedenti. Sic ergo habemus differentiam signorum predictorum, fusulorum videlicet, masculaarum, & losengarum. Item dicti fusuli nunquam reperiuntur perforati, neque losenge supradicte perforantur.






De Saltatoriis.

Est aliud autem signum in Armis per diversos nobiles portatum quod appellatur Saltatorium & fit ad modum quasi crucis Sancti *Andree*, ut hic. Et assimilatur secundum quosdam cuidam instrumento posito in diversis parcis quod tamen est mire magnitudinis ad comparationem hujus signi. Et est bene notum quod in multis locis & parcis talia saltatoria ordinantur ad recipiendum feras bestias que semel ibidem intrantes per ipsum saltatorium non iterato



exire possunt. Quare olim ista signa dabantur divitibus & avaris, qui multos thesauros congregantes illos raro vel nunquam refundunt. Et qui habet ista Arma Portat De Auro Et Unum Saltatorium De Asorio. Et Gallice sic, *Il port d'or ung saultier d'asor.* Et nota quod ista, Saltatoria aliquando ingradantur, ut hic. Et tunc vocantur saltatoria ingradata, ut superius in multis locis ut de Cruce ingradata, & de barris & bendis ingradatis. Et qui ista Arma habet, Portat Unum Saltatorium De Nigro In Campo Aureo. Et Gallice sic, *Il port d'or & ung saultier ae sable engreile.* Quandoque vero portantur plura saltatoria in uno scuto, forte duo vel tria, ut hic. Et tunc qui possidet ista Arma, Portat Unam Barram Planam Et Tria Saltatoria Ingradata De Rubio In Canpo Argenteo. Et Gallice sic, *Il port d'argent ung barre pleyn & trois saultiers engreilez de gewlez.*





Ulterius est diligenter notandum quod cum dicimus talis dominus portat tria talia signa, quomodo vero ista tria signa ponuntur in Armis & portantur non dicimus; quia aliquando illa tria signa ponuntur in scuto ad modum pali, & tunc vocantur signa palata, ut hic. Et qui habet ista Arma Portat Tres Coronas De Auro Palatas In Campo Asorio. Et Gallice sic, *Il port d'asor & trois coronez d'or paleiz.* Quandoque vero illa tria signa portantur barrata, ut hic. Et tunc qui ista Arma possidet Portat Tres Coronas Aureas Barratas In Campo Asorio. Et Gallice sic, *Il port d'sore & trois coronez barrez d'or.* Quandoque vero, & communissimo modo talia tria signa





ſigna portantur in Armis, videlicet in angulis ſcutorum, ut hic. Et tunc non oportet dicere quod ipſa tria ſigna portantur in *Angulis* ſcutorum quia eſt modus portandi tria ſigna communiſſimus & famoſus. Dicendum eſt igitur, quod talis dominus PORTAT DE AZORIO ET TRES CORONAS AUREAS non exprimendo loca. Et Gallice ſic, *Il port d'aſore & trois coronez d'or.* Reſtat tamen adhuc novum dubium. *Petrus* quidum vocatus *de Rupibus*, olim Epiſcopus *Wintonienſis* PORTAVIT IN ARMIS SUIS TRES PISCES EJUSDEM NOMINIS, quos in vulgari noſtro **Roches** appellamus, quos eciam ipſe portavit ratione ſui nominis. In quibus quidem Armis dubitatur an ſufficiat dicere in ipſorum diſcretione quod ipſe portavit tales tres piſces tantum. Et certe videtur mihi quod non propter regulam precedentem. Sed dicendum eſt quod ipſe *Petrus de Rupibus* PORTAVIT TRES HUJUSMODI PISCES ARGENTEOS NATANTES IN CAMPO NIGRO. Et Gallice ſic, *Il port de ſable & trois Rochez najantz d'argent.* Et tunc ad Arma *Galfridi Lucy* dicendum eſt quod ipſe PORTAVIT TRES LUCIOS AUREOS IN CAMPO RUBIO, ut hic. Et Gallice ſic, *Il port de gewlez & trois lucez d'or*, que quidem diſcretio ſive declaratio hic ſufficit, quia dicti piſces ſunt in propriis ſuis locis ut predixi in Regula precedenti. Simile quidē dicimus ad Arma domini Ducis, qui de facto nuper PORTAVIT DUOS BARBELOS AUREOS ADINVICEM TERGA VERTENTES IN SCUTO AZORIO PULVERIZATO CUM CRUCIBUS CRUCIATIS FIGITIVIS DE AURO. Et Gallice ſic, *Il port d'aſore poudree dez crois crocelez fichez & deux Barbeulx dors au dors d'or.*







Nobilis



NObilis quidam Baro Dominus de *Andeleia* in regno *Anglie*, PORTAT IN SUIS ARMIS UNAM FRETTAM, ut hic. Que quidem fretta in multis eciam Armis diverſorum generoſorum invenitur aliquando rubia aliquando aurea & quandoque nigra & quandoque eſt ſimpla quandoque dupla & quandoque tripla & quandoq; multiplicatur per totum ſcutum ut hic patet. Hic inſuper colligere debes unam magnam differentiam inter Arma bendata, & iſta que fiunt cum prædictis frettis. Quare notandum eſt quod in Armis bendatis colores contenti equaliter dividuntur. Set in iſtis frettis campus ſemper remanet integer, ut hic. PORTAT namque dictus Dominus de *Audeley* ARMA FRETTATA DE AURO IN CAMPO RUBIO. Et Gallice ſic, *Il port de gewlez ung frecte d'or.*





POrtantur autem animalia ſalientia, de quibus in precedentibus non feci mentionem, ut hic. Quicumque vero habuerit iſta Arma PORTAT DE RUBIO UNUM LEONEM SALIENTEM DE ARGENTO. Et nota quod talis Leo vocatur ſaliens pro eo quod pes ejus dexter aſcendit ad dexterum angulum ſcuti, & pes ejus ſiniſter ex eadem parte corporis dextera deſcendit in pedem ſcuti. Et Gallice ſic, *Il port de gewlez ung Leon ſaliant d'argent.* Iſte idem modus obſervatur in omnibus animalibus quatuor pedes habentibus, in leonibus, leopardis, equis, urſis, canibus cum ſimilibus.

De

De lingulis sive labellis.



SUnt insuper diversi nobiles qui portant LINGULAS, sive LABELLAS, ut hic. Pro quibus est sciendum quod tales lingule sive labelle non dicuntur proprie signa, set differentie signorum, ut quando est ita quod aliquis habet plures filios legitimos, tunc primus filius qui est sui patris heres portabit integra Arma sui patris cum aliqua modica differentia, ut hic. Cui specialiter attribuitur LUNA CRESCENS, quia ille filius est in spe crescendi, & augmentationis patrimonii, vel aliqua alia parva differentia ut modica macula, vel crux parva cruciata, vel aliqua consimilis differentia. Secundus vero frater portabit consimiliter Arma paterna integra cum TRIBUS LINGULIS SIVE LABELLIS ad differentiam, & in signum quod ipse est tertius qui ipsa Arma portat, ut hic. Item tercius frater si fuerit portabit QUATUOR LINGULAS SIVE LABELLAS, in signum quod ipse est quartus qui ipsa Arma portat, ut hic. Quorum videlicet pater est primus, Heres est secundus, Frater secundus est tercius portans ut predixi. Et sic ex consequenti tercius frater portabit quatuor lingulas, & sic deinceps si fuerint plures fratres, quorum quidem filii portabunt easdem lingulas. Et in casu quod predictus secundus frater qui portat tres lingulas sive labellas habent duos filios, Certe ipsorum primus qui est heres sui patris, portabit illa Arma integra que suus pater portat cum tot lingulis & aliqua modica differentia ut predixi. Secundus








vero

vero frater ejus portabit integra Arma sui patris, cum eisdem lingulis quas suus pater portat & non pluribus, cum aliqua bordura sive fimbria, ut supradixi in capitulo de borduris sive fimbriis. Et si fuerit tercius frater ille tunc portabit Arma paterna cum eisdem lingulis & alia bordura alterius coloris ad differentiam sui fratris. Quorum autem filii portabunt suas differentias non in Armis illis paternis set in borduris supradictis. Quorum quidem Armorum sequntur exempla.



De aliis autem signis que in Armis inveniuntur, ut de floribus, foliis, & aliis hujusmodi mirabilibus non sufficio hic dicere. Sed generaliter scias quod ad omnia illa Arma que ego in diebus meis vidi, habes Regulas, ut credo, sufficientes ad dicendum super eorum discretione, & declaratione naturaliter, dum tamen ad ea declaranda vel discernenda nimis avidus non fueris, vel festinans, quia ad pauca respicientes de facili pronunciant, ut *C. de assessoribus l. nemo, & ibi bene per Accursium.* Et diligentia quadam dictas Regulas faciliter non pretereas, quia

Qui binos lepores una sectabitur hora :
Uno quandoque, quandoque carebit utroque.

Quia

Pluribus intentis minor est ad singula sensus :

ut Instit. de justitia & jure § hiis itaque. Nunc

NUnc autem ad queſtionem ſepius motam, videlicet nunquid Arma ex largitione Principum vel aliorum Dominorum ſunt meliora, aut tante dignitatis, ſicut Arma propria auctoritate aſſumpta? cum ſuperius dictum ſit quod licitum eſt unicuique nobili ſibi Arma aut Inſignia ad libitum aſſumere. De qua queſtione aliqua dixi ſupra li. pr. ca. quid ſit feudum, &c. in verbo oſtenditur prope finem cap. Ad cujus quidem queſtionis intellectum notandum eſt quod quatuor modis habemus Arma aut inſignia. § Primo modo, Habemus noſtra Arma que portamus ex parentela noſtra, qui modus eſt communis & famoſus. In quo non oportet diu ſtare, quia optime approbatur modus ille. § Secundo modo Habemus Arma per noſtra merita ut clariſſime patet per ea que ſupradixi in lib. tertio in cap. de colore rubio, ubi tractavi de appoſitione Armorum Regis *Francie* facta Armis Domini noſtri ſuppremi Domini *Henrici* nunc Regis *Anglie* per ipſum invictimum Principem *Edwardum* primogenitum *Edwardi tercii* tunc Regis *Anglie*, poſt capturam dicti Regis *Francorum Johannis* in bello de *Poyters*. Que quidem appoſitio licita fuit & juſte facta, ut ibi dixi. Sic autem potuit alius pauper ſagittarius unum cepiſſe Principem, vel alium notabilem Dominum, Cujus quidem priſonarii per eum ſic capti Arma ſibi & heredibus ſuis juſte adquiruntur, ut ibi dixi. § Tercio modo Habemus Arma que portamus ex largitione Principis & aliorum Dominorum. Et hic nota, quod illa Arma que habemus ex largitione Principis non recipiunt queſtionem, quoniam nec hoc Princeps vult, *ut Inſtitut. de jure naturali Gentium & civili § ſed quod placuit Principi*, niſi aliquis ipſa Arma prius portaverit. Quod quidem meum eſt juſto titulo, poſtea ſine facto meo a me evelli non debet, nec hoc facere Princeps poteſt, *ut C. de legibus in l. digna vox*, qui quamvis legibus ſit ſolutus, legibus tamen ſe vivere profitetur. § Quarto modo. Habemus illa Ar-

ma que portamus assumpta ex propria auctoritate, ut hiis diebus aperte videmus quomodo multi pauperes in guerris *Francie* laborantes facti sunt nobiles, quidam per suam prudentiam, quidam per strenuitatem, quidam per fortitudinem, quidam per alias suas virtutes, que, ut supradixi, homines nobilitant quorum multi ex sua propria auctoritate Arma portanda sibi & suis heredibus assumpserunt, quorum insuper nomina non oportet hic retexere. Fateor tamen quod Arma sic assumpta quamvis libere & licite portentur adhuc tante dignitatis aut auctoritatis esse non possunt, sicut illa sunt que Principum aut dominorum auctoritate indies largiuntur. Arma tamen propria actoritate assumpta, si tamen alius illa per prius non portaverit, sunt satis valida. Nec invenio cautum quin talia Arma sint satis bona auctoritate illius legis, *ad recognoscendum C. de ingenuis manumissis & lege facta in § si vero nominis F. ad senatusconsultum Trebellianum, & legis qui prior F. de regulis juris.* Nec approbare audeo opinionem quorundam dicentium quod Haraldi possunt dare Arma, set dico, si que talia Arma portentur, per Haraldum aliquem cuicumque collata, quod illa Arma non sunt majoris auctoritatis quam illa que auctoritate propria sunt assumpta.

TOto igitur opere hujus incompositi libelli in quatuor libris seriosius consummato, duxi metam imponere dicendis. Quia tamen propriam insufficientiam recognosco, meipsum correctioni prudentium subicio ut defectus suppleant, & corrigant corrigenda. Sed quia scriptum est quod unaqueque scientia quot habet ignorantes tot habebit & hostes, queso ut corrigere volens non prius ad limam correctionis se divertat, quam totum opus prius perlegat, & perquirat, *ut F. de legibus l. incivile.* Predicta insuper licet incocta, brevitatis & insolertie causa, desidero ut sufficiant, super operis mei imperfectione veniam postulans a lectore. Et licet hoc opus-

opuſculum mee ſimplicitati indubitatum appareat, tamen quia legitur in *Authentica de tabellionibus circa medium*, Quod nichil eſt adeo indubitatum nec tam maturo conſilio digeſtum quod quandam ſubtilem non recipiat dubitationem, Idcirco omnibus benevolis me ſubmitto, ut que corrigenda viderint, non violenti animo ſet benigno corrigant & emendent.

Explicit Libellus de Militari Officio.

MAGISTRI

JOHANNIS

DE

BADO AVREO

TRACTATUS

DE ARMIS;

CUM

Francisco de Foveis.



Londini, Typis *R. Norton*, 1654.



MAGISTRI JOHANNIS DE BADO AUREO TRACTATUS DE ARMIS; CUM FRANCISCO de FOVEIS.



Uoniam de armis multociens in clipeis depictis singula discernere & describere inveniatur difficile, ad instantiam igitur quarundam personarum, & specialiter Domine *Anne* quondam Regine *Anglie* hunc libellum compilavi, sequens in parte dogmata ac traditiones excellentissimi Doctoris & Preceptoris mei magistri *Francisci de Foveis*, omnipotentis Dei nomine primitus invocato sub hac forma procedam

Primo ponam differentias colorum, & quis ipsorum dignior vel nobilior inveniatur.

Secundo qualia signa in armis portanda sunt, & qualiter, ac quid per ipsa signa representatur.

Tertio & ultimo pandam quomodo scietur per quantum arma vel insignia habita distent a primo assumente.

ET PRIMO pro nobilitate colorum discernenda quis ipsorum nobilior dicatur, Premitto primo notata Domini *Bartholi* in suo tractatu de armis pingendis circa medium, & illa que notantur per Philosophum in libro *de sensu & sensato* per totum; ubi dicitur, *Omnis color mundi dicitur nobilior vel inferior duobus modis, aut color dicitur nobilior secundum se, aut secundum quod magis participat de albedine vel minus.* Et si primo modo loquamur de coloribus, verum est, quod non sunt plures colores quam duo, scilicet ALBUS COLOR ET NIGER, sed omnes alii colores fiunt & descendunt ex ipsis, ut plene notatur per ipsum Philosophum in libro suo *de sensu & sensato.* Corrige tamen Dominum *Bartholum* in grammatica, qui dicit quod color niger est vilissimus, cum ad positionem gradus superlativi requiruntur tria ad minus, quare dic, ut dicit magister meus *Franciscus*, quia in armis duo colores principales inveniuntur scilicet ALBUS ET NIGER, & omnes alii colores artificialiter fiunt ex illis, ut AZORIUS COLOR, AUREUS, ET RUBEUS. Et ratio quare ego premitto colorem azorium aliis, quia color ille ex commixtione colorum albi cum nigro resultat non alia data opera; sed alii colores ex pluribus materiebus albis & nigris una cum operatione ignis vel aque fiunt & suam recipiunt claritatem. De quibus coloribus omnibus & eorum rationibus currente stilo tractabo.

De Colore albo.

COLOR autem ALBUS ideo dicitur nobilior, quia potest in loco distantiori & remotiori percipi & videri, ut cotidie videmus. Item, quia per colorem album lux designatur, & contrarium lucis sunt tenebre que nigredinem significant, ergo illud quod per tenebras designatur non est ejusdem valoris cum albedine. De isto est Dominus *Bartholus* in tractatu suo de armis pingendis, in effectu

effectu, & concordat cum eo commentator *Averoys* in libro *de sensu & sensato.*

De Colore azoreo.

COlor autem proximus, ut dixit magister meus *Franciscus*, est Color Azoreus, quia per ipsum repræsentatur nobilis aier, qui equale est receptaculum tam lucis quam tenebrarum, & est color medius primus.

De Colore aureo.

INter colores autem medios secundus est Color Aureus, quià aurum ab aura est dictum, ut dicit *Ysidorus* libro xvi. eo quod ex repercussione aure plus refulget. Naturale enim est ut metallorum splendor plus splendeat luce alia repercussus. Inter que metalla plus splendet aurum ab aura repercussum. Color itaque aureus ideo nobilior dicitur, quia colorem Solis representat, & per Solis virtutem in minera generatur. Color iste tamen non est tanti valoris quanti est color albus, sed ab illo colore scilicet albo, lucem suam essentialiter capit & claritatem, ut sufficienter patet per premissa. Cum isto concordat *Bartholomeus* de proprietatibus rerum, in capitulo suo de auro. Et si volueris argumentari dicendo, quod hoc aurum est metallum nobilissimum, ergo sic ejus color. Ad hoc responde, ut respondit *Bartholomeus* de proprietatibus rerum, in capitulo supradicto, dicens, quod plus de argento vivo quam de sulphure albo ad compositionem auri recurrere consuevit; quare dico, quod ex ipsis materiebus albis aurum capit suam soliditatem, & etiam nobilitatem. Concordat cum *Bartholomeo Ricardus Rufus* qui multum tractavit de metallis.

De

De Colore rubeo.

COlor autem Rubeus eſt color medius ab extremis albedinis & nigredinis equediſtans, qui in ſuperficie corporis perſpicui reſultat per incorporationem dati luminis ignei atque puri, & ideo intenſe rubium admodum lucidi diſgregat viſum, nec aggregat ſicut nigrum: propter quod pannorum venditores pannos ſuſpendunt rubeos ante lucem, ut videntes alios pannos coloratos propter nigredinem & rubedinem ſpiritum viſibilem diſgregantem quo minus valent colorum diſcernere veritatem. De iſto notatur per commentatorem *Averoys* in libro *de ſenſu & ſenſato*, quem etiam colorem nemini licet portare ſine Principis licentia ſpeciali, niſi ſoli Principi, ut notatur *C. de veſt. Olobriis l. iij. & li. temperentur & C. que res vendi non poſſunt l.* I. *& ij.* & huic Conſtitutioni contravenientes capite puniuntur, *ut in fine ipſius legis iij. C. de veſt. Olobriis & C. de offic. Comitis ſacrarum largitionum l.* I. Et ratio eſt, quare iſte color magis attribuitur Principi quam alius color, ut albus & niger, azorius vel aureus, quia iſte color ſignificat ferocitatem vel fortitudinem, & Principes in correctionibus, & contra inimicos eſſent feroces vel fortes jam illis hic color attribuitur ut inferius dicam.

De *Colore viridi.*

QUidam addunt alium Colorem, ſcilicet Viriedm; qui color, ut ego credo, initiū habuit ab aliquo milite hiſtrione vel gaudēte, qui nobiles non ſunt, ut dicit dominus *Bart. C. de dignitatibus l.* I. circa medium tractatus ſui. Sed quia in quorundam armis Dominorum in *Anglia* ille color non invenitur, reprehendendo in noſtrum libellum ipſum colorem admiſimus. Et pudor cauſam preſtat; Nam ne vereamur cum colorem ipſum in armis videremus ipſum diſcernere non valentes. Et ratio eſt, quia antiqui ipſum colorem inter colores Armorum non

non admiſerunt, quia videbatur illis abſurdum & inconveniens dicere, quod quis deberet dare differentiam triplicem colorum ſic dicendo, Colorum quidam ſunt principales ſecundum ſe, quidam ſunt colores medii, & quidam ſubmedii. Colores principales ſecundum ſe ſunt color albus & niger. Colores vero medii ſunt azorius, aureus & rubeus. Colores autem ſubmedii ſunt color viridis & alii ſimiles ſi inveniantur. Et ratio mea eſt quare dico illum colorem ſubmedium, quia non poteſt aliquo modo fieri ex duobus coloribus principalibus, ſcilicet albo & nigro, ſed fit duntaxat ex duobus coloribus mediis, ſcilicet ex colore azorio & aureo adinvicem mixtis: quamobrem non poteſt vocari color medius, colores medii fiunt per mixtionem aliorum duorum principalium colorum; ſic non ille, ergo non debet vocari color medius ſed ſubmedius.

Jam proximum eſt, ut videamus de rationibus probantibus unum colorem eſſe alio meliorem.

Et primo dicendum eſt, quod color albus dicitur melior propter tres rationes.

Prima eſt hec, quia color ille poteſt mutari in omnes colores medios & ſubmedios.

Secunda ratio eſt, quia non poſſumus dare contrarium directum alicujus alterius coloris niſi ipſius, vel econtra. Et ſi quis quereret quid eſſet contrarium coloris albi, ſtatim reſpondere poſſimus quod color niger eſt ejus contrarium, ſic non poſſimus reſpondere de aliquo colore medio, ergo neque ſubmedio.

Tercia ratio eſt, quia color ille, qui poteſt a loco remotiori facilius concipi quam aliquis alius color, eſt nobilior & principalior, ſed hujuſmodi eſt color albus; ergo color albus eſt color principalis & inter omnes alios dignior, & iſte due rationes ſecunde, ſunt rationes Philoſophice in loco ſuperius allegato de ſenſu & ſenſato. Et de prima ratione eſt textus, & conc. *Acurſii* in le. iij. C. de veſt. Olob. Et patet per *Bartholomeum de proprietatibus rerum* in capitulo *de coloribus*, ubi dicitur, In nullo etenim colore melius fundantur colores medii quam in albo, & quanto album eſt intenſius quod ſubſtituitur, tanto adheret fortius color

color qui ſuper inducitur, ſive ſit nigredo, ſive pallor ut color azorius, ſive candor ut color aureus, ſive rubedo fuerit.

De Colore nigro.

COLOR autem NIGER eſt privatio albi, ſicut amarum eſt privatio dulcedinis. Unde dic quod albedo eſt prima origo colorum, ſicut principium ſaporum eſt dulcedo, ut dicit *Ariſtoteles* de ſenſu & ſenſato libro xix. & ſequitur ibi. Color niger nihil aliud eſt quam privatio albedinis, & ideo nigredo eſt ſpecies viſibilis aggregativa, & ejuſdem repercuſſiva, propter quod ledit viſum quando nimis eſt intenſa, ut patet de diu incarceratis qui de carcere exeuntes parum vident, de iſtis notatur per *Boic.* in ſuis topicis, in capitulo iiij in illa Regula; *Quando unum contradictoriorum eſt verum, reſiduum eſt falſum*; quare concludo, quod color niger eſt color ſecundus in dignitate.

De Colore azorio.

COLOR autem AZORIUS qui color medius eſt, proximam in dignitate ſedem obtinet poſt colores ſupradictos, & eſt color ab albedine incipiens in nigritudinem degenerans. Eſt eciam celeſtis color propter dominium ayeritatis in ſuperficie perſpicui materie pure, & aſſimilatur Saphiro ſecundum quoſdam, aſſimilatur etiam lapidi adamanti ſecundum *Ovidium*, quia lapis ille habet colorem azorium. Et ratio eſt quare *Ovidius* aſſimilat colorem iſtum lapidi adamanti, quia lapis ille ſecundum *Dioſcoridem* eſt lapis reconciliationis & amoris. Et concordat cum eo *Bartholomeus* de proprietatibus rerum libro xvi. capitulo viij. & de ſui natura; hic color eſt maxime indicativus amoris, ut patet per *Ovidium* de arte amandi libro iij. capitulo iij. ubi dicitur.

Palleat omnis amans, hic eſt color aptus amanti. Iſtud etiam

etiam patet in hominibus amorofis, qui pre amoris magnitudine fpiritus cordis incipiunt evaporare, propter quorum nutrimentum & reftaurationem natura colorem ab exterioribus ad interiora revocat, & fic fuperficiem cutis per fubtractionem calidi fanguinis reddit azoriam five pallidam. Aliam etiam caufam affignat magifter meus *Francifcus*, affimilando colorem azorium ferro, & hoc quia ferro prius deberet Imperator coronari quam cum alio metallo, ut notāt doctores in C. veneral. Extr. de elect. & patet per *Hoftienfem* in capitulo fuper quibufdam, de verborum fignificatione, & concordat fpe. titulo fuo de R. prefent S. fi. verfus. Item quod eft autenticum, nam per ferrum defignatur fortitudo, qua fcilicet fortitudine precellere debet Imperator omnes homines, qua etiam rebelles & infideles repellere poterit & expugnare. Item adhuc & aliam rationem affignat magifter meus *Francifcus*, que eft ita. Color azorius ideo prefertur omnibus coloribus mediis, quia color ifte fuit a Deo miffus per angelum *Karolo magno*, Regi *Francorum*, tanquam pro fubjecto & fundamento fuorum armorum, detulit quidem Angelus Scutum Cum Campo Azorio Et Tribus Floribus Aureis, & fic ibidem color aureus fuit inferior colori azorio, quia fuit accidentalis & non fubftantia. Et fi velitis fic Gallice, *Il port d'azour treys flordelys d'ore.* De iftis patet in Cronicis de *Karolo magno.* Et notatur argumentative faltem lxiij. d. Adrianus & xxiij. q. vij. hortata. Item habemus quomodo ifte color fuit alior tempore a Deo miffus, ut patet in *Speculo hiftoriali fub rubrica de mirabili nece Juliani lib. xl. c. xliij.* quomodo a morte refufcitatus fuit beatus *Mercurius*, cui omnia arma erant neceffaria, una cum Scuto Azorio Et Cruce Florida Cum Quatuor Rosis Aureis per angelum fuerunt delata, ut idem ipfe *Mercurius* Dei fortitudine & potentia *Julianum* apoftatam debellaret, quem alta voce clamantem, *vicifti Galliee, vicifti*, antedictus *Mercurius* penitus interfecit. Et fi velitis arma fancti *Mercurii* funt ifto modo *Gallice* defcribenda. *Il port d'azour croys floritee & quatuor rofes d'ore.* Ex iftis breviter concludo quod color azorius inter omnes colores medios & fubmedios eft dignior.

De Coloreo aureo.

COLOR autem AUREUS est color proximus. Sed nisi per domini *Bartholi* dicta motus essem, ego dicerem quod color aureus esset color infimus. Qui *Bartholus* dicit, quod colores ideo digniores sunt propter illud quod representant, & sic propter nobilitatē metalli color aureus in se est melior secundū eum. Et ratio me movens est hec. Nam color iste aureus generatur a colore vilissimo mundi, scilicet ex colore viridi, qui color est submedius ut inferius dicam. Et viridis scilicet color existens in autumpno in plantis, in yeme mutatur in colorem aureum sive croceum; quoniam in foliis est materia humida multo magis quā materia glauca vel aurea, & grossa per actionem calidi consumitur, nec tamen omnino destruitur a colore materiam elevante, licet frigus ibi dominetur. Frigus vero dominans in materia mediocri generat colorem medium necessario, quia & melius potest transmutari in humiditatem quam in siccitatem, ideo generat ibi colorem medium habentem de colore albo magis quam cujus est color aureus. De istis est commentator super libro *Aristotelis* de plantis in fine; & concordat cum eo *Bartholomeus* de proprietatibus rerum, in libro xix. capitulo xi. Et si tenueritis opinionem Domini *Bartholi* caveatis de exemplo ab eo ibidem posito quod est de luce, in tractatu suo de Armis pingendis, *ni constat.* ubi dicitur. *Constat autem luce nil clarius vel nobilius*, ut C. de summa trinitate & fi. cath. epistola inter claras, & C. ne filius pro patre ibi totum mundum illuminat, & propter hujusmodi nobilitatem nulli licet uti vestibus aureis, nisi solum Principi, ut *C. de vest. Olob. l.* 1. *&* 2. quia ipse dominus *Bartholus* dixit, quod lux fuit de substantia coloris aurei, & sic fecit similitudinem inter colorem aureum & lucem. Et ibi corrige *Bartholum*, Nam albedo est color ex luce multa & clara in puro perspicuo generatus. Si vero lux pauca & obscura fuerit in perspicuo, nigredo necessario generatur. Et iste est sermo *Aristotelis*, & *Averoys*, qui ponunt nigredinem privationem lucis, & albedinem habitum sive formam; ergo *Bartholus*

lus male assimilavit, quia omnis lux aut est clara & sic alba, aut obscura & sic nigra, aut est multa & magna & sic alba, aut est pauca & sic nigra; si fuerit igitur lux clara & multa in puro perspicuo ergo albedo generatur. De isto est *Aristoteles* 2.de anima,& sensu & sensato capitulo vij. Item sicut in medio perspicuo. Nam terminata presentia in aiere luminis facit actum lucidum, absentia vero tenebrosum: Sic enim in corpore terminato presentia lucis facit terminatum sive coloratum C. album; Et ejus absentia nigrum ac tenebrosum. Ita tamen ut non omnino absit lumen, ut dicitur in libro de sensu & sensato cap. viij. Item fit generatio colorum mediorum secundum suas differentias proportionum, & sic suam capiunt dignitatẽ, ut patet per *Bartholomeum* de proprietatibus rerum libro de consonanc.libro viij.Item fit generatio colorũ mediorum secundum colorum principaliũ dominationem & proportionem, et quanto sunt bene proportionate,tanto sunt delectabiliores, ut dicitur ibidem. Item omnis color medius generatur per albedinem & nigredinem, que nigredo, ut supradixi, vocatur aliquando privatio albi, ut obscuritas est privatio lucis: ut dicitur in libro x. Methaphysice capitulo iij. Et de isto colore fiebant arma Imperatoria que adhuc ab omnibus Imperatoribus portari debent, ut quiscumque fuerit Jmperator portabit AQUILAM NIGRAM FISSAM ET EXPLANATAM IN CAMPO AUREO. Sed forsan queritis quare Imperator habebit aureum campum & non alium colorẽ, cum color aureus non sit color principalis, & cum sibi serviri debeat de principalibus cum de eo dicatur F. ad l. 1. de jac. l. deprecatio. & de quadr. prescripc. l. bene a *Zenone*, *sicut deus in celis*, *ita Imperator in terris*. Ad hoc dicatis, quod aurum est metallum mitissimum, & quia non decet Imperatorem in omnibus ferocem esse,sed in quibusdam mitem, assumpsit sibi pro attemperamento colorem aureum. Et tunc quare habet aquilam nigram fissam & explanatam, dicatis, quia Imperator non esset magis declinans ad unam partem quam ad aliam partem respiciens Jurium & armorum, ut *Justinianus* in prohemio in principio, ubi habetur, *Imperatoriam majestatem non solum armis decoratam*, *sed legibus oportet esse armatam*. Et ille color niger

ger in aquila eſt ſignum ferocitatis ut inferius dicam. Et ideo aſſumpſit ſibi Imperator aquilam nigram. Sed quare portat aquilam, & non leonem vel aliquod aliud animal, dicatis, ut infra de avibus, de aquila, & ibi plene.

De Colore rubio.

EST eciam alius COLOR, ſcilicet RUBIUS, qui eſt color medius ab extremis albedinis & nigredinis equediſtans, qui in ſuperficie corporis perſpicui reſultat per incorporationem dati luminis ignei atque puri, ut ſupradixi, & ideo intenſe rubium ad modum lucidi diſgregat viſum, non aggregat ſicut nigrũ, ut ſupra poſui exemplum de pannorum venditoribus. De iſtis notatur per Commentatorem *Averois* in libro de ſenſu & ſenſato: & iſte color attribuitur Principi, ut capitulo de off. Com. Sacr. Larg. l. 1. Et ratio eſt quare iſte color potius attribuitur Principi, quam aliquis alius color, ut albus vel niger, azoreus vel aureus, quia iſte color ſignificat ferocitatem & terrorem. Et Principes in ſuis correctionibus & contra inimicos eſſent feroces ut ſibi obediant, nam iſte color Principi pre ceteris attribuitur. Et quod iſte color ſignificat ferocitatem & terrorem, probatur argumento textus inſtitutionum de obligationibus, que ex de naſc. interdum, ubi de eo qui cum panno rubio fugavit armenta. Ex quo eciam colore arma fundantur regis *Anglie*. Quare quiſcumq; fuerit rex *Anglie* pro proprio PORTAT TRES LEONES PEDITANTES DE AURO IN CAMPO RUBIO, Et Gallice ſic, *Il port de gowlis tres leones paſſivantes d'or*. Et hec ſunt arma vetera ad regem *Anglie* pertinentia. Sed jam portat iſta Arma cum armis regni *Francie* quarteriaa: Sed de rationibus illud probantibus, & quando in bello captus ſuis propriis poſſit uti Armis in preſentia capientis, longum eſſet hic tractare, ſed Deo dante in fine dicam. Sed forſan queritis, quare Rex *Anglie* talia debet Arma portare. Dicatur quod Rex *Anglie* portat primo colorem rubium, quia per colorem rubium repreſentatur ignis, ut ſupradixi. Et *Anglici* dicuntur quaſi *Inglici* vel igne electi.

Sed

Sed de ista materia non plus ad presens. Dixi eciam supra in Armis Imperatoris de colore aureo dicatis ut ibi. Sed forsan petatis quare portat leones potius quam alia animalia. Ad hoc dicatis ut infra de animalibus in capitulo de leone, ubi dicitur, leonem portare, fortitudinem una cum generositate significat: quare concludo, quod licet Regi *Anglie* in Armis suis leones libere portare.

Sunt & alii colores qui submedii appellantur, quales sunt omnes illi colores qui non ex solis coloribus fiunt principalibus, ut iste color viridis, de quo colore multa dicta sunt, ut supradixi in titulo de colore submedio. Dic ergo quod omnis color submedius est nobilior vel vilior secundum quod de vilioribus vel melioribus fit, suamque capit essentiam & claritatem.

De Animalibus.

SUPRA in parte de coloribus & de eorum differentiis diximus, ex consequenti sequitur, ut de signis in clipeis depictis aspiciamus. Et quia inter omnia signa mundi digniora sunt signa viventia, ut *F. de verborum significatione l. qui mortui. l. C. de post. & hed. li. ij. xiij. q. iij. quam posterum.* Et inter viventia & nobiliora & digniora sunt illa que sunt sexus masculini, ut *F. de senatu lege prima in textu* & vidi ibi. Quare primo dicendum est de masculis animalibus. Et primo in specie intendimus tractare de leone.

De Leone.

LEO enim Grece, latine dicitur rex, quia Rex animalium est, ut dicit *Ysodorus li. xij.* & Leoni precipua generositas tunc cum colla armosque vestiunt jube, ut dicit Plinius in libro viij. capitulo xvi. Item in periculis maxime apparet gloriosus, unde quando prosequitur a canibus & venatoribus non latitat nec se occultat, sed sedet in campis ubi videri potest, & ad defensionem

sionem separat. Caveant igitur qui leonem aut leones in armis portant quod contra istam naturam leonum non faciant. Quando autem vulneratur mira observatione novit primo tangentem se, & in multitudine positum mirabiliter invadit primum percussorem, etsi exinde moriatur. Animal eciam valde gratum est, cognoscens & diligens sibi benefacientem, ut notat *Plinius* & probat per multa argumenta in libro viij. capitulo xvi. Et dicit *Aristoteles*, Leo est animal fortissimum, eo quod ossa ejus sunt ita dura, ut ex eorum collisione per repercussionem exit ignis. Hec *Aristoteles*, & concordat *Avicenna* cum eo. Cum autem iratus fuerit, alte rugit, ad cujus vocem terrentur animalia, & subito figunt gradum quasi edictū expectantia Regis sui, ut dicit *Dioscorides* de animalibus capitulo xviij. Predam etiam quam capit solus comedere erubescit, & ideo sese a remotis sequentibus aliis animalibus de ipsa preda aliquid liberalitatis causa relinquit, ut dicit ibidem *Plinius*. Leonem ergo portare ferocitatem una cum generositate significat. Cave tamen de colore ipsius leonis in Armis depicti; & dic de ejus colore ut ego supradixi de coloribus. Naturam hanc scilicet leoninam sequi solet rex *Anglie*, qui tum propter predictas conditiones, tum quia habet leones sibi & suo subjectos imperio Portat in suis Armis Tres Leones Peditantes Aureos In Campo Rubeo. Et nota hic que supradixi de colore aureo in capitulo de colore rubeo, & videtur in capitulo de aquila Romana, quare portat leones aurei coloris & non alterius, dic ut ibi, ubi de armis Romani Imperatoris agitur & notatur.

De Leopardo.

Leopardus est bestia sevissima ex liena & pardo per adulterium generata, ut dicit *Ysodorus* libro *xij*. Est animal valde preceps & sitit sanguinem, colorem habens varium a patre scilicet pardo. Sed quomodo possum cognoscere leopardum in pictura a Leone. Dic addendo ad regulas domini *Bartholi* de picturis Armorum, quod Leopardus, ubicumque depingitur, est varii coloris habens pectus

pectus planum ubi leo habet hispidum. Alia differentia est hec secundum quosdam, quod leo debet depingi cum media facie, & leopardus cum plana facie. Fuge rogo rationem sompniantium in hac materia, qui ponunt differentiam inter eos in pictura faciei, scilicet quod leo debet depingi cum plana facie, & leopardus cum media facie. Nam si regula illa esset vera, sequeretur quod leones nullo modo possunt depingi rapaces, quod est contra jura, ut patet per *l. ursus F. de adquirendo rerũ dominio*, ubi dicitur, quod *animalia depingi debent & designari in actu suo ferociori.* Sed sicut est de leone ergo &c. concordat *l. 1. F. de postul. & bestias.* Leopardum autem portare, est signum quod portans, vel saltem primo assumens, fuerat adulterio genitus. Et nota, quod semper habendus respectus ad colores, ut supradixi, & multũ pertinenter potest dici, quod isti magni Abbates debent portare in Armis suis leopardos & mulos. Et ratio est quare leopardi & muli & cetera animalia per adulterium generata habent instrumentum generandi, non tamen habent actum vel exercitium, sicut abbates habent mitram, baculos pastorales & cetera instrumenta episcopalia, non tamen habent exercitium, unde scribitur, *Mulus & Abbates sunt in honore pares.*

De *Pardo.*

PARDUS est bestia velox valde, colore albo orbiculata ut pantera, preceps in sanguinem, & multociens moritur solo saltu; Et non differt in colore a pantera, nisi quod pantera habet maculas albiores, ut dicit *Plinius* libro viij. Ista autem bestia multum affectat comedere fimum humanum, & ideo venatores suspendunt stercora humana in arboribus, ad que dum ascendit a venatoribus interficitur. Est eciam animal degenerans, quia coit cum leena, ex cujus adulterio generatur leopardus. *Aristoles libro viij. de animalibus*, & raptis calculis suis est magis sevus in *glo. Osee* 7. Pardum igitur vel panteram portare est signum conditionis servilis preterite vel omisse. Quia vulgariter dicitur, quamvis poma procul ab rabore

bore projiciantur, dant saporem intus de quo ligno generantur, *ut F. de servic. l. ut pomum, & in l. dissimili nimis de ag. & sens. l. & cum satis e titulo, vide* sufficienter per *Bartholum* de ista materia in suo Consilio quod incipit *occurrentia, &c.* Hec de Pardo & Panthera in Armis.

De Cervo.

CERVUS, ut dicit *Aristoteles* l. viij. de animalibus, est animal non habens fel, & inter omnia animalia bruta est prudentissimum & valde forte, quia de prudentia sua facit suam Cervam parere juxta viam, ubi animalia propter advenientes homines venire non audent. Item post partum filiorum suorum ducit eos in quasdam cavernulas que nisi unicum habent introitum, quia ubi potest resistere omnibus bestiis venientibus ad se. Item deprehenditur ejus etas per cornuum ramos; quia annis singulis crescit sibi de novo unus ramus, ut dicit *Ysidorus* in libro *xij.* Item omni anno vere solent ejus cornua cadere, & tunc inermis est, sed ex sua prudentia & discretione pugnare non affectat quousque crescentibus cornubus suis iterato nova sibi evenerit armatura. De istis est *Ysodorus* in locis preallegatis superius, & concordat Philosophus ut supra. Cervum autem in in armis portare, est signum quod portans, vel saltem primo assumens, fuit pauper in prima etate sua, cujus & substantia de anno in annum crescebat aliquantulum. Apparet eciam quod portans fuit prudens in actibus bellicosis & subtilis, ut scilicet inimicos suos non invaderet sine armis, & sufficienti protectione expectat quousque crescente cornu suo, id est, sua arma habeat.

De

De Apro.

APER ut dicit *Bartholomeus* de proprietatibus rerum, eft porcus filveftris vel agreftis, qui valde fevus & invidus eft, ut teftatur *Yfidorus* libro *xij.* capitulo I. & dicitur aper, quafi a fari, id eft, a feritate, quia fecundum quantitatem fui corporis ferus eft & crudelis. Unde etiam apud Grecos afer quafi ferus nuncupatur. A latinis vero vocatur verres, quia grandes habet vires ficut dicit *Ifidorus* in loco prius allegato, & concordat *Bartholomeus* de proprietatibus rerum in libro fuo. Et fi pictores aliqui fint vocati ad depingendum invidiam, ftatim ipfi pingunt hominem feipfum gladio interficientem equitantem fuper aprum & verrem. Eft itaque aper tante feritatis, quod etiam mortem parvipendens contra venatoris ferrum intrepide fe ingerit, & multociens venatorem cum fuerit telo transfixus interficit vel occidit, ut teftatur *Avicenna* in libro fuo de Origano, quadam herba. Aprum vel verrem in armis portare fignificat hominem invidum, bellatorem, fubtilem & fortem, qui mori potius defiderat quam per fugam vitam fervare. De iftis ego plus dicerem, fed amor Hibernie tacere me compellit.

De Cane.

CANEM in armis portare fignificat virum benevolum, fidelem bellatorem, qui dominum deferere non proponit neque vita neque morte: & pro domino fuo morti fe exponere paratur, ut notat *Bartholomeus* de proprietatibus rerum, capitulo fuo de cane.

De Dr*acone.*

DRACONEM autem portare magnum ac egregium significat potatorem, quia draco eſt animal maxime ſitiens & ſitibundum, in tantum ut vix poteſt in aqua ſatiari, & ideo aperit os ſuum ad ventum, ut ſic ſuum extinguat ardorem. De iſtis notatur per *Jeronimum* in libro ſuo de animalibus, in capitulo de leone, & concordat cum eo *Bartholomeus* de proprietatibus rerum libro *xviij.* capitulo *xxxv.*

De Equo.

EQUUM in Armis portare ſignificat virum benevolum ad bellandum pro minima cauſa, quia equi ſolo & medio tube ſono ad bellum excitantur. Significat etiam hominem bene formatum & habentem quatuor proprietates que ſunt hee, forma, pulchritudo, meritum, & color. Forma, ut habeat corpus validum & altum cum longis lateribus ſubſtratis, clunes habens rotundos, pectus late patens & totum corpus denſitate nodoſum. Pulchritudo attenditur, ut habeat exiguum caput cum pelle ſolis oſſibus adherente, aures habens breves & acutas, & oculos habens grandes, cum coma denſa, & cauda curta. Meritum attenditur, ut ſcilicet ſit animo audax, pedibus alacer, trementibus membris, quod etiam fortitudinis eſt indicium. *Color* etiam in eo ſpectatur, nam color in pilis nunc eſt albus, nunc niger, nunc roſeus, nunc varius, guttatus vel canus & varius color multum decorat. De iſtis eſt *Yſidorus* libro *xij.* & concordat *Bartholomeus* de proprietatibus rerum libro *xviij.* capitulo *xxxvi.* & concordat *Franciſcus & Bartholomeus* de picturis Armorum circa medium, ubi loquitur de equo.

De

De Urso.

URsus dicitur ab urgendo, quia fortiter urget ac astringit quem apprehendit, ut dicit *Plinius* libro *viij.* capitulo *xxxviij.* Est autem animal iracundum & impatiens, & vult se vindicare de singulis qui eum tangunt: Et ideo si aliquem invadentem invaserit, si aliquis interim eum tetigerit, dimittit statim primum & prosequitur secundum, & si tercius eum leserit, tam primum quam secundum deserit & mox contra tercium insurgit, Cujus fortitudo multum viget in brachiis. Et veniens ursus esuriens mel ab apibus extrahere cupiens, arte cujusdam mallei solet impediri, qui dum pede a se malleum proicit, rediens malleus ad ipsum aures tangit, de quo indignatus fortius et fortius a se malleum reicit, qui impetuosius statim ursum ferit, & tam diu contra truncū sive malleum insurgit, quousque ex frequenti ictu debile quod habet caput deficit & cadere inferius super palos propria stultitia se occidit. De istis est *Aristoteles* libro *vj.* de animalibus; & concordat *Plinius*, & *Bartholomeus* in capitulo de Urso. Ursum ergo portare significat fortem bellatorem non tamen prudentem, ut dicit Philosophus libro *vij.* capitulo *ix.*

Hec exempli caussa de bestiis dixisse sufficiat. De aliis vero animalibus dic secundum quod videris eorum proprietates esse bonas vel malas. Cum autem videris aliquem petentem arma seu insignia sibi assignari, Cognoscas primo ejus conditionem. Qua visa & plenius intellecta da illi secundum quod naturale tuum ingenium tibi demonstravit, ut *F.* ad *l. aquil.* vel illud.

De Dr*acone.*

DRACONEM autem portare magnum ac egregium ſignificat potatorem, quia draco eſt animal maxime ſitiens & ſitibundum, in tantum ut vix poteſt in aqua ſatiari, & ideo aperit os ſuum ad ventum,ut ſic ſuum extinguat ardorem. De iſtis notatur per *Jeronimum* in libro ſuo de animalibus, in capitulo de leone, & concordat cum eo *Bartholomeus* de proprietatibus rerum libro *xviij*. capitulo *xxxv*.

De Equo.

EQUUM in Armis portare ſignificat virum benevolum ad bellandum pro minima cauſa, quia equi ſolo & medio tube ſono ad bellum excitantur. Significat etiam hominem bene formatum & habentem quatuor proprietates que ſunt hee, forma, pulchritudo, meritum, & color. Forma, ut habeat corpus validum & altum cum longis lateribus ſubſtratis, clunes habens rotundos, pectus late patens & totum corpus denſitate nodoſum. Pulchritudo attenditur, ut habeat exiguum caput cum pelle ſolis oſſibus adherente, aures habens breves & acutas, & oculos habens grandes, cum coma denſa, & cauda curta. Meritum attenditur, ut ſcilicet ſit animo audax, pedibus alacer, trementibus membris, quod etiam fortitudinis eſt indicium. *Color* etiam in eo ſpectatur, nam color in pilis nunc eſt albus, nunc niger, nunc roſeus, nunc varius, guttatus vel canus & varius color multum decorat. De iſtis eſt *Yſidorus* libro *xij*. & concordat *Bartholomeus* de proprietatibus rerum libro *xviij*. capitulo *xxxvi*. & concordat *Franciſcus & Bartholomeus* de picturis Armorum circa medium, ubi loquitur de equo.

De Urso.

URsus dicitur ab urgendo, quia fortiter urget ac astringit quem apprehendit, ut dicit *Plinius* libro *viij.* capitulo *xxxviij.* Est autem animal iracundum & impatiens, & vult se vindicare de singulis qui eum tangunt: Et ideo si aliquem invadentem invaserit, si aliquis interim eum tetigerit, dimittit statim primum & prosequitur secundum, & si tercius eum leserit, tam primum quam secundum deserit & mox contra tercium insurgit, Cujus fortitudo multum viget in brachiis. Et veniens ursus esuriens mel ab apibus extrahere cupiens, arte cujusdam mallei solet impediri, qui dum pede a se malleum proicit, rediens malleus ad ipsum aures tangit, de quo indignatus fortius et fortius a se malleum reicit, qui impetuosius statim ursum ferit, & tam diu contra truncũ sive malleum insurgit, quousque ex frequenti ictu debile quod habet caput deficit & cadere inferius super palos propria stultitia se occidit. De istis est *Aristoteles* libro *vj.* de animalibus; & concordat *Plinius*, & *Bartholomeus* in capitulo de Urso. Ursum ergo portare significat fortem bellatorem non tamen prudentem, ut dicit Philosophus libro *vij.* capitulo *ix.*

Hec exempli caussa de bestiis dixisse sufficiat. De aliis vero animalibus dic secundum quod videris eorum proprietates esse bonas vel malas. Cum autem videris aliquem petentem arma seu insignia sibi assignari, Cognoscas primo ejus conditionem. Qua visa & plenius intellecta da illi secundum quod naturale tuum ingenium tibi demonstravit, ut *F.* ad *l. aquil.* vel illud.

De Avibus.

POstquam sufficienter diximus de animalibus quadrupedibus, videre necesse est de avibus; Et primo generaliter dic, quod ipsi qui aves vel volatilia portant non sunt ita solidi vel stabiles sicut sunt qui animalia quadrupedia portant.

De Aquila.

AQUILA est avis que velut regina inter alias aves optinet principatum sive dominium. Et est avis maxime liberalis, nam predam quam capit non nisi nimia fame arceatur sola comedit, sed avibus eam sequentibus quasi communem eam spargit & exponit, sua tamen precepta primitus portione; sed quando preda prius rapta non sufficit sibi, tanquam rex de re publica vivit, ut *C. de jure fisci* per totum librum, nam avem proximiorem sibi rapit & in medio illam ponit: Et ideo semper aquilam omnes alie aves insequi solent, sperantes quod de ipsius preda sic debeat aliqua portio impartiri. Dicit etiam *Plinius* quod heradius & similes aves ipso die quo audiunt aquilam vix predantur, & hoc forsitan accidit propter timorem. Habet etiam aquila unum pedem clausum ad modum anseris, cum quo se regit in aquis quando descendere solet; Alium vero pedem habet divisum cum acutissimis unguibus cum quibus predam rapit,ut dicit *Aristoteles* libro *xij*. Ex quibus concludo, quod principaliter decet Romanum Imperatorem in Armis suis aquilam portare, qui de facto AQUILAM PORTAT NIGRAM FISSAM ET EXPLANATAM IN CAMPO AUREO. Et de ista materia dic ut ego dixi supra de aquila in capitulo de colore aureo, & in capitulo quod incipit, Color autem niger dic ut ibi.

De

De Accipitre.

ANCIPITREM in armis portare, est signum quod primo portans fuit gracilis vir, non fortis, sed animo melius armatus quam corpore. Nam ancipiter est avis que plus animo quam ungulis est armata. Et quod in quantitate corporis de natura denegatur, hoc ei in virtute, prudentia & animi audacia recompensatur, ut dicit *Ysidorus*, cum quo concordant *Plinius*, *&* *Aristoteles.*

De Bubone.

BUBO est avis multum onerata plumis & gravi detenta pigritia, & die semper commorans in cavernis & locis umbrosis, in nocte tamen volitans & rapinam querens, & fortior est de nocte quam de die, ut dicit *Aristoteles* libro *viij.* & omnibus aliis volucribus hec odio habetur; Templa frequentat nocturno silentio, ut de oleo, in lampadibus satietur; Mures ac vespertiliones venatur et comedit; De nocte volat, et de die in parietum rimulis se abscondit. Bubonem ergo portare, diffidem & vecordem ad actus bellicosos demonstrat, ac de rapina viventem, de quo loquitur textus *C. de effractoribus & expilatoribus ecclesiarũ.*

De Columba.

COLUMBA dicta a colore quem in collo habet, & est avis mansueta hominis consortium diligens, vel dicitur columba, quasi colens lumbos, quia multum exercet actus veneris ut dicit *Ysidorus* in capitulo de Columba. Est pacis nuncia & letitie ut patet in Gen. capitulo *viij.* simplicitatis forma, natura munda, pietatis emula, societatis amica, injurie immemor invenitur. Et eciam naturaliter timida, raro secura nisi in foramine, & est valde obliviosa. Hec *Jeronimus*; & concordat *Aristoteles* libro *vj.* Columbam igitur portare, est signum simplicitatis

citatis, & quod portans plus confidit in ſociis ſuis quam in propria fortitudine. Et columbam in Armis habere bene pertinere ſolet ad Haraldos Armorum qui dimiſſa arte ſua ſibi & ſuis Arma aſſumunt. Et dicit *Jeronimus in libro iiij.* quod in egroto & in furia inſtruitur columba ut literarum ſit bajula de una provincia in aliam. Cum iſto concordat *Bartholomeus* de proprietatibus rerum capitulo *vij.* libro *xij.*

De Cornice.

CORNICEM ſive monedulam in Armis portare ſignificat garrulatorem magnum, ſubdolum et incolis ubi habitat, et ſe ipſum libenter exaltare volentem; quia cornix eſt avis garrula et impia, incolis valde nociva, nam aquilam quam tangere formidat garritu et volatu inſequitur, ſed de ſua improbitate non ſemper lucrum importat, quia poſt longam aquile diſſimulationem, aliquando ab ea cum roſtro percutitur multocienſque interficitur, quando ei plus debito ac ſolito appropinquat. Et talibus loquitur textus in l. omnes *C. de decur.* et in libro *Curiales* eodem titulo.

De Cigno.

CAntores milites ſancti vel ad dignitatem exaltati capitulo CIGNUM in Armis portare debent, quia cignus a canendo eſt dictus, in cujus alis maxima eſt fortitudo. Quoſdam tamen ego vidi cignum in Armis portantes qui Cantores non fuerunt. Interrogavi quoque Regem Haraldorum querens ab eo quare talibus cignum in Armis portare aſſignavit. Qui mihi reſpondens duas mihi rationes aſſignavit, quia fuerunt viri pulcherrimi, et quia habuerunt colla longa. Elige tu ergo rationem meliorem, et dic in iſto ſicut tuum naturale ingenium te edocuit.

De

De Gallo.

GAllus est avis audax & animosa, quare contra adversarios fortiter pugnare solet, deinde optenta victoria statim cantat. Hec *Plinius xxix.* libro capitulo *iiij.* Gallum autem portare cum crista sua signum est boni & fortis debellatoris, sed si crista careat, est signum quod portans cristam suam scilicet galeam in bello perdidit, vel quod est spado, quia caponem gerit. Nam est signum caponis cum crista tollitur.

De Merulo.

MErulos in Armis portare est signum quod portans effectus est nobilis per suam fortitudinem; vel secundum quosdam, quia non habet substantiam magnam in bonis, sed deest sibi fundamentum, & vivere videtur de perquisitis & perquirendis. Nam aves ipse scilicet meruli debent depingi sine pedibus, quia fundamento carent seu substantia. Et tales qui portant hec Arma, in domibus & serviciis regum ac aliorum sunt, & vivunt de gratia dominorum; Et tamen nobiles sunt. Ex quibus concludo, quod quis non solum per copiam divitiarum consequitur nobilitatem, sed multociens per alias virtutes, ut supradixi, & notatur per *Bartholum C. de dig. li.* 1.

De Piscibus.

JAm proximum est ut de piscibus dicamus, & primo de lucio.

Lucium verum portare significat hominem rapacem ac virorum inferiorum rapacem & oppressorem, quia lucius est piscis ipsam proprietatem habens ut minores se comedat, ut satis sufficienter notum est. Sed hic nota, quod hec regula non est semper generalis, scilicet ut portans tale signum vel tale animal est talis vel talis conditionis, sed fallit aliquando

aliquando, ut forte aliquis homo vocatus eſt *Lucius* & eſt bonus, & tamen portat in armis lucium. Et ſic poteſt quis aliquando ſumere Arma ſua a nomine ſuo vel a patria in qua natus eſt, ut forte *Cornubicus* aſſumit ſibi cornicem in Armis ſuis, & tamen non ſequitur quod ipſe habet conditiones corniceas; ubicumque igitur videris Arma diſcernenda ſuppoſitionem predictam premitte.

De Cancro.

CANCRUM portare eſt ſignum quod portans protervus & in tibiis guttoſus eſt. Et ſic judica de ceteris piſcibus cum ipſos in Armis videris, ut habita ipſorum proprietate eandem conditionem da portanti, obſervata tamen ſuppoſitione que in precedenti regula continetur. Et idem judicandum eſt de arboribus & herbis ſi in Armis portentur, quod raro viſum eſt.

De *Crucibus.*


SUfficienter in precedentibus viſum eſt de ſignis viventibus. Sequitur jam igitur videre de figuris mortuis. Sed quia inter omnia ſigna mortua dignius eſt ſignum crucis cum de ipſo ſigno dicatur *ſalve crux ſancta, arbor digna, &c.* Hinc eſt quod de ipſo ſigno primo tractare intendimus. Cum iſtis concordat ſacra ſcriptura ibi, *ſola digna tu fuiſti*: ipſius ſigni *xij.* differentie inveniuntur, ſcilicet,

CRUX PLANA.
CRUX INGRADATA.
CRUX TRUNCATA.
CRUX PATENS.
CRUX FIGITIVA.
CRUX CRUCIATA.
CRUX MOLENDINARIS.
CRUX FLORIDA.
CRUX NODULATA.
CRUX FLORIDA PATENS.
CRUX FLORIDA NODULATA.
CRUX DUPLA PARTITA.

De


De Cruce plana.

CRux Plana talis eft ut fupra. Et plus dubitatur de ifta cruce quam de omnibus aliis, & propter quandam regulam quam ponit magifter meus *Francifcus*, fcilicet, quod femper a cono, fi conus unius coloris fuerit, eft incipienendum in difcretione Armorum,& color ille conalis eft campus ipforum Armorum. Que regula eft fic intelligenda, fcilicet, Semper a cono &c. eft incipiendum;hoc verum eft fi color illius coni fuerit major & copiofior color in Armis. Et tunc fi queratur quomodo portat fanctus *Georgius?* dic quod ipfe Portat Crucem Planam Rubiam In Campo Argenteo. Sed in fermone Latino non eft dubium. Et Gallice fic, *Il port d'argent un crois playn de gowl.* Et fic funt omnia Arma difcernenda que habent talem crucem.




De Cruce ingradata.

ISta autem crux folet aliquando Ingradari, ut hic, & tunc fic debet difcerni vel defcribi. Portat Unam Crucem Rubeam Ingradatam In Campo Argenteo. Et Gallice fic, *Il port d'argent un crois engrailed de gowl.*




De Cruce truncata.



ITem solet hec crux aliquando TRUNCARI, ut hic. Et sic debet talis crux discerni. PORTAT UNAM CRUCEM TRUNCATAM RUBEAM IN CAMPO ARGENTEO. Et Gallice sic, *Il port d'argent un crois recoupy de goul.*

De Cruce patenti.



QUarta differentia signi est talis que vocatur CRUX PATENS; que crux in medio minor est quam in finibus suis, & habet angulos patentes, ut in exemplo hic posito, & sic debet discerni, PORTAT UNAM CRUCEM PATENTEM RUBEAM IN CAMPO AUREO. Et Gallice sic, *Il port d'or une crois paty de goul.*

De Cruce figitiva.




QUinta differentia signi crucis est CRUX FIGITIVA, ut hic. Et vocatur crux figitiva, quia de facili potest talis crux in terram figi. Et sic debet discerni. PORTAT UNAM CRUCEM FIGITIVAM DE ARGENTO IN CAMPO RUBEO. Et Gallice sic, *Il port de goul une crois fige d'argent.*

De


De Cruce cruciata.

SExta differentia est Crux Cruciata, ut hic patet. Et vocatur crux cruciata, quia in quolibet fine habet crucem, & sic debet discerni, Portat Unam Crucem Cruciatam De Rubeo In Campo Aureo. Et sic Gallice, *Il port de ore un crois croslet de goul.*



De Cruce molendinari.

SEptima differentia signi crucis est Crux Molendinaris, ut patet hic. Et vocatur molendinaris, quia similis est cuidam instrumento ferreo in molendino usitato, quod portat lapidem molarem. Et sic debet discerni, Portat Unam Crucem Molendinarem Auream In Campo Rubeo. Et Gallice sic, *Il port de goul un crois moleyne de ore.*




De Cruce florida.

OCtava crux est Crux Florida, ut hic patet, & vocatur crux florida, quia fines ejus aptantur ad modum florum. Talem autem crucem in Armis portans, sic portare concipitur. Portat namque Unam Crucem Floridam De Nigro In Campo Aureo. Et Gallice sic, *Il port de ore un crois flourte de sabil.*



De Cruce nodulata.




NOna vero differentia est CRUX NODULATA, ut hic; & vocatur crux nodulata, & crux fibulata, quia fines ejus aptantur ad modum nodi sive fibule, & PORTAT UNAM CRUCEM NODULATAM NIGRAM IN CAMPO ARGENTEO. Et Gallice sic, *Il port de argent un crois botene de sabill.*

De Cruce florida patenti.



DEcima quoque Crux dicitur CRUX FLORIDA PATENS, ut hic. E vocatur crux florida patens, quia patens est, ut hic, sed habet in finibus suis quasi florem. Et PORTAT DE ARGENTO CUM CRUCE FLORIDA PATENTI DE RUBEO. Et Gallice sic, *Il port d'argent un crois pati floury de goul.*

De Cruce florida nodulata.




UNdecima differentia inter Cruces est CRUX FLORIDA NODULATA, & vocatur crux florida nodulata, quia habet flores in finibus suis, & in quolibet puncto cujuslibet florum habet unum nodum sive fibulam, & PORTAT DE ARGENTO CUM SUA CRUCE FLORIDA FIBULATA DE AURO. Et Gallice sic, *Il port d'argent une crois flourte botonne de ore.*

De

De Cruce dupla partita.

DUodecima differentia hujus ſigni eſt CRUX DUPLA PARTITA, ut hic patet. Et vocatur Crux dupla partita, quia etſi eſſet partita, adhuc eſſet dupla. Et PORTAT UNAM CRUCEM DUPLAM PARTITAM DE AZOREO IN CAMPO AUREO. Et Gallice ſic, *Il port de ore un crois double party d'azour.*



Et nota, quod iſte cruces non proprie ſigna, ſed differentie ſignorum. Quare dic, quod Rex Haraldorum videns aliquem cupientem portare Arma, ignorans aliquam bonam vel malam conditionem in eo vel proprietatem, debet aſſignare ſibi de crucibus ſupradictis; quam crucem portare ſignat portantem non habere aliquam cauſam vel conditionem, ſecundum quam poſſent ſibi Arma aſſignari, ſed ſignat hominem brutalem.


De Armis quarteriatis.

SUnt alii qui habent ARMA ſua QUARTERIATA PLANA de diverſis coloribus, ut hic patet. Et PORTAT DE AURO ET RUBEO IN CAMPO QUARTERIATO, Et Gallice ſic, *Il port quartelle de ore & de goul.* Et hic nota, quod a colore exeunte in capite Armorum in dextro latere in Armis quarteriatis ſemper eſt incipiendum.




De

De Armis quarteriatis ingradatis.



SUnt & alia ARMA QUARTERIATA INGRADATA, & quomodo Arma possunt ingradari vide hic in scuto; & vocantur ingradata, quia colores inferuntur gradatim unus in alium, & sic describitur: PORTAT namque DE ARGENTO ET AZORIO IN CAMPO QUARTERIATO, INGRADATO. Et Gallice sic, *Il port quarterle engrailed d'argent & azour.*

De Armis quarteriatis irrasis.



SUnt & alia ARMA QUARTERIATA IRRASA, ut hic, Et PORTAT DE ARGENTO ET RUBEO IN CAMPO QUARTERIATO IRRASO. Et Gallice sic, *Il port quarterle rasee d'argent & goul.*


De Armis quarteriatis indentatis.



SUnt itaque alia ARMA QUARTERIATA ET INDENTATA, ut hic; Sed hic cavendum, quia quedam sunt Arma INDENTATA, & quedam INBATALLATA. Indentata sunt semper quarteriata; Inbatallata nunquam, ut hic in scuto. Et portat sic qui habet indentata Arma Gallice, *Il port quarterle endenty d'argent & sabill.* Et qui portat arma inbatallata, sic portat ut hic in scuto, Gallice, *Il port de ore & sabill enbatelle ut hic.*

De

De Armis palatis.




SUnt eciam quedam Arma Palata, ut hic patet, & vocantur palata, quia aptantur ad modum pali, ut in *l. pali F. de verborum significatione, & F. de legi. l. iij. l. pali.* Et Portat Arma Palata De Argento Et Azoreo, Et Gallice sic, *Il port pali d'argent & asure.*

De Armis barratis.



SUnt eciam Arma Barrata, ut hic. Et vocantur arma barrata, quia aptantur ad modum barrarum, Et quid est barra dicetur inferius. Et Gallice sic, *Il port barry d'argent & sabill,* ut hic depingitur.

De Armis inangulatis.



SUnt insuper quedam Arma Inangulata quasi contrario modo angulata, ut conus contra conum in medio. Et Portat Arma Inangulata De Argento Et Rubeo, &t Gallice sic, *Il port d'argent & goul* Jerconis, & dicitur Jerconis quasi conus contra conum.

De

De *Armis bandariis.*



SUnt eciam ARMA que vocantur *BANDARIA*, ut hic. Et vocantur bandaria, quia ſunt facta quaſi de bandis ut hic depingitur, & PORTAT ARMA BANDARIA DE AURO ET AZORIO. Et Gallice ſic, *Il port bendy de ore & azour.*

ET nota, quod filius deſiderans portare colorem campi tam armorum paternorum quam maternorum, eligere debet de iſtis octo differentiis ſupra notatis. Et ſi velit poteſt portare ipſos colores in Armis quarteriatis planis, & in armis ingradatis quarteriatis, vel in quarteriatis invectis, & in armis palleatis, barratis, inangulatis, vel bandariis, ut ſupra.

ESt eciam aliud differentie ſignum quod laicis attribuitur, ſcilicet SIGNUM CAPITALE. Et tale ſignum capitale ſignificat quod portans primo ipſa Arma aſſumpſit; Et ſi filius ejus habuerit patrimonium augmentatum, poſſit ſibi aſſumere ſignum aliud capitale ut ſequitur.


SEd ſi aliquis dominus eccleſiaſticus non habens arma, ſed à Rege Haraldorũ petens ſibi arma aſſignari, tunc poteſt ipſe Rex Haraldorum dare ſibi duo talia ſigna capitalia, vel tria ad maximum

maximum;quia patrimonium domini ecclefiaftici quamvis fuerit augmentatum, non tranfit ad heredes fed ad fucceffores, & mortuo illo domino moriuntur & ejus Arma feu infignia. Predicta tamen intellige de armis propriis ecclefiafticorum dominorum; fecus eft de armis ad ecclefiam folam pertinentibus. Ex predictis collige differentiam inter heredes & fucceffores. Heredes arma portantes poffunt fua arma majorare vel minorare cum concilio Regis Haraldorum, fecundum quod eorum fubftantia crefcit ac diminuitur. Sed fucceffores eadem Arma portare debent que a fuis anteceffforibus erant apportata non augmentando nec diminuendo, ut patet in abbatibus, epifcopis & aliis. Et ratio eft, quia heredes portant arma fuorum parentum, Epifcopi vero & Abbates portant Arma fuarum ecclefiarum. Quare dic, quod fi heres laicus habuit duo figna capitalia in fuis Armis cum fubftantia diminuta feu minorata, poteft demere unum fignum ipforum duorum, non ita poteft dominus ecclefiafticus facere. Et econtra fi pater alicujus portaverit unum fignum capitale, & poftea heres ejus inventus eft pinguior in bonis & in fubftantia quam fuit ejus pater, ut ut per maritagium, vel per fortitudinem, poteft affumere fibi aliud fignum capitale. Item illa figna funt ifto modo Gallice defcribenda; *Il port d'argent un chevern de fabill*, vel fic, *Il port de fabill ij. chevérons d'argent.* ut fupra patet.







Item ista Capitalia Signa sunt aliquando Transposita, ut hic, & tunc dic quod portans perdit substantie sue partem; sed tamen est in spe recuperandi ipsam partem amissam; non propones illud signum in toto demere, sed illud signum portat transposi um, ut hic. Et qui talia Arma portat sic Gallice portat, *Il port d'argent ij. cheverons transposis.* Et hic cave de opinione eorum qui dicunt hoc signum supradictum esse Psalterium, Gallice *un sauter*; nam opinionem illam ego non approbo, quia pro eo fundamento non invenio rationē.




Sunt eciam insuper qui portant Arma Pilata, ut hic, quia in illis formantur & pinguntur quedam pile ut patet, & sic Portat Tres Pilas De Nigro In Campo Aureo, & Gallice sic, *Il port de ore trois pilis de sabill.* Et tales pilas portare significat quod portans suam adquisivit substantiam solo labore, vel per suum laborem dives effectus est, quia tales pile significant laborem. Et ubicunque tres pilas inveneris sine aliquibus differentiis aliis, dic quod ille qui eas portat vel suus antecessor laborarius erat. Sed ille pile semper sunt nigri coloris vel blodii.




Sunt & alia Arma que portantur que dicuntur Artocriata, & sunt rotunda ad modum pile, sed sunt de argento, ut hic, & Portat Tres Artocopas De Argento In Campo Rubeo, Gallice sic, *Il port de goul trois tortens d'argent.* Sunt




SUnt etiam Arma cum serusis que aptantur ad modum pile, sed semper sunt rubei quasi serusa, & PORTAT DE AURO CUM TRIBUS SERUSIS; Gallice, *Il port de ore cum troys seruse vel tribus serusis*, ut hic,



ET nota quod cujuscunque coloris fuerint, si tamen rotunde fuerint & solide, & dico solide quia sunt certa signa rotunda que non sunt solida, ut sunt anuli, ut patet hic. Et qui ista signa portat signum est quod fidelis est & beneficii recepti memor, & non obliviosus, quod scribitur *Annulo fidei, subarravit me &c.* Et Moses Anulum memorie tradidit uxori sue; & qui ista Arma portat, PORTAT SEX ANULOS AUREOS IN CAMPO RUBEO. Et Gallice sic, *Il port de gowlis & vj. anulets de ore.* Si vero ipsa signa rotunda fuerit & solida & aurea, tunc non sunt pile, sed TALENTA vocantur, Gallice *besaunts*, ut hic in scuto sequenti depingitur; Et qui hec Arma portaverit, sic portare videtur; PORTAT DE RUBEO CUM TRIBUS TALENTIS AURI: & nota quod hic non est necessarium dicere colorem in talentis, quia si non sunt aurei coloris talenta non sunt. Et Gallice sic, *Il port de goul & trois besaunts.* Ex predictis collige differentiam inter pilas, muas, talenta & maculas, artocopos vel serusa; quia secundum diversos nomina postulant: sunt autem omnium colorum pile preterquam aurei coloris, ac rotunde & solide, & vocantur Gallice peletts, mue vel talenta sunt etiam similia pilis, sed semper sunt aurea ut supradixi.







MAcule vero sunt semper solide, nunquam vero rotunde, ut hic in scuto. Et qui hec Arma portaverit, signum est quod primo ea assumens fuit piscarius, & sic describuntur; PORTAT DE NIGRO CUM TRIBUS MACULIS ARGENTEIS. Et Gallice sic, *Il port de sabill & trois mascles d'argent.*



SEd in istis eciam cave de stellis; sed stellarum notitiam habere potes per radios tortuosos, ut hic sequitur, & PORTAT DE RUBEO CUM UNA STELLA DE AURO. Et Gallice sic, *Il port de goul & une estoil de ore.* Et nota quod ista non sunt proprie signa, sed differentie signorum, ut supradixi.




SUnt eciam labelle in Armis quorundam, & ille semper sunt differentie signorum, ut hic patet. Et qui hec Arma portat, sic portat breviter, PORTAT AUTEM DE AURO CUM TRIBUS PILIS RUBEIS CUM UNA LABELLA DE AZORIO. Et Gallice sic, *Il port de ore trois peletts de goul & un labell de azour.*

PRo quibus labellis antedictis est diligenter advertendum, vel quomodolibet advertendum, quod primus heres portabit integra Arma paterna, & durante vita sui patris aliqua modica cruce vel parva differentia uti debet; Post mortem vero patris integra Arma sui patris portabit. Secundus vero filius portabit Arma patris sui integra cum una la-


labella, que labella tres habet pendulas, Gallice *Pendaunts*, ut patet in Armis proximo preteritis. Et ratio eft, quare potius habet tres pendulas quam quatuor vel quinque, unam vel duas, quia per primam pendulā fignificatur pater ejus, per fecundum vero fignificatur primus & heres, per terciam fignificatur primus affumens poft heredem, quia eft frater fecundus. Si vero fuerint in Armis quatuor tales pendule, dic quod portans fuit filius tercius. Si vero fuerint quinque, dic quia fuit quartus frater qui illa Arma portavit, & fic de ceteris. Tamen hiis diebus Reges Armorum ad libitum dant differentias armorum. Et generaliter nota, quod differentie fignorum ut cruces, labelle, & cetere non pinguntur ultra numerum decennarium. Et fi in majori numero pingantur, tunc eft ibi pulverifatio, ut hic. Et hoc multociens contingit de cruce cruciata ut hic, & Portat De Rubeo Campo Pulverisato Cum Crucibus Cruciatis De Auro.




Sunt infuper alii qui flores portant arborum, ut hic, & Portat De Azorio Cum Tribus Floribus Aureis. Et dic quod portare flores eft fignum inftabilitatis, ut rofas & tales, quia non funt per annum duraturi, nec per totum annum permanent. Merito ergo fuerunt hec Arma predicta ad Regem *Francie* a deo miffa, quia ut credo cum deus ipfa Arma mifit, per Angelum deferrens, per ea inconftantiam & inftabilitatem in *Francia* illis temporibus effe mon-



monſtravit & ſimiliter in diebus ſeminavit. Hec Franciſcus de terra ſua loquitur.



SUnt inſuper & alii domini qui fuſulos portant, ut hic. Et dic quod ipſa Arma ſumpſerunt ſuam originem ab aliquo textore ut ergo credo, quia fuſuli ſunt inſtrumenta ad textores pertinentia, & ſic videtur portare qui hec arma portat, PORTAT autem TRES FUSILOS RUBEOS IN CAMPO ARGENTEO. Et Gallice ſic, *Il port d'argent trois fiſillis de goul.*



Sunt & alii qui portant lodiſyngos,& ſunt breviores quam fuſuli vel fuſilli, ut ſunt hic, & ſunt lodiſyngi quaſi ſcaccaria angulatim verſa. Et hic PORTAT DE ARGENTO CUM SEX LODOSYNGIS DE RUBEO, Gallice, *Il port d'argent ſeth loſynges de goul.* Et nota quod poſſunt perforari tam lodiſyngi quam fuſuli, & ſic de aliis pluribus.




SUnt inſuper aliqui qui habent ARMA UNDOSA DE RUBEO ET AURO, & Gallice ſic, *Il port de goul & ore undiz.* Vocantur autem undoſa Arma, quia fiunt ad ſimilitudinem aque currentis.

SUnt & alii qui portant de coloribus invectis barratis ut sunt Arma que inferius depinguntur; Et Gallice sic portat, *Il port de sabill & argent in verre barrey.* Et vocantur Arma barrata invecta quia sunt barrata cum diversis coloribus in ipsis barris invectis, ut hic patet. Et dicuntur barrata quia appropriantur ad modum barrarum.




SUnt & alii qui habent Arma duplicata ut inferius patebit. Et nota quod quis potest duplicare, triplicare vel quatriplicare Arma sua secundum quod sibi placuerit; ut, si pater ejus portaverit Arma patris sui una cum Armis matris sue, & filius ejus desiderans portare etiam arma matris sue, potest & tunc portare illa duplicata que fuerunt patris sui una cum Armis matris sue, & sic Arma erunt triplicata ut supra patet, & portat Arma paterna & materna; Et Gallice sic, *Il port de pere & mere.* Et tunc est descendendum ad partes, & primo ad ipsa Arma que ponuntur in dextra parte Armorum vel scuti &c. Vel potest quis portare Arma dupla quarteriatim, & tunc integra Arma in quolibet quarterio depingenda sunt, ut hic, in Armis Regis *Anglie*, qui PORTAT ARMA ANGLIE CUM ARMIS FRANCIE QUARTERIATIM; Et Gallice sic, *Il port quarterli d'Englitere & de Fraunce.* Et tunc est ad partes descendendum ut dixi supra, & primo ad dextram partem capitis scuti.





Sunt



Unt eciam alii qui portant unum ſcutum intra reliqum, ut hic depingitur. Et dic quod qui hec Arma portat taliter portat, *Il port daſour & de ore barry paly reconus & un faus ſcochyn de argent.*

ET hic cave de Armis borduratis ſive fimbriatis ut in ſcuto ſequenti ſignatur. Et ne timeas dicere quod talia Arma ſunt bordurata ſive fimbriata, ſi color ipſius bordure fuerit ſequens per totum, Et Portat Unam Crucem Ingradatam De Nigro In Campo Aureo Cum Uno *Borduro* De Rubeo Colore; Et Gallice ſic, *Il port de ore un crois engrayled de ſabell & un bordur de goul*; Vel poteſt bordura eſſe pulveriſata, ut hic, Et Portat Leonem Rapacem Rubeum In Campo Argenteo Cum Uno Borduro De Nigro Pulverisato Cum Talentis Aureis. Et Gallice ſic, *Il port de d'argent un leoun rampand & un bordur de ſabill beſaunt.*





SUnt & alii qui habent Arma cum bordura ingradata, ut hic, Et Portat De Nigro Cum Tribus Maculis Et Una Bordura Ingradata De Auro; Et Gallice ſic, *Il port de ſabil trois moletts & un bordure engreiled de ore.* Et cave hic ſemper dę illis Armis que habent aliqua Arma intra ſe, ut dixi ſupra. Et potes ea facillime cognoſcere, quia ſcutum exterius eſt de pluribus coloribus diverſimode, poſtea ut patet.



Sunt


SUnt eciam alii qui fignum baftardie portant. Et tales portant Arma parentum fuorum integra cum quadam benda ex tranfverfo, ita tamen quod ipfa benda incipiat in dextra parte Armorum, & protrahatur verfus angulum alium, ut hic patet, Et PORTAT DE ARGENTO CUM DUOBUS FISULIS DE NIGRO CUM UNA BENDA DE RUBEO. Et Gallice fic, *Il port de argent deux fufills de fabill & un bende de gouls.*



VEl poteft baftardus portare fcutum de alio colore cum Armis patris fui infuper dicta benda, ut hic fignificatur. Et qui hec Arma portat fic portare dinofcitur; PORTAT namque DE AURO CUM UNA BENDA DE NIGRO, CUM TRIBUS AQUILIS DE ARGENTO. Et Gallice fic, *Il port de ore un bende de fabill & treis eglis in fe memes.* Et hic collige differentiam inter bendam, barram, barrulam, & fiffuram. De benda dictum eft fupra.



BArra eft illa que ex tranfverfo ducitur, & eft majoris latitudinis quam funt barrule, ut hic, patet de barra. Et PORTAT UNAM BARRAM NIGRAM IN CAMPO AUREO. Et Gallice fic, *Il port de ore un bar de fabill.*







SUnt barrule que multociens depinguntur cum barris, ut hic, Et Portat De Argento Cum Una Barra Et Duabus Barrulis. Et Gallice sic, *Il port d'argent un bar & deux barreletts de sabill.*



FIssura est illa que incipit a sinistris ipsius scuti & protrahitur versus dexteram, ut hic, Et Portat De Rubeo Cum Una Fissura De Argento. Et Gallice sic, *Il port de sabill un fers d'argent.*




HEc fissura aliquando invenitur ingradata, ut hic. Et eodem modo possunt bende & barre ingradari, sed nunque barrule. Et Portat De Auro Cum Una Fissura Ingradata De Argento. Et Gallice sic, *Il port de ore un fers engrailed d'argent.*



SUnt & alii qui fontes portant ut hic, vel talia signa que designant prudentiam. Et tunc in illis dic, quod Arma fuerunt portantibus assignata propter suam prudentiam, ut sufficienter patet per ea que dixi in precedentibus. Et sic Portat Sex Fontes De Argento In Campo Nigro. Et Gallice sic, *Il port de sabill sex fonteyns d'argent.*

Sunt



SUnt ergo alii qui portant unã frettam, ut hic. Et PORTAT DE RUBEO CUM UNA FRETTA DE AURO. Et Gallice fic, *Il port de goul une frette de ore.*



SUnt & alii qui portant in armis fuis animalia reciffa, ut hic, & funt fpecialiter leones. Et dic quod qui portat talia Arma, fic portat. PORTAT namque DE ARGENTO CUM LEONE RAPACI RECISSO DE NIGRO. Et Gallice fic, *Il port d'argent un lion rampand recoupe de fabill.* Et aliquando portatur tale animal reciffum, habens tamen ambas partes corporis, fed diverfi coloris, ut hic fequitur. Et PORTAT DE ARGENTO CUM LEONE RAPACI PARTITO RECISSO DE NIGRO ET RUBEO. Et Gallice fic, *Il port d'argent un lion rampand de fabill & goul recoupi party.*





SUnt & alii qui portant capita animalium plana, ut hic. Et fic portat; PORRAT namque DE ARGENTO CUM CAPITE LEONIS PLANE. Et Gallice fic, *Il port d'argent un tet de lion plain.*



SUnt & alii qui portant capita irrafa Animalium, & PORTAT DE ARGENTO CUM CAPITE IRRASO LEONIS DE NIGRO. Et Gallice fic; *Il port de goul & un tet de lion rafe.* Et nota quod diximus hic de capite Leonis, habet locum & in aliorum animalium capitibus, ut equinis,


taurinis, bovinis, ursinis, leopardinis, & caninis. Et idem potest fieri de capitibus avium, ut de capitibus gallorum, picarum, pavonum, & similium.



SUnt insuper alii qui portant signa crescentis lune, ut hic. Et PORTAT DE ARGENTO CUM TRIBUS CRESCENTIBUS DE NIGRO. Et Gallice sic, *Il port d'argent & trois cressaunts de sabil.*



SUnt insuper alii qui habent Arma barrata tortuosa acuta. Et Gallice sic describuntur. *Il port d'argent & sabill dansete.*




SUnt & alii qui habent Arma scaccarisata, ut sunt ista que hic depingũtur. Et PORTAT DE AZORIO ET AUREO SCACCARIATIM. Et Gallice sic, *Il port de azour & ore sheccute.*

ET hic cave de illa regula, quam supra posui, scilicet de inchoatione, ubi Arma diversi coloris in fine sive in cono in designatione inchoanda sunt, de qua materia dic ut dixi supra de cruce plana. Cave eciam de Armis domini *Bartholi*, qui ut asserit in tractatu suo de armis pingendis, paulo post principium, quod Rex *Boemie* concessit sibi & ceteris de agnatione sua LEONEM RUBEUM CUM DUABUS CAUDIS IN CAMPO AUREO, ut hic. Cujus dictum ego non approbo, quia contra naturam est, ut unum animal haberet


haberet duas caudas. Sed dic quod ille Portavit Leonem Rubeum Cum Cauda Bifurcata In Campo Aureo. Et Et Gallice sic, *Il port de ore un lion fourche de goul.* Et dicitur *fourche*, quia furcatur. Et nota quod plures sunt modi Leonum in armis. Sunt enim Leones Saltantes, Jacentes, Sedentes, Rapaces. Et Gallice sic, *Un Leon saliant, un Leon seiant, un Leon couchant, & un Leon rampant.*





Sunt insuper alii qui habent arma skaccariata bendaria, ut hic, Et Portat Arma Skaccariata De Rubeo Et Argento. Et Gallice sic, *Il port checute bende de goulis & argent.*




Sunt adhuc & alii qui portant crucem aliam, que quidem crux vocatur Crux Furcata, quam crucem vidi portari a quodam Anglico qui vocabatur *Johannes Vescy*, & fuit magnus in temporibus suis, qui Gallice sic portavit, *Il port de goul un crois furche d'argent.* Ulterius namque subtiliter est distinguendum de isto termino tres vel tria, ut forte aliquis Portat Tres Coronas Rubeas In Campo Argenteo, ut hic. Et nota, quod si ipse tres corone ponantur triangulatim in scuto, ut hic, non est dubium quin sufficiat isto modo dicere Gallice, *Il port de argent trois corones de goulis.* Sed quidem si ponantur Tales Corone Palatim, ut hic in scuto, nunquid sufficit dicere quod talis portat tres coronas de auro in campo









po rubeo? Dic quod non; nam ex hoc pictor vel aliquis audiens non reportabit sufficientem eruditionem. Sed sic est dicendum, videlicet quod talis portat tres coronas ad modum pali ut ibi. Et idem est dicendum de armis istis in quibus ponuntur tres corone barratim ut patet. Et sic portat Gallice, *Il port de argent & trois coronns barrey*, vel secundum quod est in scuto.

Preterea quero, quis potest dare Arma? & dic quod Rex, Princeps, rex Armorum, vel haraldus, ut dicit *Bartholus*. Item quero, quare Arma fuerunt inventa? Dic ac cognoscendum unum hominem ab alio. *v. C. de ingeniis in l. ad recognoscend.* Notabis eciam, quod unus homo non potest assumere alterius arma in eodem regno, sicut nec unus notarius signum alterius *F. ad legem Corneliam de filio l. eos in fine*. Et de istis est dominus *Bartholus* &, *Franciscus* in tractatu suo de Armis. Item si queratur, quomodo possum cognoscere dexteram partem seu dexterum latus armorum vel sinistrum? Dic imagineris te esse retro illa arma, & quod essent supra pectus tuum ante te, & sic potes cognoscere dextrum latus a sinistro, & consimiliter, cum videris arma supra lectum vel in celatura supra caput tuum.




Item nota, quando portans Arma debet dishonorari propter proditionem, fugam vel fidem ruptam, tunc arma sua sunt pingenda per transversum, ut hic; quia fides hosti servanda est de jure civili & Armorum. Et causa est scribenda propter

propter quam versa sunt Arma, quia sine causa neminem audit Pretor, & idem est in falsariis, scilicet quia causa eorum in frontibus eorum scribenda est. Et hec de Armis & Insigniis dixisse sufficiant.

FINIS.



Guil. Faithorne Sculp:



HENRICUS SPELMANNUS.
Eques Auratus.

Henrici Spelmanni

EQUITIS AURATI

ASPILOGIA.

Londini Typis *R. Norton,* 1654.

ILLUSTRISSIMÆ

TOTIUS NOBILITATIS

QUATERNIONI

CAROLO COMITI NOTTINGHAMIÆ,

MAGNO ADMIRALLO ANGLIÆ:

THOMÆ COMITI SUFFOLCIÆ

REGII CUBICULI PRÆFECTO


HENRICO COMITI NORTHAMPTONIÆ:

QUINQUE PORTUUM BARONI,

PHILIPPO COMITI ARUNDELIÆ,

BRITANNORUM COMITUM PRIMARIO,

HOWARDIANI NOMINIS CORYPHÆIS.






Emper mihi fuit in optimis votis (Proceres Illustrissimi) *amplissimo vestro nomini* (*cui* Norfolciences *omnia debemus*) *quid officij præstitisse. Quod cum nec in magnis, nec in mediis mihi unquam contingerit, animi voluntatem velè minimis præbere cogitavi. Primitias itaq; nostræ industriæ, non recentes sed aliquot ante annos, sub odolescentiæ flore conscriptas, & hucusq; relegatas,* Camdeni *nostri, aliorumq; suasu, in justum volumen religatas; nunc demum recognovimus, vestroq; nomini, tutelæ, amplitudini, dicari cupimus. Eas pro Heroica illa benignitate, quæ* Howardiano *pectore semper effulserit, clementissimè accipiatis oramus. Et tu* Henrice Comes *qui in literarum* Zodiaco *emicas, ut accu-*

minis

minis tui radios nemo ſanus non pertimeſcat, tu inquam,

—Cui totum ſpirant precordia Phœbum:

Phœbeum hoc munuſculum non ſolum nominis clypeo protege, ſed parcius etiam tu in noſtras ineptias animadvertere dignare, ne in ipſo inceptorum veſtibulo facti faſtigium, limitemq́ addere cogeremur. Vivite vigite, floreſcite, terris & Cœlis beatiſſimè.



Henrici Spelmanni

EQUITIS AURATI

ASPILOGIA.

Operis nomen & distributio.



Libellis his nostris Armorum illustrationes, quas insignia vocant, tractantibus, Aspilogiæ nomen imposuimus, ἀπὸ τῆς ἄσπιδος, quod scutum vel potius clypeum sonat, & ἀπὸ τοῦ λόγου, hoc est, sermo. Tum quod clypeis primo olim omníque seculo præcipuè emicuere insigniẽdi symbola seu Imagines (unde & nomen clypeorum, juxta Pliniũ) tum quod insignitæ apud nos nobilitati (quam inde scutiferam & scutigeram appellamus) nomen fecerint. Hinc scutiferos & scutigeros dicimus, quos etiam *Armigeros*.

In Glossa Isidori, Clypei ubi imagines proponuntur. l. 35 c 3

Breves autem ut simus in levi argumento, seriem hanc dicendo amplectemur.

Primò, de insignibus in genere; Sigillatim verò de Heroicis, Imperatoriis, & hodiernis, eorúmque antiquitate, modo, & differentia.

Secundò, de rebus ſigniferis ſeu inſignitis, ſcutis, galeis, vexillis, veſtibus, ibidémque de criſtarum genere & origine.

Tertiò, de hodiernorum inſignium diſtinctione, ubi quid in coloribus, ſymbolíſque obſervandum ſit, oſtendemus.

Inſignium ſignificatio ex voce.

INſignia dicuntur, non tantùm clypeorum armorúmque diſtinctiones ; ſed & notæ omnes Imperii, muneris, ſocietatis, dignitatis: vexillorum etiam, veſtiúmque, notitiæ cauſa adhibitæ. Quin & veſtes ipſæ, ſigna & vexilla, & cujuſcunque generis argumenta, quibus res una ab altera, aut multitudo invicem, aut alius ab alio innoteſcat ; uti ædes, ab æde, Caſtrenſes, à Civilibus, patricius, à plebeio ; conſul, magiſtratus, reges, à privatis ; ſub inſignium appellatione rectè continentur. Hinc ſcutum & framea, quæ à veteribus Germanis, Enſis, & cingulum militare, quæ à recentioribus dabantur in creandis militibus, militiæ inſignia apud Authores dicuntur. Apud Ciceronem quòque legimus, virtutis, laudis, & eruditionis inſignia.

Omiſſo autem alio quovis inſignium genere, nos tantum militare inſequemur. Atq; illud præſertim, quod à clypeis effulſit.

Inſignium definitio.

SUnt igitur *Inſignia*, decora ſymbola, ad notitiam & honorem latoris, à legitimo judice militibus aſcripta.

Decora dixi ; quod nihil hîc per probrum aut dedecus haberetur, ſed ut Virgilus ait,

——————*clypeique inſigne decorum.*

Et

Et *latoris notitiam*, quâ à cæteris diſtinctior fiat, continere debent, ſive regionis, exercitûs, cohortis, ſive ſingularis cujuſvis hominis: Ideo Græcis ἐπίσημα & δείγματα, hoc eſt, *notæ vel ſigna*, quod militem (quem inde ἐπίσημον id eſt, *notatum vel inſignitum* dixere,) à milite deſignant, aciem ab acie. Hinc Choroebi illud apud Virgilium, Aen. 2.

Mutemus clypeos, Danaûmque inſignia nobis
Aptemus.

Ubi Pomponius: *Pugnatores*, inquit, *ferunt inſignia ut cognoſcantur: in clypeis Græcorum erat Neptunus; in Trojanorum ſcutis Minerva*; ſimile apud Prudentium; *In Pſuchomachiâ.*

——— *diſcordia lætos*
Intrârat cuneos, ſociam mentita figuram.

Honorem autē prædicant, privata, privatorum; publica exercitus vel deferentis multitudinis, cum nec immeritis nec ignobilibus, nec ſervis cōpeterent, ut poſtea dicetur.

A legitimo judice, ſive Principe: quæ nobiliora Bartholo, & indelebilia; ſive ab ejus Miniſtris, nunc dierū, hac plerúnque in parte, *Heraldis*. *Proceres* etiam hoc honoris clientibus ſuis aliquando contuliſſe, multa exempla evincunt, ſed proprium nihilominus à ſuperiori auſpicatos, ut Burgundiæ Ducem, Saxonem, alióſque Pares, quos vocant, Franciæ à Carolo Magno, ſi Caſſinæo fides. Nec Trojana quidem inſignia, nec Imperatoria illa, ſine judicio lata, inferius monſtrabimus. *Pars 1. concluſ. 57, & 58.* Sunt vero (& inter hos Uptonus) qui cuíque arrogandi arma facultatem fecerint, & congruè ſatis, ſi nuda tantum notitia ex armis peteretur. Nam mercatori licet qualecúnque diſtinctionis ſignum (quod alîus non ſit) ſuis mercibus affingere. Sed præter *notitiam*, arma etiam *nobilitatis* ſunt indicium: proinde non licet ignobilibus hæc nobilitatis monumenta ſibi edere aut ementiri. Quid ergo ſi (quod ſuperioribus interdum ſæculis) nobiles tantum ſumerent? levior quidem culpa, ſed & honor. Honorum enim diſtributio Principis eſt, & hinc, uti ab ipſo fonte, aut per rivos, hoc eſt, per

miniſtros deducenda : alioquin ſpuria, & inanis.

Militibus, inquam, aſcripta. Nam hic ritus propriè militaris eſt, licet togatis (ut equeſtris dignitas,) permiſſus, quod exutâ alias togâ in militiam accingantur. Sic ad oratores ipſoſque imbelles tandem pervenit jus imaginum, ſacrorum primò certaminum victoribus, præſertímq; olympiacis conſtitutum.

Propriè autem quadrare fateor hanc noſtram definitionem hodiernis inſignibus, (quæ *arma* vocant) ſed nec malè antiquis illis ; ut in ſequentibus oſtendemus.

Inſignium diviſio.

DIvidimus inſignia in Heroica, Imperatoria, & Hodierna.

Heroica voco, quæ heroum ætas, & ſequentes, ad exemplar ejus, obtinuere.

Imperatoria, quæ Romani Imperii.

Hodierna, quæ noſtra.

Hæc omnia vel è ſignis militaribus propriè conſpiciebantur, vel è clypeis & armaturis.

E ſignis militaribus conſpicua, ſemper erant publica, ut regionis, exercitûs, cohortis.

E clypeis & armaturis, inter heroica, publica erant & privata : Inter Imperatoria, tantum publica ; inter hodierna, tantum privata. Intelligendum autem eſt privata inſignia dum multitudini ponantur, publica cenſeri. Publica etiam, ſi quando ad privatum transferantur, fore privata.

De origine inſignium, heroicorum, & primò inſignium militarium.

Biblioth lib 1. fol. 77.

INſignium heroicorum originem quæſituri, ab inſignibus militaribus exordiemur. Hanc Diodorus tradit : & cauſam, ὅτι τὸ παλαιὸν οἱ καθ᾽ Αἴγυπτον διὰ τὴν ἀταξίαν τὴν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, &c. *Ferunt*, inquit, *Ægyptios veteres, cum propter ordinis in exercitu confuſionem à vicinis ſæpenumero pugnâ vincerentur,*

ſigna

signa cohortibus præferenda excogitasse. Animalium igitur quæ nunc venerantur imagines formasse: quas Sauritis (id hastæ genus est) affixas duces gestarent; ut hoc pacto, cujus quisque ordinis esset, certo dignosceretur. Quæ ordinis concinnitas, cum ad victoriam plurimũ afferret momenti, animantibus illis salutem acceptam retulisse. Ad gratiã illis ergo reddendam, morem hunc, nullum de animalibus imagine quondam representatis interficiendi, sed religiosè, quâ dictum est curâ, & veneratione prosequendi sancitum esse. Hæc ille; & hinc, inquiunt Ægyptii, animalium cultus.

Hinc etiam filios Israel, ut vituli cultum quo Ægyptii Apim venerabantur, ita & insignium suorũ morem deduxisse, verisimile est. Apud Ægyptios enim floruisse constat insignia, juxta Diodori fidem, ab initio Religionis. Hoc est ab Osiride, Græcis Dionysio, & Baccho, Gentium antiquitatis periodo, annis plus minus ante exitum Israelis ab Ægypto quadringentis; & ante illud Numer. 2. præcipitur: *Ut unusquisque juxta vexillum suum, juxta signa domus patrum suorum, castrametabuntur filii Israel.*

Quatuor igitur vexillis, tribuum numerus quadrifariam statuebatur; singulo nempe vexillo tribus tres, ut sacra ipsa pagina testatur, quas invicem insignibus secernebant. Hæc à Rabbinis Hebraicis eduntur expedita, nos silentio trajicimus; obiter autem monentes ea non in flameis, ut hodie solent, ex cultu admodum recentiori, fuisse depicta, sed hastarum summitatibus de antiquo more (quem expressiùs videbis, cum Romana vexilla tractabimus) delata.

De origine insignium armorum.

ARmorum quóque insignia Diodorus Siculus Osiridis filiis, comitibus militiæ Anubidi & Macedoni attribuit ἀμφοτέρους χρήσασθαι τοῖς ἐπισημοτάτοις ὅπλοις ἀπὸ τινῶν ζώων οὐκ ἀνοικείων τῇ περὶ αὐτοὺς εὐτολμίᾳ. Τὸν μὲν γὰρ Ἄνουβιν περιθέσθαι κυνῆν, τὸν δὲ Μακεδόνα λύκου προτομήν. *Utrúmque* ait *armaturis usos esse* ἐπισημοτάτοις, *id est, maxime insignibus eo animali quod ab ipsorum magnanimitate non esset alienum. Anubedi enim ex pelle, Macedoni ex lupi corio* Biblioth. lib. 1. pag. 16.

tegumentum

tegumentum erat; colique ideo apud Ægyptios ista animalia. Hæc autem ad exuviarum gestamen, de quo postea, referenda, rem ad Herodoto inquirendam censeo,

Cares galeis cristas imponendas primi ostenderunt, in clypeis signa facienda. Strabo idem, (ait Lipsius,) & ipse ἐπίσημα appellat. Sed cum de tempore sileat Herodotus, accidisse ibidem colligatur circa Minois ætatem, quem Thucydides ait fuisse παλαιότατον ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, *antiquissimum omnium quos auditu cognovimus..* Huic tunc parebant Cares, Leleges dicti, & Insulas habitantes, supra omnes alias gentes quæ illis temporibus claruêre, celebres erant & ingeniosissimi, ut idem Herodotus testatur.

A Caribus in Græciam devenisse insignia, & per Asiam spargi, non est dubium, etiam Indos usque: Nec dum eversâ Trojâ, nec raptâ Helenâ. Id ex Dicti Cretensi, Æschylo, Pindaro, Homero, Statio, Virgilio elucet. Memnonem, narrat Cretensis, Trojam venisse ingentibus Jndorum atque Æthiopum copiis vario genere insignium: omniáque quæ circum Trojam & ultra, quæ visui patebant, splendore (inquit) insignium refulgebant. Æschylus refert, Thebano bello, (ut altius hæc repetantur) Tydeum Regem clypeo tulisse cœlum stellatum, luna medium umbonem illustrante. Pindarus Amphiaraum draconem. Statius, Polynicem, Sphinga, Capaneúmque, (qui oppugnationem tunc invenerat) Hydram.

Thebani, quod Sphinga monstrum Oedipi prudentia confudissent, Sphingis effigiem, velut in triumphum.

Cymbri, cultura & labore indefessi, aurum æneum.

Cyrus, aureum gallum lanceæ affixum.

Eumenes, Cererem, & Alexandrum.

Neoptolemus, Minervam.

Taceo multos, apud Homerum, insignes Græcorum Clypeos, in Trojam accinctorum. Etiam, antiquissimam illam Palladis & Jovis Ægida, Gorgonis Medusæ capite, ut poetarum carmine, celeberrimam.

Sed vetustius est his omnibus Osci illud Tyrrhenorum Regis, apud Manethonem, insigne serpens.

Quid

Quo consilio usi sint veteres in aptandis insignibus.

NUlla Regio cui nihil insignium, saltem in signis militaribus. Et hæc cum publica essent, vel à tutelari regionis numine, vel ab animali ei sacro, à re quapiam aut loci propriâ, aut cæptis auspicanti, communive genio arridente, deducebant; fore sic sibi secundiùs in præliis rati. Nam animalia singula singulis geniis & cœlorum virtutibus credita, persuasum habebant: coloresque, numeros, & figuras omnes, cuipiam superiorum (juxta Platonis & magni Jamblici sententiam) convenire. *Coloresq; &c.* Trojani Minervæ opem implorantes, Divæ simulachrum clypeis decernunt. Ipsa Athenarum præside, noctua ei sacra civibus fit insigne. Ægyptus, quòd utráque Ibidis species apud eam tantummodo reperiatur, geminis Ibidibus insignitur. Scythæ, instar fulminis immanes, fulmen gerunt. Persæ, quo alios vincunt, arcum; Arcades, quod primi tempora observassent ex lunæ motu, lunam.

Par in privatis insignibus animadversio. Qualis quis genii & vigoris, aut vere esset, viderive maluerit, excogitato consentaneæ qualitatis symbolorum aliquo, armis instruendum curat, terroris apud hostes, distinctionis inter suos indicem, virtutis gloriæque apud omnes. Hinc quo Regiam magnanimitatem trucémque belli Imperatorem manifestaret rerum apud Græcos potitus Agamemnon, clypeo (qui postea Olympiæ fano suspendebatur) leonis caput (terrorem appellat Pausanias) inclusit; adjecta inscriptione,

Οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν ὁ δ' ἔχων Ἀγαμέμνων.
Terror hic est hominum, quiq; hunc gerit est Agamemnon.

Ulysses ne ex scuto minus agnosceretur sævus, Typhoëo insignitur, flammivomo gigantúmque robustissimo. Turnus (ut intractabilem se bello prædicaret) Chimærâ galeam insignivit, monstro quidem tricipiti & truculento. Veruntamen nec, (quod sciam) coram leonibus unquam constitit Agamemnon, nec Ulyssi cum Typhoëo res fuit; nec cum chimæra Turno.

Mena-

Pausanias in Phocicis.

Menelaus alia ex causa, sed in eandem etiam sententiam, cum draco victoriam ei in Aulide hariolatus esset, Draconis gestamine clypeum consecravit.

Plutarch in Apoth.

Lacon in scuto habens insigne, muscam verâ non majorem, cum quidam irridens dixisset, illud esse factum ut lateret; *Imo verò*, inquit, *ut sim manifestus, ita námque ad hostes accedo, ut hoc insigne quantum sit ab ipsis videatur.*

Frequenter etiam clypeos occuparunt fabulæ integræ, & historiæ. Ejusmodi habetur Herculis ille, apud Hesiodum; Achillis, apud Homerum; Æneæ, apud Virgilium; quos omnes, cum longissimas rerum series complectantur, luxuriaréque videatur in ipsis furor poeticus, lubens prætereo; Turni solummodo, ut Virgilius exhibet, propositurus.

Ænead. 7.

At levem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, jàm setis obsita, jam bos.
Argumentum ingens, & custos Virginis Argus,
Cælatáq; amnem fundens pater Inachus urna.

Suas quóque imagines clypeis decernebant, quos templis etiam dicari placuit. Phidias, inquit Cicero, sui similem imaginem inclusit in clypeo. Livius idem de Asdrubale: Et Plinius, *Origo*, ait, *plena virtutis faciem reddi in scuto cujúsque, qui fuerit usus illo.* De his multa ille *lib.* 35. *ca.* 2. & 3.

Liv. lib. 25.

Heroicorum insignium ritus aliquot & leges.

INsignibus & suæ fuêre leges, etiam Iliacis seculis. Neque enim servis competebant (cum nec iis licuerit arma ferre) néque tyronibus néque inertibus: quin & nec ipsis illustribus (qui interim inglorii sunt habiti) haud emeritis. Hinc Virgilius Æn. 9.

——————— quorum primævus Helenor,
Mæonio Regi quem serva Lycimnia furtim

Sustulerat

Sustulerat, vetitísq; ad Trojam miserat armis,
Ense levis nudo parmáq; inglorius alba.

Armis vetitis dicit, utpote ex lege militari, quod Helenor è ſerva oriundus: *parmáque inglorius alba*: hoc eſt ſine virtutis argumento, pura & candida, quâ, licet Regis filius, uti cogebatur dum tyro eſſet, vel ſtrenui quid ediderat quod picturæ decus mereretur. Hæc ex Servii ſententia. Nec mos iſte Græcorum propriè vel Aſiaticorum, ſed & Italorum, ut Virgilius etiam Ænead. 9. de Camilla Volſcente Viragine.

Ense pedes nudo, puráque interita parmâ.

Etiam & Afrorum recentius multo, quod Silius de pube Carthaginenſi oſtendit, lib. 3.

——————*Rudis his tunc parma.*

Quos igitur poetæ inſignibus ornant, eos nec tyrones eſſe indicant nec imbelles, ſed fortes & ſpectatos. Sic Virgil. Æn. 10.

——————*Huic totum inſignibus armis.*

Agmen, id eſt, bellis aſſuefactum —. *Picti ſcuta Labici.* i. inquit Servius, *in bello frequenter probati.*

Servis etiam tractare militiam religioſè vetitum à Longobardis, qui inopia militum laborantes, ut bellatorum poſſent ampliare numerum, plures à ſervili jugo ereptos, ad libertatis ſtatum perducunt, utque rata eorum libertas haberi poſſet, faciunt more ſolito per ſagittam. Paulus Diaconus de Longob. libr. pr. capite nono.

Militaris igitur honos è ſalvis ſtetit inſignibus. Sic Statius Theb.

Tunc inhonora cohors laceris inſignibus ægras
Secernunt acies. Et
Diffugêre Jubæ, patuitque ingloria caſſis.

Victi etiam inſignia ad victorem pertinebant, quæ & ferre licuit per prælia in triumphum. Sis Turnus Pallan-

tis balthea; ſic Flaminius Bojorum Regis galeam. Du-
Inſtit. lib. 2. pag. 23. ctum fortè ab Hercule, qui Antiopis Amazonum Reginæ arma, victoriæ præmia, deportavit, Menaleppis ſororis Regiæ captivitate præhabita.

Et finitis præliis arma cum inſignibus Diis ſuſpendebantur in templis. Sic Diomedis clypeus in Olympiæ fano. Sic

——————Vejenius armis
Herculis ad poſtem fixis.

Huc & illa apud Ovidium precatio,

Dii, precor à vobis omen removete ſiniſtrum
Et ſua det reduci vir meus arma Jovi.

Mortuorum quóque inſignia ſepulchris aſſidebant. Sic Epaminondæ apud Pauſaniam quod illicò dicturi ſumus in ſequentibus. In veterrimo enim more fuit viros fortes una cum armis ſepelire: quod & apud Ezechielem teſtatum habes, ca. 32. v. 27. In 1. Machabæorum libro 13.15. Clypeóſq; imagines & inſignia impiorum dejicere.

Sueton. Domit. cap. ult. Et paterna inſignia ad filios & nepotes defundi ſæpe contigit. Virgilius Æn. 7.

Vectores oſtentat equos ſatus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus, clypeóque inſigne paternum,
Centum angues, cinctámq; gerit ſerpentibus hydram.

Et hoc idem geſtamen multa poſt ſæcula Silius tribuit Teroni, templi Herculis cuſtodi bello Punico.

Lib. 2. f. 36.

Exuviæ capiti impoſitæ, tegménq; leonis
Terribilem attollunt excelſo vertice rictum.
Centum angues idem cælatum inſigne gerebat
In clypeo, & ſectis geminam ſerpentibus hydram.

Chryxus, Brenni progenies, Romanos ad penſandum aurum cogentis, capitolio jam obſeſſo.

Sil. lib. 4.

Ipſe tumens atavi Brennenſe ſtirpe ferebat
Chryxus, & in titulos capitolia capta tenebat:
Tarpæióq; jugo demens & vertice ſacro
Penſantes aurum Celtas umbone ferebat.

Quin

Quin & Nepotes M. Valerii qui Corvi ope Gallum devicerat, non ſolum Corvini nomen, ſed & inſigne Corvi pro criſtis tulerunt.

Corvinus, Phæbea ſedet, cui caſſide fulva
Oſtentans ales proavitæ inſignia pugnæ. Sil. lib. 5.

Idomeneus, quia à ſole dicebatur oriundus, gallum tulit. Heraclienſium Tyrannus, quia à Jove, aquilam auream. Refert Pauſanias in rebus Arcadum Epaminondæ ad Mantineam fortiter occumbenti, tumulum ſtatui eodem loco quo ſigna contulerant. Tumulo & columnam inſiſtere & ſcutum draconem habens inſculptum. Draco, ait ille, innuere videtur Epaminondam ex eorum eſſe genere qui Sparti appellantur. Thebis ea antiquiſſima cognatio, cujus id gentile erat inſigne Pierio teſte.

Quin & paterna ferre alias oportebat inſignia, cum & ipſa arma detulerunt.

Armáq; Dulichii proavis portata Zacyntho. Pier. lib. 45.

Seleuciana autem propago, eodem ſymbolo inſignis fuit à natura. Seleucus enim anchorâ ſignatum femur habuit ab ipſa origine: filiíque & nepotes ejus eodem inſigniti modo, anchoram in femore veluti notam generis naturalem habuere. Hinc extant Seleuci nummi anchorâ ſignati.

Obſervandum autem eſt antiquos illos non iiſdem ſemper ſymbolis uſos eſſe, ſed alternatis ſæpiſſime. Sic Ægyptiis Ibides, crocodilus ſerpens aliâs atque aliâs inſigne fuit. Agamemnonem apud Homerum Gorgonis caput: apud Pauſaniam leonis. Ulyſſes nunc Typhoëo, nunc delphino inſignitur. Iliad. 11.

¶. Quin & eodem ſymbolo fungebantur cognatione diverſi. Sicuti Spartiarum gentis cum eſſet inſigne draco, aliâs oriundus Capaneus, aliâs Menalaus dracone utebantur. Et Plutarchus refert eum qui Lyſandrum interfecit inſigne clypei draconem habuiſſe, eóque oraculum monuiſſe ut draconem vitaret.

Ex his quæ diximus, triplex hujusmodi insignium finis ostenditur. Fuisse nempe ea uti signa ad distinctionem; uti emblemata ad animi indicium: uti minæ ad inculcandum terrorem Nam in armis illustrandis nihil pene desideratum fuit quod terrorem induceret. Unde Homerus dum armorum insignia repetit, miro verborum artificio horrenda conficit. Nec aliter cæteri poetæ, inter quos Statius Theb. 3.

Fulmine cristatum galeæ jubar, armáque in auro
Tristia, terrificis monstrorum animata figuris.

Et posteris quidem placuit vetus hic ritus. In sacrandis igitur gladiis, armis, vexillísque precari solebant Episcopi, ut hostibus signa essent terribilia, & sanctis intercedentibus solidamenta & victoriæ fiducia certa. Antiq. Britann. p. 106.

De ferarum exuviis.

NEc sileam aliud insignium genus, clarum apud veteres, & heroicum. Nam cum ea ætas propter terrarum solitudinem immanibus feris graviter laboraret: egregium habebatur his bellum indicere, victarúmque exuvias ad virtutis indicium circumferre. Sic Hercules Hydræ, Nemæíque leonis spolio insignitur. Theseus tauri, quem Atticam vastantem peremit. Atlanta apri Calidoniæ terroris. Aphypnas apud Ovidium, *Meta. l. 12.*

Fusus in Ossææ villosæ pellibus ursæ.

Dorylas ibidem

——————Tempora tecta gerebat
Pelle lupi, sævique vicem præstantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.

Nec hoc exuviarum gestamen (quo fortium fuit) cuipiam fas erat ex mentita virtute arrogare. Uptote Bacchum mollem

mollem leonis exuvias indutum, ſic in ranis apud Ariſtophanem ridit Hercules.

Αλλ᾽ ἐκ οἱός τ᾽ εἰμ᾽ ἀπασοβῆσαι τ̃ γέλων
Ορων λεοντῆν ἐπὶ κροκωτῷ κειμένω.

Riſum profectò haud ſum potis compeſcere.
Crocoton additum Leontæ conſpicans.

Crocoton veſtis muliebris.

Placuit & iſte cultus ſuccedentibus ſæculis adeo ut in morem vertitur hujuſmodi exuvias (utcúnque conparatas) armis inducere. Rictu ipſo galeæ impoſito, reliquo tegminis ad tergum diſpoſito. Hujus crebra apud poetas mentio. Exemplum prius habes in Terone, poſtea in galearum tractatu. Sed nec Romanæ militiæ incognitum. *Adornatur præterea miles*, inquit Polibius, & *ſimplici tegmine capitis, atque eſt cùm Lupinam aut tale aliquid imponit, tutelæ ſimul & ſigni cauſa, ut ductoribus ordinum cùm ſtrenùe aut aliter pugnarent poſſint innoteſcere.*

Sic apud Saxonem Grammaticum Beſſus Dux egregius caprinis tergoribus amictus, ac variis ferarum pellibus circum amictus, horrificúmque dextra geſtamen complexus gigantes ſimularet exuvias. Mox infra,

———————nam tegmine ſæpe ferino
Contigit audaces delituiſſe viros.

Arma illis, (id eſt Gallis) ſunt ſcuta ad ſtaturam hominis porrecta & inſigni proprio variegata. Quidam æneas beſtiarum imagines tam ad defenſionem quam ornatum affabrè factas præferunt. Diodor. Biblioth. Hiſt. li. 5. f. 307.

Bacchus, Græcis Dionyſius, Pantharum exuviis in pugna inſtructus erat. Diodor. to. 2. 212.

Sed priſcum morem apud recentiores ſoſpitem vide, Bartholinus Auſtriac. lib. 9. de bello agens Norico 643.

Quarta autem Regio pardorum pellibus harmos
Veſtit, arundineas & certatura ſagittas
Saxo acuit.

Et

Et mox de quinta,

Hæc pellem auritæ frontis gestabat equinæ
Volventes per inane jubas, quæ vertice summa
Dependent, aureq; utrinq; ad tempora vibrant.

De Imperatoriis insignibus.

ROmanis sua etiam erant insignia tum Imperatoriis sæculis tum consularibus. Studium autem majus erga signa militaria, quam armorum insignia. His remissiores quam Græci & Barbari: illis tanto accuratiores, ut religionem eis adhibere, festis diebus injungere, & inter deos venerari non dubitarunt. *Artabanus* (apud Suetonium) *aquilas & signa Romana Cæsarúmque imagines* (quæ in signis erant) *adoravit*. Quin etiam ad signa tanquam ad aras confugere moris fuit. Sic Plancus Consul apud Tacitum, signa & aquilam amplexus, religione sese tuebatur. Hinc deserere signa, capitale. In hostem projecta atrocius semper vindicare, *ne sacra sua, bellorúmque deos & numina legionum*, ut appellat Tacitus, *prodidissent*.

Vegec. l.2.c.6. Plin. l.13 c.3. in Calig.c.14.


Annal 2.

Signa (post despectos cum Regibus fæni manipulos) vel consularia erant vel Imperatoria. Consularia (quæ Plinius ponit) quínque quorum Aquila primum postea solum. *Romanis*, inquit, *legionibus aquilam. C. Marius in secundo consulatu suo* (nam septies consulatum gessit) *propriè dicavit. Erat & antea prima cum quatuor aliis: lupi, minotauri equi, apri, quæ singulos ordines anteibant. Paucis ante annis sola in aciem portari cœpta erat, reliqua in castris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit*, hæc ille.

Nat.hist.lib.10. ca.4.

Signa Imperatoria habes apud Vegetium, lib. 3. cap. 5. *Aquilas, dracones, vexilla, flammulas rufas pinnas.* Sed corruptus locus, & emendaturus Stewechius mendosiorem facit. Ejus ope, Lipsius (ut solet) fælicitier restaurat flammulas, tufas. Quid sit tufa alias dicemus. Interim vide signorum icones è numis à Goltzio exhibitis.

Sed



Sed à Lipſio magis perſpicuè è columna Trajani, cujuſmodi & numis & lapidibus conſpiciuntur, in quibus habes etiam ipſos ſigniferos ferarum exuviis indutos.



Cum autem in his Imperatorum Imagines desiderantur, eas etiam habe, ut is alias exhibet è numis & lapidibus.



Aquilæ, imagines, & signa, aurea erant, hastæ quidem extenduntur argenteæ: ferentes, juxta rem latam, dicebantur Aquiliferi, Imaginarii, vel imaginiferi, signiferi, draconarii.

Veget.lib.2. cap.7.

Aquila omnium legionum insigne fuit, sed una unius. Hanc cum Imperatorum Imaginibus cohors prima (propter utriúsque dignitatem) accipiebat. Reliquorum signorum numerus in qualibet legione multiplex fuit, statio non ita certa.

Cæs. bel.Gal lib.2. Veget. lib.2 cap.6.

Manus quam vides manipulorum erat militum. Nam cum puduit manipulorum fœni quos sub agresti initio tulissent, placuit manum ipsam erexisse in insigne, quod Ovidius.

Plutarch in Rom.

Lib.3.Fast.

Pertica

Pertica suspensos portabant longa maniplos :
Unde maniplaris nomina miles habet.

Pinnæ autem duriores sunt pennæ hastarum summitatibus alligatæ. Sed quas in signo vides, plumas magis referunt quam pinnas.

De draconum vexillis & de penitis & bilinguibus.

DRacones post bellum Dacicum à Trojano gestum (minuta jam aquilæ dignitate) frequentissima fiunt inter signa. Nomen etiam ferentibus (ut diximus) indidere: atque hinc omnibus signiferis, quos inde Draconarios appellarunt. Morem exprimunt cum icones præcedentes, tum Nazianzeni illud. *Vexilla*, inquit, *quæ horrendis draconum hiatibus super summas hastas elatas involentia, ac per tractus contextis squammis distinctos, jucundissimum simul & formidolosum spectaculum oculis præbent.* Et notissimus ille Amiani locus de pompa Constantini Imperatoris, urbem ingredientis. *Eúmque* (inquit) *post antegressos multiplices alios, purpureis subtegminibus texti circundedere dracones, & hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflabiles, & ideo velut ira perciti sibilantes, caudarúmque volumina relinquentes in ventum*: Hæc ille: & hinc Claudiani illud.

Oratio in Juliani.

Mansuescunt varii vento cessante Dracones.

Mos iste à Scythis videtur deductus. Nam anonymus apud Suydam Σημεῖα Σκυθικὰ, &c. *Signa, inquit, Scythica quæ fuerunt in bello, sunt vela vel textilia colore variegata, quæ in specie maximè serpentum assimulata sunt, & suspensa è mediocribus hastis.* Lipsius censet Dacos, qui signa alia non habent in columna Trajani, hæc à vicinis Scythis accepisse, Romanos utique post bellum Dacicum à Dacis. *Placuit enim*, inquit, *ille terror, quem moti in aëre faciunt, & visum bello aptius quam Romana illa.*

Milit. Roman. lib. 4.

De Vexillis.

VOx illa antiquioribus Græcis fuiſſe incognita, ex hoc conjicio, quòd recentiores ea βίκιλα appellarunt latino nomine. Signis tamen militaribus eos uſos fuiſſe manifeſtum eſt ni in dubio de Trojano ſeculo.

Vexilla conſecrari Antiq. Eccleſiæ Brit. p. 106. 23.

Vexillum velum quadratum pertica ſuſpenſum. Antiqui Cohortes in centurias diviſerunt, & ſingulis centuriis ſingula vexilla conſtituerunt; ita ut ex qua cohorte, vel quo quota eſſet centuria in illo vexillo litteris eſſet adſcriptum, quod intuentes vel legentes milites in quovis tumultu à contubernalibus ſuis aberrare non poſſunt. Vegetius, *Pingebantur etiam animalia in vexillis longè ante Vegetii ætatem. Scribit enim Appianus, quintam legionem Cæſaris vexillo Elephantem depinxiſſe, quod his animantibus occiſis, victoriam retuliſſet.*

Lib. 2. de bello civili.

Vexillum & flamulam pleríque confundunt: ſed diſtinguit Vegetius, nec Stewechius ſatis abſolvit, nec Lipſius. Animaduerto autem vexillum, non ſemper velum fuiſſe, aliquando ſolidam imaginem, vel tabulam quadratam. (Ægyptiorum more) cum cohortis nomine inſcriptam: flamulam ſemper è panno vel ſerico, quam ideò Vegetius idem eſſe ait quod velum, & Feſtus nomen accepiſſe à colore, hoc eſt, flammeo. Cedrenus inferioris ætatis author. Βίξιλα παραπετάσματα &c. *Vexilla*, inquit, *ſunt vela ſive tapetes ex purpura & auro in quadratam formam effecta* & mox, *Sunt autem ea quæ nunc flamulæ dicuntur.*

Lib. 2. cap. 1.

Morem hodie retinemus in penitis noſtris vexillis quæ cum Curopalata recte vocem δρακόντεια φλαμόλα, hoc eſt, ſi liceat, draconarias flamulas. Procopius, qui res Juſtiniani vidit & ſcripſit, mentionem facit vexilli quod tum Bandum appellarunt. *Beliſarius*, (inquit) *inſigne, quod Romæi Bandum vocant, Johanni Armenio commiſiſſe, ac ſi fuerit occaſio jaculari mandavit.* Id infra, *Ducis ſignum, & vexillum* nuncupat: quod in media acie ſpectatiſſimus quiſpiam

De Bello Vandalico l. 2.211.

quiſpiam ferebat, qui ideo *Bandophorus* appellatus eſt. Hinc emanaſſe conjicio vexillationes noſtras **Bands**, & **a band of men** vocari: vexillúmque ipſum, quod Romani aliter Banderium dixere nomen noſtris vexillis reliquiſſe quæ **Banners** appellamus. Sed quoniam de Bandophoro mentionem fecimus, notandum erit hoc fuiſſe munus eximiæ dignitatis, nam ſic Procopius exponit. Hieronimus Blancus contendit antiquos illos Suprarbienſium Reges ante Innicum Ariſtam alios non fuiſſe quam ſigniferos ductores. Imagines vero equeſtres quæ in ſigillis habentur antiquiſſimis vexilliferas haſtas gerentes, id videntur indicare, Procerum has eſſe qui prædia ſua ab ipſo Rege acceperunt, quod porrecto vexillo hæc Principes illis tradere conſueti ſunt. Unde antiquo Saxonico vocabulo panenlehen dicebantur, fortè, quaſi vexilli præmio decorati, à pane vexillum, & Lean præmium. Video Reges inclytos Willielmum Conqueſtorem, Willielmum Rufum, Stephanum, & illuſtres alios ejus ætatis, ſigillis cudi vexilla deferentes, ſed hoc fortè ad ornatum haſtæ.

De labaro.

LAtius reperitur quadrati vexilli genus, à Conſulari ævo deductum, cujus nec Vegetius meminit nec Plinius, parciúſque quiſpiam antiquorum. Inferior ætas labarum appellant, quod *laborum ſolvendorum vim haberet*, inquit Nanzianzenus: quod Stewechius idem eſſe aſſerit quod in numis priſcorum Conſulum ſæpe viſitur ſub pilis ſignorum loco infimo appenſum, ut ſupra expreſſimus. Elegantiſſimè autem ſe propoſuiſſe ait, ut etiam vides è numis M. Antonii, cui nos adjecimus latius illud in numis Ser. Sulpicii Galbæ anchoram ſuſtinens, & navis gubernaculum. De hoc vexillo parum Lipſius, ſed Imperatorium fuiſſe & grande præferríque ſolitum, noménque Imperatoris habens, non aureis ſed puniceis literis inſcriptum, eóque vexillum ipſum olim non punicei, ſed candidi potius coloris contendit, inducto Dionis loco de re- *Orat. 47. in Julianum 1.*



Διβέλλιον. I. *divum velum v. Offic. Const.*

bus Craſſi contra Parthos *Σημεῖον δέ τι τῶν μεγάλων.* vexillum, inquit, quoddam ex illis magnis quæ velorum ſunt ſimilia, & quæ puniceas literas inſcriptas habent ad notitiam exercitus, & ſummi ejus Imperatoris, id tale in flumen è ponte inverſum decidit. Crevere hujus vexilli honor & magnitudo, quod poſteritas univerſo exercitui, (exuta jam aquila)

la) præfecit, labarúmq; appellavit. Velum grandius purpureum, ſæpe auro intertextum gemmis lucidum. Quod Conſtantinus Magnus in vexillum crucis commutavit, cum de bello contra Maxentium ſolicitus, in oriente ſub meridie vidiſſet (uti & exercitus) crucem fulgentem, audiſſétq; è cælis ἐν τούτῳ νίκα, id eſt, *in hoc vinces.*

Vide hoc aliter apud Zonaram Annal tom. 3. fol. 83. & Euſeb. de vita Conſt. lib. 1. ca. 32.

Charactaris formam & ipſius labari in Conſtantini numis videas & Valentis Imperatorum. Illis quidem P. & X. connexis in hunc modum; iſtis verò cruce pura ſive plana in hanc ſpeciem, & in numiſmate Majoriani Aug. ſic omnino. *Juſſit*, inquit Herodianus, *viros eruditos ex auro & lapidibus pretioſis in vexillum crucis transformare ſignum, quod labarum vocabatur.* Hoc ſignum proponebatur ante ordines univerſos, quod maximè laborantibus aciebus in præliis adeſſe præcipiebat. Conſtituit itáque certos ſigniferos qui in eo laborarent, quos Juſtinianus Imperator *præpoſitos laborum vel labari appellat.* Cod. lib. 2. tit. *de labarûm vel laborum præpoſitis*, ubi Lilio Giraldo emendandum videtur *labarorum*: Chriſti quóque nomen labaro & clypeis inſcripſit, ut Prudentius teſtatur contra Symmachum.

Vide Numos.

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum: clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis Crux addita criſtis.

Sed crucis etiam figuram ex auro ſolido præferri curavit, ut idem paulo ante.

Agnoſcas Regina lubens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies crucis aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

Et

Hinc ſignat Cherubin, hinc labara ſancta triumphum
Brachia tenſa notant.

Fuſiores in hoc ſumus, quod grande illud & præcipuum cujúſque regni ſignum militare (Angli **the Standard Royall** vocamus) hinc deductum oſtenderemus, non nihil tamen pro temporum more variatum. Nam antiquum illud

illud labarum à transversa pertica dependebat, hodiernum ut, vexilla omnia, per erectam hastam marginem unum distendit.

De Standardo.

† *Saxonibus* becan *forte* *quod* becen *id est, cognoscibile.*

Et erecto huic undicunq; concurrendum est ut de salute publica periclitaturis. Sic David Scotorum Rege innumerabilem exercitum in Angliam promoventem contra Stephanum proceres boreales viriliter restituerunt, fixo Standardo, id est, Regio insigni (inquit Huntig.) apud Alverton. fol 388. 20.

UTi mediæ ætates Imperatorium vexillum in labari nomen detulerunt, ita posteræ labari appellationem in Standardi commutarunt: voce à Germanis ducta, & stationarium seu rem stabilem significante. † In levioribus enim congressibus, nunquam visum est, sed tantum in ipso regio exercitu jam de summa rerum confligente. Est autem hoc (ut in priscorum vidimus membranis) malus eximiæ celsitudinis è carro quatuor rotis mobile erectus, cujus summitati vexillum illud Regium (quod exercitui præest) figebatur. Puto Italis carrocium dici à carro illo. Quod & Imperatores labari vice accepisse Brito Armoricanus ostendit, Othonem versus Francum, nempe Philippum Augustum, sic instituens, Philippidos II.

Mox Otho imperii declarans signa, volénsque
Jam quasi promeriti rem prælibare trophæi,
Standardum ædificat, miróque insignit honore.
Imperii ut fasces tanto illustrante paratu,
Se dominatorem totius disputet orbis.
Erigit è carro palum, palóque draconem
Implicat ut possit procul hinc atque inde videri,
Hauriat & ventos caudâ tumefactus & alis,
Dentibus horrescens, rictúsque patentis hiatu.
Quem super auratâ volucer Jovis imminet alâ
Tota superficies cujus nitet aurea, solis
Æmula, quo jactat plus se splendoris habere.

In apice lib. ejus II.

Vexilli loco draconem ponit Armoricanus: & Standardi ostentionem ad Cæsares solos videtur deferre, dominium orbis machinaturam; ut Epitomator ejus,

Standardo

Standardo mundi Dominum se disputat Otho.

Quod tamen ad aquilæ eminentiam & terrorem à dracone illatum potius referendum censeo. Nam Anglo—Saxones nostros Standardo etiam usos esse, Huntingtoniensis ostendit, quemadmodum & draconum vexillis, De fortissimo rege Edmundo ferreo latere Cnutonem debellante; *Sic*, inquit, *Loco regio relicto qui erat ex more inter draconem, & insigne quod vocatur Standard, cucurrit terribilis in aciem primam.* Haraldi quóque signum regale, (de quo statim dicturi sumus) eodem appellat nomine.

Histor. libro sexto.

Franco autem Standardum non assignat Armoricanus, cum Othonis illum expresserit, pergens ait,

At Regi satis est tenues crispare per auras
Vexillum simplex cendato simplice textum.

De Auriflambâ Francorum, seu vexillo Sancti Dionysii.

CUm Francorum Auriflamba mihi obiter, ut vides, in manus inciderit, non possum silentio præterire. Taceo verò quid de ea obstrepere solent obsoleti. Sacram fuisse apud Francos non est dubium: Ideóque in Ecclesia Sancti Dionysii religiosè custoditam. Hanc Reges Francorum ex antiqua consuetudine, cùm in hostem profecturi essent, ab altare B. Dionysii, solenni humilitate, iejuniis & lachrymis impetratam, tutelæ symbolum deportabant, & in primâ acie à præstantissimo delatam collocabant. Quod (ut Rigordus ait) videntes adversarii & cognoscentes, territi multoties terga dedere. Ejus descriptionem exhibet Armoricanus, cui te plura cupientem relego. Absolutis enim prioribus illis de Othonis Standardo, sic progreditur.

Vide Gaguin. in Clodoveo. Guilliel. de Breton in histor. Philip. August. Tillet Evesque de Meaux Recueil des Roys de France. partie 1. lib de gestis Philippi Aug. sub anno 1190.

At regi satis est tenues crispare per auras
Vexillum simplex, cendato simplice textum,
Splendoris rubei, Lethania qualiter uti

Philippid. II.

Ecclesiana

Ecclesiana solet certis ex more diebus.
Quod cum flamma habeat, vulgariter aurea nomen
Omnibus in bellis habet, omnia signa præire.
Quod regi præstare solet Dionysius Abbas
Ad bellum quotiens sumptis profi scitur armis.

Lib. de gest. Philipp.

Quin & signum præterea regale (quod Rigordus floribus Lilii distinctum esse memorat) addit, nam subjungit quóque,

M. G. Tillet. en son Recueil des Roys de France partie 1.

Ante tamen regem signum regale tenebat
Montiniacensis Vir fortis corpore Galo &c.

Carolus 5. obiit anno 1380.

Auriflambæ gestatio tanto aliquando in honore fuit, ut ad capescendam eam Arnaldus de Endevehan Mareschalsiâ Franciæ se exuit sub Carolo quinto rege. Post cujus imperium ne semel hactenus prodiit in aciem.

De signis aliquot Anglo—Saxonum.

lib. de Ælfred. reb gestis.

QUoniam de signis Anglo--Saxonum mentionē feci, multiplicia fuisse ex Bedâ & aliis animadverto, nec perpetua sed ex Principis arbitrio. Dracones verò crebros, nec à fabuloso illo Arthuri regis, sed à ritu quem ostendimus Romano, ni Germanos à vicinis Dacis etiam accepisse opineris. Quatuor autem reperio præ cæteris celebria. Primum Edwini regis inclyti qui regnum iniit Anno 677. Bedâ tufam appellatum, de quo posterius dicemus lib. 3. cum de pilis tractaverimus. Secundum id Ælfredi regis à paganis captum REOFAN, id est, *corvum* nuncupatum. *Dicunt*, inquit, Asser Mencvensis, *quod tres sorores Hungari & Habbi filiæ, viz. Lodobrochi illud vexillum texuerunt, & totum paraverunt illud uno meridiano tempore. Dicunt etiam quod in omni bello ubi præcederet idem signum, si victoriam adepturi essent, appareret in medio signi quasi corvus vivens volitans. Sin verò vincendi in futuro fuissent, penderet directè nihil movens. Et hoc sæpe probatum est.* Hæc ille, ego fidem nemini astringo. Tertium

tium memorabile illud eſt quod Æthelſtano regi, Hugo rex Francorum delegavit, Vexillum nempe beati martyris Mauricii, & Thebbææ Legionis principis, quo idem rex (ut Malmesburienſis habet:) in bello Hiſpanico quamlibet infeſtos & confertos inimicorum cuneos diſrumpere, & in fugam ſolitus erat cogere. *De geſtis regum Anglorum lib. 2.* Quartum verò ab Heraldo rege jam devicto Willielmum primum una cum regno eripuiſſe, narrat idem Malmesburienſis, & Romam Papæ miſiſſe, in hominis pugnantis figura auro & lapidibus arte ſumptuoſa contextum. Atque hoc ipſum eſt quod Huntingtonienſis ſignum regium vocat & Standardum. *Hiſtoriar. lib. 6.* Oſwaldo duplex vexillum fuit. Crucis de quo Beda lib. 3. cap. 2. *Nullum, ut comperimus fidei Chriſtianæ ſignum, nulla Eccleſia, nullum altare in tota Berniciorum gente erectum eſt, priuſquam hoc ſacræ crucis vexillum novus militiæ ductor dictante fidei devotione,* In loco ubi pugnaturus fuit *exerit.* Sed hoc devocionis potius quam diſtinctionis.

Aciei verò vexillum præfecit ex auro & purpura compoſitum, quod & ſuper tumbam ejus cum eſſet mortuus appoſuerunt. Ut lib. eodem cap. 11. idem Beda.

Noſtra ſententia de armorum origine.

VIdes quam difficile ſit natalitiam periodum armis conſtituere. Iſtam tamen opinionum diverſitatem inde enatam judico, quod earum authores, librum de notitiis Imperiorum nunquam ſunt intuiti. Latentem enim tum adhuc Signiſmundus Galienus è Britanniâ noſtrâ petiit, & annis hinc circiter ad eximium ſtudioſorum commodum primus dedit in lucem. Hoc igitur viſo, nos cum Stewechio, Pierio, Pancirollo, Lipſio doctiſſimis viris à Romanis inſignibus propagari cenſemus. Non ſimul, non ſemel: authore incerto etiam & ævo.

At Romana illa inſignia legionum fuiſſe palam eſt, & gregariæ multitudinis non privati alicujus hominis aut familiæ. Nec in iis quid heraldicorum characterum (qui Gallis *feſſes, bandes, cheuerons,* appellantur) nec hodierna

colorum obſervatio, nec arearum diſtributio. Ingenuè igitur fatendum erit hunc noſtrum cultum, licet à priori deductum, à poſterioribus ita auctum, mutatum, ornatum abſolutúmque fuiſſe, ut novus quodammodo videatur. Quod quidem, ante Normannicas irruptiones in Galliam, fieri non apparet. Normanni enim ipſi legionario illo cultu à Romanis ducto, & per orbem tranſeunte, poſt adventum in Gallias fruebantur. Hoc Abbo oſtendit in obſidione Pariſiacæ urbis, Anno Domini, 887.

———Turriſque nihil ſub ſe niſi picta
Scuta videt.

Et alibi,

———Parmas quatientia pictas.

Quin & tertio,

Et miraretur tanta teſtudine picta.


Omnia proculdubio de gregariorum militum clypeis enunciata. Nobilium enim Claſſis tum adhuc apud Saxones & Danos ſeu Normannos (Alberto Crantzio teſte:) reperiebatur. Quin nec Duces ipſi ex armorum inſignibus tum à cætreis cognoſcendos, id innuere videtur, quod in vita Caroli Magni ab Engoleſmenſi monacho (ſi is tamen author fuerit) exaratum eſt. *Wido comes*, inquit, *qui in Marca Brittanniæ preſidebat, una cum ſociis Brittanniam ingreſſus, totum eam recepit in deditionem, & Domino Regi Carolo de Saxonia reverſo arma Ducum qui ſe dediderant, inſcriptis ſingulorum nominibus, præſentavit, & ſic tota Britannia* (ſcilicet Armoricana) *Francis ſubdita fuit.* Hæc ille. Eadem Aimoinus ſub Anno 799. *Guido*, inquit, *Comes & Præfectus Britannici limitis——Arma Ducum qui ſe dedidere inſcriptis ſingulorum nominibus detulit &c.* Simile quiddam, (ni me fallit memoria) apud Procopium legi. Certe non opus erat ut inſcriberentur nomina, ſi ab inſignibus dignoſcerentur arma. Sed ut redeam unde ſum digreſſus. Pictæ teſtitudinis rationem è Romano lapide ut apud Stevechium extat, tibi ſubjiciemus.

V. Crantzium.

p. 49. l. penult.

Lib. 4. cap. 89.

Sed



Sed occurrit apud Petrum Blesensem, Bathoniæ sub Henrico secundo Archidiaconum, insignis locus, quo sæculi illius clypeos & arma non pro more sequentium seculorum certis fuisse distincta insignibus, sed ex arbitrio pictoris, aut ipsius militis, historiâ aliquâ & figmento illustrata. Perstringens enim ævi sui milites, sic inter cætera: *Clypeos*, inquit, *deferunt optimè deauratos, prædam potius hostium cupientes quàm certamen ab hostibus, & eos referunt, ut ita loquar, ut virgines & intactos. Bella tamen & conflictus equestres depingi faciunt in sellis ut clypeis, ut se quâdam imaginariâ visione delectent in pugnis, quas actualiter ingredi aut videre non audent.* Eleganter Scipio Africanus, sicut in libro Stratagematum Julius Frontinus refert, Cum

Com. ad Viget. lib.2.ca.16.

Epist. 94. p. 172.

 scutum

ſcutum cujuſdam vidiſſet auro & gemmis multipliciter ornatum, dixit, *Se non mirari quod tanta diligentia ornaſſet, in quo plus præſidii quam in enſe haberet.*

Hæſi tamen & dubitare mihi videbar, an cultum hunc Danicum, à Romano magis quàm à vicino illo Germanico ritu ſcutorum diſtinguendorum (de quo Tacitus) vires accepiſſe cenſeam: vulgatúmque tam demum fieri (propter populi dignitatem) cum Imperium ad Germanos venerat. Sed explicuit me totum ipſa vox (*teſtudine*) apud Abbonem. Teſtudinis enim inventionem à Romanis prorſus affluxiſſe Livius teſtatur. Quam & Batavos poſtea uſurpaſſe Cornelius Tacitus oſtendit. Ut ſic demum perſpicuum eſſet ſcutorum pictura, unà cum teſtudinis conſtructione à Romanis deveniſſe ad ipſos boreales populos, perduraſſéq; ad Normannicas ætates.

Inſignia noſtra porro fuiſſe perſonalia.

DEmum legionaria iſta diſtinctio ad particulares cœpit tranſire. Duces, tribunos, centuriones, nobiles, (cupientes invicem internoſci) uti eo ævo ipſa etiam cognomina. Cognomina enim apud Francos coætaneam habuiſſe cenſeo genituram cum armorum inſignibus. Neutra fuiſſe in uſu apud Germanos, Ftancos, Anglos, Danos, paulò ante Anglo—Normannicas ætates. Mox utráque fieri perſonalia: utráque tandem gentilitia: cognomina verò citiùs paulò quàm inſignia. Tilettus ait Francorum nobiles poſt annum 900. & ſub Carolinorum exitu (hoc eſt anno gratiæ 987.) cognomina ſibi adſciviſſe, pleríque ab illuſtrioribus ſuis feudis. Ruſticos verò & ſervos (qui eo ævo feudorum non erant capaces) à miniſterii & villis quas habitabant. Sed ipſa etiam feuda ante hanc ætatem non fuiſſe hæreditaria. Præceſſit quaſi in eandem ſententiam Paſquierus, affirmans Duces omnes & Comites dignitates ſuas ab Hugone Capeto (tertiæ ſtirpis authore:) hæreditario jure accepiſſe, prius autem tenuiſſe ad voluntatem Principis. Quamobrem & ipſos Duodecim Pares etiam tum inſtitutos opinatur. Quis ergo credat

credat clypeorum ſignacula hæreditaria tum fuiſſe? cum néque cognomina, néque feuda, néque dignitates ipſæ illud juris obtinuiſſent. Aio igitur inſignia tum fuiſſe perſonalia & mutabilia ad placitum deferentis, uti heroum illa antiqua, vel ut hodie ſolent in haſtiludiis emblemata. Hoc me admonet quod apud Malmesburienſem legitur de Hugone comite Andagavenſi, cui à corporeo robore Martelli cognomen evenit, ut prius olim Carolo illo Martello Carolinæ ſtirpis regiæ apud Francos conditori, Is cum Willielmum Comitem Normanniæ, juvenem adhuc nec Angliacum ſceptrum ambientem ad ſingularem congreſſum in diem proximum depoſtulaſſet: ut in acie eſſet cognoſcibilis, *colorem equi* (inquit Malmesburienſis:) *& armorum inſignia quæ habiturus eſſet inſimat*, ac ſi arbitraria tum illi armorũ inſignia quæ alioquin vicinũ Normannum propter viri eminentiam & rerum geſtarum magnitudinem latere non potuiſſent. Et ex hac quidem inſignium perſonalium varietate, enatam eſſe cenſeo egregiam illam apud authores diſputationem de clypeis regum Francorum, aliorúmque principum lectorem ſæpe implicantem & abducentem.

De clypeorum inſignibus apud Romanos.

JAm ad armorum inſignia veniamus ſub imperio in uſu. Conſularibus ſæculis laboraſſe videtur heroicus ille cultus cum à Romanis neglectus, tum apud alias gentes diſſuetior. Vigere tamen apud Græcos Barbaróſque, & ad poſteros propagari. Romani novum imperium molientes, nova militæ diſciplina (qua orbem ſubegerunt Vegetio teſte) uſi ſunt: ſpretóque faſtu barbarico, virtuti pænitus inſudant, eámque omnibus nervis curant augendam. Non tam armorum picturis, quam erogatis muneribus militaribus, doníſque (quæ vocant) imperatoriis coronis, torquibus, armillis, haſtis puris phaleris, & ejuſmodi. Lucius Sicinius Dentatus, qui vixit ante decemviros, *pugnaſſe in hoſtem dicitur* (inquit Agellius) *centum & viginti præliis; cicatricem averſam nullam, adverſas quinque*

Lib.1.c.1.

Lib.2.cap.11.

quinque & quadraginta tulisse, Coronis esse donatum aureis octo, obsidionali una, muralibus tribus; civicis quatuordecim, torquibus octoginta & tribus, armillis plus centum sexaginta, hastis duodeviginti, phaleris item donatus est quinquies viciésque.

Plin. lib. 35. ca. 2. Nobilitatem autem arguebant è majorum imaginibus quas in atriis & gentilitiis funeribus per seriem edere (uti nos insignia) solebant; unde insignia nostra eorum vim & vicem obtinuisse Budæus multíque alii contendunt. Hinc fit, ut cum ad Romanorum gesta perveniatur, tacere solent historiæ de armorum insignibus. Crebra interim recordatione in rebus exterorum, donec omnia sub imperio coierunt. Exempla si cupias, habes Græcorum: Sophonis clypeum apud Herodotum anchora signatum: *In Calliop.* Percussoris Lysandri apud Plutarchum dracone: Laconis ibidem musca; Epaminondæ apud Pausaniam etiam dracone. Niceæ Atheniensis ex auro & purpura; Alcibiadis ex ebore & auro Cupidine fulmen complectenti: Lacedemoniorum λ, Missieniorum μ literis insignitum. Apud Aphros, Grosfi tauro: Numidæ Bagrada fluvio. Apud Hispanos Teronis Saguntini Hydra, ingentémque aliorum numerum. Germani usque Taciti ætatem (hoc est Domitiani:) proavitum morem retinent, *lectissimísque coloribus*, ut ipse ait, *distinguunt*. *Lib. de German. mor.* Sed quoniam publica illa clypeocentra nusquam usitatiora quam apud Romanos post Domitiani & Trajani ævum, videamus unde tum illis. Certè ut aliarum gentium ab antiquo ritu, sed minori studio conservata, eóque fortè à Polybio, Frontino, Æliano Romanam militiam tractantibus prætermissa. Præcipua enim insignium gloria in privatis illis emicuit à Romanis prorsus neglectis. Nusquam enim legisse me memini peculiare aliquod clypeocentrum Romani civis, sed vel gentis totius vel legionis, cohortis, manipuli. Pellitis illis veterrimis patribus (quorum fastus in manipulo fœni,) nihil fuisse insignium Propertius indicat, *Lib. 4.*

Picta nec inducto fulgebat parma pyropo,
Præbebant cæsi baltea lenta boves.

Mox

Mox autem ubi res & imperium creverant, audi quid Juvenalis Satyra 11.

Urbibus eversis prædarum in parte recepta
Magnorum artificum frangebat pocula miles,
Ut phaleris gauderet equus, cælatáque cassis
Romuleæ simulachra feræ mansuescere jussæ
Imperii fato, & geminos sub rupe Quirinos,
Ac nudam effigiem clypeo fulgentis & hasta
Pendentisque Dei, perituro ostenderet hosti.

Hoc idem insigne Silius tribuit Flaminio consuli, & in nummis sæpe vidimus. Clypeorum verò icones quæ in nummis extant ante Principum ætatem omnes pene cujuscúnque generis fulmine insigniuntur, ac si id Romanum fuisset clypeo centrum. Cui fidem quóque facere videtur Valerius Flaccus de Scythis cum Argonautis bellantibus, sic locutus; *Lib. 5.* *Lib.6.Argon.*

Cuncta phalanx insigne Jovis, cælatáq; gestat
Tegmina, disparsos trifidis ardoribus ignes.
Nec primus radios miles Romane corusci
Fulminis, & rutilas scutis diffuderis alas.

Et ne hæc ad legionem fulminatricem pertinere videantur cui id insigni fuisse è lapidibus constat. Notandum est legionem ipsam ab Augusto fuisse institutam, fulménq, alio more tulisse quam antiquiùs cernitur.

Quando autem legiones & cohortes distincta sua insignia accepere, non constat, sed insigniendi rationem vulgarem fuisse ante Neronis ætatem, Persii illud (si de clypeo intelligatur:) ostendit, qui tunc ait,———*candidus umbo,* ac si heroicus ille ritus Romæ floreret. Unde Stewechius dicit *Romanos primo anno scutum gestasse sine omni argumento & insigni candidum,* Turnebúmque habet testem strenuum contra nævos Grammaticorum, qui locum hunc intelligi volunt de virili toga. *Saty.5.* *Lib. Adverf. 20.cap.1.*

Post hæc crebri Romæ in lapideis monumentis insigniti legionum clypei: quorum alii hodiernum gestamen ita exprimunt,

exprimunt, ac si è fecialium nostrorum scriniis prodiissent.

Δείγματα hæc feruntur in interiori clypei facie fuisse descripta: quod ego equidem in omni Notitia non observo. Contrarium verò insignibus viri illustris magistri officiorum mihi se præbet, uti & nummo P. Silii Nervæ cui clypeus impingitur in convexa superficie hastatum equitem præferente. Quin & planè ita habetur in testudinis icone aliâs hic à nobis exhibita.

Not. Im. Occid. f. 139.

Lib. 2. c. 8.

Rem omnem Vegetius exponit. *Sed ne milites,* inquit, *aliquando in tumultu prœlii, à suis contubernalibus aberrarent, diversis cohortibus diversa in scutis signa pingebant, ut ipsi nomiminant* δείγματα, *sicut etiam nunc moris est fieri.* Videamus igitur quis mos fuit sui sæculi, ut antiquioris intelligamus. Valentiniani principis cui libros inscripsit coævus fuit, ejúsque seculi insignia per omnem Romanam militiam accuratè descripsit sive Scotus, sive quis alius author Notitiæ utriúsque imperii. Monumenti celebris est, . ut Alciatius vocat, aurei. In quo ipsa gestamina per singulas colorum symbolorúmque varietates singulis legionibus, cohortibus, vexillationibúsque adhibita, depinguntur à Constantino usque ad divisum Imperium, & Theodosium juniorem.

De hodiernis insignibus; & primo quare dicuntur Arma.

TAndē de nostris insignibus quæ per catachresin non ineptam arma vocarunt, quod armis inducta armorum essent notitia, & per hoc armati. Sic authorum opera libros & codices appellamus, quia libris & codicibus, hoc est arboreis corticibus tabulísque olim scribebantur. Quo etiam sensu Virgilius videatur usurpasse pro insignibus, cum dixerit Ænæam per omne pelagus prospexisse, si fortè uspiam cerneret——*celsis in puppibus arma Caici.* hoc est, non tam arma ipsa quam armorum insignia, quibus Caicus esset ab aliis cognoscibilis. Navigantibus enim militibus in more fuit arma puppibus religare, Virgilius.

Pacem

Pacem orare manu, & præfigere puppibus arma.

Ideo Caicus non ex armis puppi affixis cognoſcendus erat, cum alii quóque id ipſum facerent, ſed ex cultu armorum ſibi peculiari à cæterorum. Ritum hunc antiquum apud Lazarum Bayfium quodammodo videas depictum. Sed moneo me non affirmare quempiam antiquorum expreſſè uſurpaſſe arma pro inſignibus, licet Pomponius Sabinus ita Virgilium intelligat, Æn. 1. dicentem ——— *Armáq; fixit Troja*, de quo hic alibi. Addo inſuper illud Machabæorum lib. 2. cap. 13. verſu vigeſimo nono, nec dilucidè ſatis Anglicè redditum, ſed nec latinè quidem ſine amphibolia, ubi locus ita transfertur, ut pleríque cum Caſſineo de inſignibus intelligant, antiquitatem rei inde colligentes, non de armaturis cum fons ipſe Græcus ὅπλια dixerit non ἐπίσημα, hoc eſt armatura non inſignia. Sed nos ad nos reflectimus.

Catal. glo. mundi pars 1. concluſ. 11.

Variæ opiniones de armorum origine.

ARma hæc noſtra vel, ſi placeat, armandi cultus, quando & unde ſit enatus variè contenditur. Quidam cum primis illis ac ſi nunquam deficientibus confundunt, omnémque heraldicam diſciplinam vel à Trojanis ſeculis, vel ab Alexandro magno repetitum volunt. Quidam Brunhildo neſcio cui Belgarum regi ſub initio regni Hebræorum rem omnem aſcribunt. Nec tanta vetuſtatis farina ſaturi, altiùs quidam ad Noæ ſæcula reſilierunt; Hallucinantes planè hiſtorici, & rerum antiquarum ſatis imperiti. Alii contra, dum diverſa faciant arma ab inſignibus, originem illis prorſus novam peculiarémque aſſignant: ac ſi nihil antiquorum ſæculorum ſaperent, vel luna reparatis jam cornibus non eſſet luna. Hinc alii ab Hiſpanis emanaſſe aſſerunt bellis jam inter Chriſtianos atque Mauros acerrimè conflatis ſub Juliani Apoſtatæ imperio; ſuggeſtíſque fumoſæ vetuſtatis clypeis & vexillis aliquot inſignitis, ejuſdem eſſe cui contenderunt. Narratur

ratur præterea Beatus Mercurius in Julianum ſuſcitatus, tum è cœlis accepiſſe *ſcutum cyanæum cruce florida* (quam vocant) *quatuor roſis luteis interjecta*. Fabulæ author Vincentius ſtatuitur, miraculoſam Juliani mortem deſcribens, cum nihil tale apud Vincentium reperiatur.

Alii Italorum volunt eſſe inventum, æſtuante nimirum Italia, uti reliqua ferè Europa, Vandalorum, Gothorum, Hungarorum, Saracænorum, Longobardorum armis, exortíſque complurimis factionibus, ut ſe partium patroni clientéſque invicem cognoſcerent, ſymbola hæc dicuntur induxiſſe. Et fatendum eſt antiquitùs nituiſſe arma in Italia, imo ante Hungarorum, Saracænorum ingreſſum, ſi his quæ à Petro Marcello Sylveſtro, Girello, & Henrico Kelnero ſingulari, quod pollicentur, ſtudio edita fidem fecerimus. Primos námque Venetorum duces Paulutium Anafeſtum qui ante nongentos annos floruit, Marcellum Tegalianum, Urſum Ypatum, cæteróſque ſucceſſores omnes clypeis optimè inſignitis donant, ut in eorum libro de vita & moribus Venetorum ducum libeat intueri. Fidei autem caſtatem in hiſtoria magis quam in iſtis opinamur expectandam.

Alii Theodoſianæ militæ rem aſcribunt. Alii ſub Carolo magno à Longobardis exordiri volunt. Alii recentiùs multo Frederici Barbaroſſæ imperio. In hoc opinionum diſſidio, non videam cur Germani originem rei cederent: Refert enim Tacitus Domitiani Cæſaris ævo, eos lectiſſimis coloribus ſcuta ſua diſtinxiſſe. Et qualemcúnque id ſententiam ineat, nuſquam reperiri puto arma Germanorum antiquitate vincentia, ſaltem ſi Munſtero fides. Atteſtatur enim floruiſſe apud eos longè ante Caroli magni imperium. S*axonum*, inquit, *principes habuere pro inſigni armorum in militaribus pugnis, pullum equinum atrum ante Wedekindi ducis baptſmum, qui Caroli Magni manibus levatus eſt honoris gratiâ, è ſacro fonte, poſt verò candidum.* Item de Dapiferis Walpurgenſibus: *ducunt*, inquit, *originem à Godhardo quodam inſigni viro, qui olim Rumeli ducis Sueviæ tempore, Conſtantini Imperatoris fidelis miniſter fuit, ab eóque donatus arce Walpurg & adiacente terra. Recepit quóque ab eodem duce clypeum cæruleo colore pictum, injectis tribus*

Coſmogr. lib.3. cap.427. fol. 872.

Coſmogr. lib.3. cap.284.

tribus pini coniferis & aureis glandibus &c. At quid nobis cum Munſtero? qui à ſuis videtur ſtare partibus, qui armorum originem ab Alexandri magni ætate deflexerunt. *Nam Antyrium apud Alexandrum magnum in gravibus bellis exercitatum, veniſſe ex Scythia,* refert, *claſſe, affixiſſéque præcipuæ navi caput bovinum unde & in hunc uſque diem Ducatus,* inquit Magnopolenſis, *pro inſignibus habet caput bovinum, cornibus aliquando albis, poſtea vero à Carolo quarto aureis decoratum, impoſita deſuper corona aurea in memoriam antiquæ regiæ ſtirpis. Aciem verò navis ornavit gryphone aureo in cæruleo ſpacio, quo Vandalici principes in hunc uſque diem pro ſigno utuntur.* Hæc ille. Sed qua fultus authoritate non intelligo. *Coſmogr. lib. 3. ca. 468.*

Fiat de iſtorum ineptiis mentio, qui tribubus Iſrael ſuos clypeos inſignitos expediunt. D. noſtro Salvatori *calicem cum tribus panibus aureum in clypeo Cruento* tribuunt, & Arvirago **the Kings coat-Armour.** Hollinſ. p. 35. Quamobrem ingenuè fatendum erit, cultum hunc noſtrum recentiorem eſſe, qui nec ante Caroli Magni ætatem viguiſſe animadvertitur. Dubitare ergo mihi videor aliquando, an Germanicum illum ritum ſcutorum diſtinguendorum, de quo Tacitus, vires accepiſſe cenſeam, vulgatúmque tum demum fieri (propter populi dignitatem) cum imperium ad Germanos venerat.

Utcúnque res ſe habet, mox à Caroli Magni ævo invaluiſſe videtur inter principes & potiores nobiles, per Germaniam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, præcipuè bella contra Saracenos tractantes, mox per alias Europæ regiones. Confluentibus enim undecúnq; in communem hoſtem Chriſtianorum copiis, ne inſignis multitudo confuſione premaretur, diſcernicula neceſſariò adhibenda.

Quod ut fatear Carolini ſæculi author nullus evicit, ſed recentiorum ſcriptorum importunitas. Qui dum nepotum ipſis atavis, remotiſſimíſq; majoribus accommodarint; in occaſione ſunt, (ut non invento quo ſiſtatur limine, fluvius ultra fontem exquiratur. Sic imperii clypeum, *aquilam bicipitem nigram in aureo æquore,* integræ Imperatorum ſeriei Caſſineus tribuit. Et ut ineptiæ ſub ineptiis cælarentur, ipſum hunc, quem & arma vocat,

à Cæſare geſtatum fabulatur: cauſámque adjungit bicipitii, quod aquila aliquando inter copias armatorum in caput Cæſaris reſidens, duos corvos hinc atque hinc illi moleſtiam inferentes morte affecit. Sed & Plinii illud torquet in eandem ſententiam. *Non ferè apud legiones Romanorum unquam hibernatum in caſtris, ubi aquilarum non fuerit jugum. Ex quo,* inquit, *ut opinor, adhuc hodie aquila pro armis imperii deſignata habet duo capita.* Hæc ille, & ut ſolet, ſatis inconditè.

Nam hoc quidam geſtaminis Theodoſio juniori prioribúſq; Imperatoribus ignotum fuiſſe non eſt dubium, cum in univerſis utriúſque Imperii geſtationibus nec aquila biceps cernitur, ſed ne nigra. Bicipitium enim omnes referunt ad imperii diviſionem ſignificandam. Quam tamen à noviſſimis ſeculis commentatum eſſe planè evincit Frederici ſecundi Imperatoris clypeus, inter aliorum illius ætatis principum in Eccleſia celebri Weſtmonaſterienſi murali lapidi etiam tum inciſus, & aquila quidem ſimplici non bicipite. Lipſius verò annotaſſe ſe ait (putat columna Antonini) duplicem Aquilam concorpoream, ſicut in Imperii inſignibus hodie ſolet cum nec adhuc duplex imperium eſſet. Indicari autem hac autumat è legione gemella fuiſſe, quoniam duæ velut aquilæ in unam ſic mixtæ. Effigiem clypei prius poſuimus: ubi & aquilinis capitibus coronam videas imminentem. Quæ cùm donatica ſit, apertè oſtendit privati hunc fuiſſe non imperii. Ejuſmodi enim coronæ militibus dabantur ab Imperatore, non è contra.

De Francorum clypeo.

MAjori pertinacia Francorum clypeum (ac ſi Deo opt. max. curæ eſſet mortalium faſtus) è cœlis Clodoveo demiſſum Gaguinus aſſerit. Authore certe nullo (nam ingènuè hoc fatetur,) ſed vulgata fama. Goropius etiam è cœlis ducit, at ut omnium ſuperet ineptias, Nochi ævo. Modeſtiores alii, qui licet vetuſtatem rei declinare nolunt, fabulam tamen linitam volunt. Clodoveum

In Clodoveo.

doveum, aiunt, miraculis cupientem regnum ſtabilire, ab eremita quodam tanquam divino monitu hunc ei clypeum feciſſe aſportari. Conſentiunt ergo Clodoveum clypeo fuiſſe inſignitum, & ut ſolet tribus liliis. Fidem rei aſtringit ipſe clypeus, qui in Abbatia Jornevallenſi etiam nunc oſtenditur, liliorum triade.

Tillet Recueil des Roys de France, part. 1,

Quod quidem fabulā plenè arguit & plane etiam Tiletto judice. Fatetur enim Carolum ſextum qui regnum iniit non ante annum milleſimum tricenteſimum octogeſimum nonum, liliorū multitudine omnium primum ad triadem deduxiſſe. Priori enim Regum ſeriei à Philippo Pulchro ad Carolum ſextum, clypeum ponit ſcaturigine liliorum (quod *ſemé de fleurs de lis* vocant,) conſignatum. Philippo verò huic, & patri ſuo Philippo tertio liliorum decadem. Antiquiſſimus autem (quem profert) clypeus, qui eſt Philippi Auguſti in regem uncti anno milleſimo centeſimo octogeſimo (ovata ſpecie ad antiquitatis teſtimonium) lilium tantum ſingulare habet, quale & (ex filio nepotis ſui) divi Lodovici. Quæ varietas fluctuantem oſtendit etiam & recentem adhuc inſignium diſciplinam. Sed nec in præcedentium regum ornamentis clypeus uſquam exprimitur, ne inſignis quidem, ne aſymbolus. Sunt etiam quibus eſt opinio, & noſtra accedit ſententia, liliorum geſtamen à Valeſianis principibus primo introductum eſſe, Carolinis & Merovinis fuiſſe incognitum. Præter Goropium, hic acriter occurret Tillettus, oſtenſis (è monumentis vetuſtiorum principum) ſceptris, coronis, ſoliis, veſtibus liliatis. Sceptra parum moror, cum ſit iis quaſi nativus hic cultus, & ipſis Aſſyriis familiaris. *Annulum*, inquit Herodotus, *ſignatorium ſinguli geſtant, & ſceptrum affabre factum, cui ſuperſtat aut malum, aut roſa, aut lilium, aut aquila, aut aliud quidpiam: nam abſque inſigni geſtare ſceptrum nefas eſt.* Romanis quóque frequens, ne pro ſuo Gallus vindicet. Exemplum habes elegantiſſimum in numis C. Calpurnii Piſonis, etiam in Cn. Pompeii plurima apud Goltium & Urſinum. Quin & antiquorum coronis Pindarus lilia adjungit. Neme. Ode 7.

Nonnulli cuſpidem illam ſceptrorum antiquorum non pro lilio exponunt, ſed pro vomere aratri quo, in agriculturæ honorem priſci reges, etiam & Sacerdotes in ſceptris utebantur. V. Pier. 468. f.

Urſin. famil. Romans

Ἔρειν

Εἴρειν στεφάνοις ἐλαφρὸν ἀναβαλλεο· Μοῖσα τε
Κολλᾷ χρυσὸν, ἔν τε λευκὸν ἐλέφανθ' ἁμᾶ,
Καὶ λείριον ἄνθεμον· ποντίας ὑφελοῖς ἐέρας.

Plectere coronas leviter omitte. Musa glutinat aurum, candidum & ebur, & lilium floridum à rore marino avulsum.

Extant etiam in coronis Regum Angliæ, ut è monumentis & sigillis cernuntur, cum nec suis adhuc titulis Francia accessisset, Henrici secundi, Richardi primi, Johannis, Henrici tertii, &c. Cætera verò, quæ Tilettus profert, habeo suspecta, ne antiquitatem quam loquatur, mentiantur. Imaginem enim Caroli Magni, quæ præ reliquis antiquissima est, paludamento liliato, recentioris ævi olere deprehendimus. Globus enim cruciger auro cinctus quem de more juniorum principum leva sustinet, Caroli seculo incognitus fuit. Primus enim hunc invenit Benedictus Papa, & anno Domini millesimo duodecimo, qui post Carolum Magnum est centesimus nonagesimus septimus, Henrico Imperatori Romam venienti documento dedit, ne mundo aliter imperaret, quam ut ipse vivificæ crucis vexillo dignus tueri videretur. Acceptum Henricus Imperator statim misit Cluniacensi monasterio conservandum, quod nec fundamentum habuit ante annos pene centum post mortem Caroli, Author mihi est Glaber Rodulphus illius ævi scripto. Sed corruptus ei locus quoad temporis rationem techna eadem in imagine Caroli Calvi, obiit anno gratiæ septingētesimo septuagesimo octavo. Vestis insuper talaris, quam Dalmaticam vocant, effigiem Caroli Magni accingens, recentioris ævi commentum prodit. Francis enim exosam adhuc Carolus Calvus, Græco cultui inhians, non sine magna suorum offensione, ut Sigebertus habet, primus induxit, anno octingentesimo septuagesimo sexto. Ex quo & cæteræ omnes regum icones quas Tillettus profert ante Carolum Calvum fictitiæ vetustatis planè arguuntur: nam & illis idem vestimentum is induxit. Monumentum insuper Caroli Simplicis solium exhibens liliis interstinctum statim à morte ejus editum non opinor, cum & è regno ejectus,

Histor. lib. 2. cap. ult.

ctus, & in carcerem detrusus miser & contemptus moreretur. Quærendum igitur, unde recentior hic cultus in antiquorum monumentis? Legimus certè Divum Ludovicum majorum suorum tumulos instaurasse & ornasse: quod & alios alias fecisse, quidni existimemus. Néque enim me, semel torsit hoc deceptionis genus. Tradunt authores Ecclesiam cathedralem Norwicensem ab Herberto præsule Willielmi junioris ævo (hoc est ante quingentos annos) fuisse conditam. Cum igitur in fundamentis ejus clypeos aliquot insignitos perspexissem, in diversas quidem sententias agebar, quid de armorum antiquitate statuendum esset. Tandem verò me eximit Nevelli liber, referens partem illam diu collabentem sub Henrici sexti principatu noviter restauratum esse. Hæc ad cautelam, redeo unde sum digressus.

Liliorum insuper antiquitatem ipsa impedit quam authores tribuunt Francorum regibus, insignium varietas. Aliis enim *tres bufones nigros in spatio aureo*, Aliis *tres coro nas rubras in argenteo clypeo*, Aliis *tres monoides*, id est, *cresentes lunulas*, Aliis *leonem erectum, aquilam cauda sustinentem*, Aliis *leonem sine aquila*. Quæ singula singulorum principum gestamina fuisse videntur, dum insignium habitus personalis, adhuc esset non gentilis, non perpetuus. Fortè eodem modo quo hodie solent emblemata. Sicuti Franciscus primus Rex Francorum Salamandram tulit, Henricus filius ejus crescentem lunam. Henricus Rex Angliæ septimus vaccam.

Urbanus quartus contulit Carolo fratri regis Francorum, regnum Siciliæ, & ex tunc reges Siculorum gestare ceperunt arma regis Franciæ anno milesimo ducentesimo & sexagesimo.

Leo verò, quem diximus ad insignia pertineat militaria, qualem Franci dicuntur habuisse antequam Germania sunt egressi. Sed de his satis. Et quoad bufones, sic ipsa lilia olim pingebant imperiti, ut ab imperitis bufones potiùs habentur quam lillia.

De

De clypeo regio Scotorum.

Leonem more Scotico erectum Heningius Bruto appingit, Britannorum protoplasto: ac si Scotici Reges generis istud testimonium depulissent. Narrationem autem de Bruto planè excindit Sibyllæ illud, nam Erithreæ ascribitur. *In Gallis auro locupletibus atque Britannis, multo resonabit sanguine plenus.*

Quod si adulterinum non fuerit apertè indicat Brittannorum nomen nostratibus inditum, cum ne Bruti pater natus esset. Sin reum arguam per suspectum, ipsi Scoti hanc rejiciunt parentelam. Leoni igitur aliud quærendum est initium, nec recens tamen, si Buchanano fides. Nam his regibus hunc opponit Achaium præcedentibus, quem & Achaium peribolo liliato circumscripsisse ait, in memoriam fœderis cum Carolo Magno pacti adversus Anglos; illud innuendo, Leonem Scoticum Gallorum ope conjunctum fore. Tuo hoc judicio linquimus, prælectis quæ de Francorum liliis ante scripsimus. Verisimilius autem mihi videtur Scotiæ regem hoc gestaminis sibi accivisse, cum & cæteri vicini principes idem susceperint. Munsterus refert Belgicos principes annū circiter Domini millesimum centesimum septuagesimum septimum, hoc est, ætate Henrici secundi regis Angliæ, novam expeditionem parentes in Syriam, leonum gestamina suscepisse; Et reges Angliæ Henricum vel Richardum idem tum fecisse persuasum habeo, cum & in eandem militiam conscripti essent crucis candidati, & leonina gestatio nusquam antea apud reges Angliæ sit reperta.

Nostrates, postquam in Angliam penetrasset Willielmus primus, hunc armorum cultum à Normannis videntur accepisse. Nec confestim vulgaris evasit, quod soli potiebantur qui in acie consisterent, aliis, quantæcunque nobilitatis, nihil prius insignium expetentibus. Hinc multis nec ignobilibus familiis sua defuere insignia, etiam usque Henrici sexti ætatem, ut videre est in Hastingiarum cum Ruthino Barone litium formulis, in quas juratus quidam

dam è ſtirpe nobili, reſpondit nihil ſibi inſignium accidiſſe, quia nec ipſe, nec majores ſui in bellum unquam deſcendiſſent. Novo autem ſæculo, nova conſuetudo. Et in Hybernia (quæ antiquioris Angliæ imago eſt) plurimi habentur nobiles è primariis familiis, etiam nunc dierum aſymboli. Sed me vereor his multos acriter provocare, qui dum ſuam è vetuſtatis faucibus nobilitatem eruunt, arma quóque ſua eodem ſenio laborare, Normannorúmque imperium (neſcio quot ætatibus) ſuperare, contenderunt. Erroris proferunt authores, obſoleta quædam ſepulchra ſigilláque clypeis gentilitiis inſtructa. Repetunt præterea, Danicorum, Anglo—Saxonum, Britannorúmque regum arma abſoluta, ſpetioſa ſerie paſſim edita. Commentum planè omnino otioſum, aut veterum Heraldorum, aut quod fortè magis arrideat, monachorum. Qui (ut hiſtriones & pictores ſoleant) antiquorum cultus pro ætatis ſuæ ritu effingentes, clypeos item inſtructiſſimos cuíque addiderunt. Hinc Bruto illi (quem vocant) primo Britannorum Regi, cùm Dianæ opem imploraſſe fertur, divæ ſimulachrum aureum æquore viridi inſtituerunt. Arthuro olim inviċtiſſimo, quod regna plurima Britannico ſubegiſſet, clypeum crearunt cyaneum ſubactorum regum coronis (ut in perpetuum triumphum ducerentur) præfulgentem. Simili artificio orbicularis menſæ equitibus (ſi qui eſſent) Saxoniciſque noſtris principibus arma ementiti ſunt, Joſuæ, Davidi, Salomoni, & (ne tanta dementia uſpiam ſiſteretur,) ipſi Salvatori. Signa autem proculdubio militaria, quæ in acie ordines ſequerentur, vel regibus noſtris veterrimis defuiſſe non eſt cogitandum. Hoc evicit militaris ipſa neceſſitas, etiam Bedæ authoritas. Sed extant (audio) Saxonicorum regum arma, antiquo opere: clypeus cyaneus cruce florida quínque inter apodes ex auro. Saxonûm revera hunc nulli erexit antiquitas, quin divo (quem vocant) Edwardo eorum ultimo. Cui nec ſua negabo arma, cum is in Normannia diu verſaretur, primúmque Willielmum Normanniæ Ducem, conſanguinitate moribus, conſortio, neceſſitudine conjunctiſſimum ſibi haberet: ex Normannia reverſus, cultum Gallicum (ut Anglo-

rum ingenium eſt) forſan trajiceret. Veruntamen & hìc in ſuſpicionem veniant fallaces iſti, utpote ſcutum iſtud ex argenteis ejus numis effinxiſſe. Habent enim numi ſui inter aves quatuor bacillos totidem ſe invicem inſtar crucis diſſecantes, ut ex ſubjecta icone.



Alites autem vides non apodes ſed antipodes eſſe. Et adjungam, nuſquam locorum Edwardi ævum referentium (ſi omnem antiquitatem, templa, caſtra, monumenta, rudera perluſtraveris) reperiri credo, néque arma iſta, nec armorum quidpiam. Certè ejus tempeſtatis reliquiæ, ne ſimplicis ſcuti (quam unquam viderim etiam datâ operâ) effigiem admittunt. Ne numi quidem, nè illuſtrium Saxonum tumuli elegantes, nè ipſius Edwardi ſigillum regium, nè ſepulchrum ejus ſumptu magnifico, magiſtráque manu denuo reſtauratum. Fortè hoc idem alius affirmaverit de ætatibus Willielmi primi, & Rufi, ſed nos id modeſtiùs & abſtinenter.

Præterea ſcutiferæ illæ ſtatuæ, cruribus inſtar crucis diſpoſitis, quas ex ſepulchris cernimus antiquorum, vulgóque ſacrum antiquitatis faſtigium habentur poſſidere, Willielmi primi nec æquales exeunt, nec vicinæ ſubſequuntur. Eorum enim cùm ſint qui ſub crucis ſymbolo in ſacri belli aleam ſe conjecerant: palam eſt illam militiam omnium primò à Gallis tractari annis ultra ſexaginta poſt ingreſſum Normannorum, ab Anglis autem, non ante Richardi primi regimen. Sed & recentiores plerúmque depræhenduntur nec ætatem Henrici tertii vincere, ſæpius ne Edwardi primi.

Sigilla verò inſignita priſcorum chartis dati expertibus inhærentia, ab acceſſu Willielmi primi ſuperantur omnia. Nam in inſtrumentis Anglo—Saxonum, fidei firmamentum

tum ex crucibus ſtetit ſubſignatis, quandóque aureis pro firmatis dignitate. Hujus generis in jurium voluminibus habetur id Edwini regis Abingtonienſi abbati aſylum conſtituens. Et apud Ingulfum Saxonem varia alia ſunt exempla, qui & ſigillorum uſum à Normannis aſſerit introductum. Sed Edwardo tamen Confeſſori ſuum fuit ſigillum, quod & ipſi vidimus apud Camdenum noſtrum. Quin & Edgaro Anglo—Saxoni, ut Rameſienſis hiſtoria atteſtatur, ſicuti & Dunſtano Archiepiſcopo Cantuariæ, & nonnullis regni optimatibus. Popularia verò tum demum fiunt ſigilla, cum Normanni ſint ingreſſi. Clypeos verò inſignitos accepiſſe non videntur ante Richardi primi ævum, ut ex ipſis regiis in proximo capite fuerit manifeſtum. Datorum autem inſcriptiones in chartis & civilibus inſtrumentis primum acceſſere ſub Henrici tertii ætate. In regiis & Eccleſiaſticis quandóque ſub ipſis Saxonibus deprehenduntur.

Quin & ipſa familiarum cognomina à Normannis ſunt noſtratibus inchoata : prioribus (Græcorum more) ſimplici appellatione contentis. Quod è Chronicis paſſim obſerves, & exinde quam difficilis ſit ſub iis ſæculis familiarum derivatio.

De regiis Anglorum inſignibus.

SEd ut auguſtior his ſit fides, ipſa regni inſignia intueamur. Authoribus cum in more tum in vitio eſſe ſolet, dum gentium ſuarum antiquitates ornamentáq; excolunt, nec mediis hærere, ſed nec humanis initiis.

Gaguinus aſſerit Francorum lilia è cœlis eſſe dimiſſa, annum circiter Gratiæ quingenteſimum: Goropius quóque inde repetit ſed Nochi ævo. *In Clodov.*

Hieronymus Blancas narrat Garſiam Eximinum primum regem Suprarbienſium, cum exercitus graviſſimè laboraret (ſub anno Domini 724.) in aere vidiſſe crucem rubeum ſuper viridem quercum aureo veluti in clypeo poſitam, quod & ſibi & regno inſigne addicavit. *Aragon. rer. comment.*

Arago. rer. cõment. & Indices rer. ab Arag. gest.

Inigo item Aristæ 5. Suprarbiensium regi Mauros debellanti, crucem argenteam cuspidatam in angulo dextro cyanei scuti apparuisse tradit, fieríque eam tum regium insigne.

De reb. Hisp. lib. 8.

Petro tertio regi Aragonum Sanctus Georgius, ut Lucius Marineus Siculus author est, niveis armis & cruce flammea in pictore indutus victoriam contra Mauros memorabilem præstitit. Unde & rex ille Georgianum scutum, quod Angli vindicamus, Aragoniæ regno instituit, injectis quatuor Maurorum principum capitibus eo prælio quod sub anno 1096. initum est, occisorum.

In Olisiponis descrip.

Portugalliæ quóque clypeum non sine miraculo editum Damianus à Goes attestatur.

Angl. hist. lib. 9. fine.

De regiis Anglorum insignibus nihil adfero non humanum; nec his originem quæro ultra principes Normannicos, sed nec pariter. Polydorus tamen Virgilius, Willielmo, quem vocant, conquestori, *tres leones accommodat, jubatos aureos in clypeo rubeo. Sed & tribus etiam liliis* (ut hodie solet) *commixtos*: oblitus lilia ab Edwardo tertio, accedente jam Galliâ, fuisse annexa. Vides ut & viri ipsi docti in errores procedant: meos igitur mihi cede.

Cassineus etiam, quod & alii, asserit Carolum magnum, institutis à se Paribus Franciæ, armorum insignia singulis destinasse.

Normanniæ Comiti *leones binos aureos in clypeo rubeo.* Quo & magnum illum Willielmum, succedentésque Reges ad Henricum secundum usos fuisse. Henricum verò, cum & Andagaviæ Comes esset, haberétque ille comitatus leonem insigne: translato leone illo in Angliacum clypeum, tres deinceps leones pro insignibus regni Angliæ detulisse.

Boswellus autem, nescio qua fretus authoritate, Willielmum istum Angliam invadentem aream gestasse scribit sex repagulorum argenteam & cyaneam; iísque brevi neglectis leones illos binos, leopardos vocat, accepisse. Horum ego nihil omnium inveni: & qua fide nititur quod de Carolo asserit Cassineus, Paradinum video aliósque dubitare.

Ad

Ad figilla & nummos me converto. In figillis Willielmi primi, tum & filiorum fuorum Willielmi Rufi & Henrici primi, etiam & Stephani, & Henrici fecundi, reges ipfi omnes loricati inftituuntur. Clypeos item ferentes ovatos furfum, faftigiatos deorfum, fed averfos, dempto Stephani, nec quid infignium admittentes. Flamulas autem ab haftarum fummitatibus omnes ferunt præter Henricos primum & fecundum, qui gladium ftringunt, penitas bilingues, & (quod in Stephani præcipuè cernitur) cruce forte infignes. Quas & fupra humeros inclinatas dextris tenent. Stephani quoque numi hoc ipfum indicant. Stephani autem clypeus manifeftus eft, purus & fine fymbolo. Quod & magnam mihi dubitationem injecit, an tum fcuta pingerentur. Nam, qui fequitur, Richardus primus ad facrum bellum fe accingens, omnium primus clypeum habet infignem, ac fi id decoris, quod in ea militia ufitatius effet, propter evitandas populorum confufiones, apud Anglos prius non claruiffet. Sed leonè tum ille folitario & erecto non gradario. Sigillo autem fuo, five per naufragium Cyprium, five per captivitatem Auftriacam, in aliena poteftate, ut fuis utar verbis, conftituto, novum curat conficiendum, quod etiam, ne falfariis locus effet, à priore difcreparet. Illic demum, nec antiquius ufquam, tres leones vidimus. Quibus per Johannem regem, Henricum tertium, Edwardos primum & fecundum ad Edwardum tertium traductis, Francici ille regni clypeum, cujus materno jure hæres falutatur, Angliaco immifcuit, conceffa huic quadra in fcuto potiori: quia, ut quidam volunt, leones noftros ad ducatum alias pertinuiffe ferebantur, lilia femper ad regnum. Sed Edwardo antiquius aliud fuiffe non eft dubium. Nam Raimundus Barcinoniæ comes, qui priori ævo Petronillam regis Aragoniæ filiam & hæredem duxerat, Comitatus fui infignia (quæ hucúfque Aragoniæ regno addicuntur) loco primo detulit: uxoria verò illa regia in fecundo. Edwardus igitur morem geffiffe videtur occafioni: Franciámque ingrediens, regem fe Franciæ fic apertiùs indicaffe. Quin & Belgas, quorum ope maximè nitebatur inclinatiores fibi reddidiffe fedatíque animi.

Belgæ

Sed ideò forte quod in facram militiam accingerentur, quod & Armoricanus fuadet fic Hen. 2. filium ejus Ric decantans Philipp. lib. 3. fol. 255. Nec minus Anglorũ zelo rex motus eodem Richardúfque comes vexillo fe crucis armant.

Rog. Hovend. Annal. part 1. f. 690. & part. pofter. fol. 746. In diplomate hîc inferius expreffo.

Indices rerum ab Aragon. reg. gefta. lib. 1. fol. 46. fub Anno Dom. 1137.

Belgæ enim in fidem regum Franciæ juramento ſtringebantur. Anglum verò ſequi viderentur ſi leones stationem primam, in ſignis militaribus occuparent. Signa enim & vexilla ejus eſſe dicimus, cujus prima ſunt in iis ſymbola. Quod & in Comitiis Parlamentariis Edwardi tertii decimo quarto, nonnihil hæſitationis attulit.

Adhuc de inſignibus Richardi regis, & illius ſæculi.

SEd ad Ricardum me revocat & detinet Willielmus Brito Armoricanus ejuſdem ætatis poeta, qui ei adhuc Pictaviæ Comiti, & vivente jam patre, clypeum non ſolum inſignem facit ſed leonum pluralitate. Sic enim ſtatuit Barrenſem heroem de eo loquutum,

———————Rictus agnoſco leonum
Illius in clypeo.

Leonum, inquit, numero multitudinis. Sanè contra fidem oculati ſcriptoris, qualem ſe præbet, temerè non veniam: ſed nec contra ſigilli regii quo nihil eſſet inter mortales auguſtius. Quid ergo? num privatus leonem triplicem deportavit, rex factus unicum, deinceps quóque triplicem? Mallem certè in declinante ſcuti latere, quod ſigillum exhibet leonem alium intelligere, ut ſic duo dimicantes videantur: vel (quod magis placeat) Armoricanum juveni tribuiſſe cultum illum quem florente ætate maximè uſum fuiſſe regem conſpexerat. Sed nec iis ſæculis inſolita fuit inſigniorum variatio, cum apud privatos, tum apud ipſos reges. Crebra habes exempla in regiis Hiſpanorum clypeis. Quin & in ipſis regum Francorum, aliis lilium unicum, aliis liliorum ſcaturiginem; aliis triadem præferentibus: quod & armorum diſciplinam, ſub infantiam, jam eſſe non leviter redarguit. Illud quóque innuere videtur Richardum inter Angliæ reges primum uſum fuiſſe leonino geſtamine, quod ei præ cæteris cognomen inderetur Cor leonis à pictura clypei, (ni vana conjectura)

ctura) derivatum. Nam è clypeis & armaturis nomina sæpe acceperunt tum antiqui, tum recentiores. Glaucus Minois filius ab ansa clypei quam Græci λάβω vocant, Labicus dictus est, unde Virgilius,

——————*Picti scuta Labici.* Æneid.7.

Itáque cum de gente sua testimonium quæreretur, ostendit, inquit Servius, scutum militare à quo ipse Labicus dictus est, & ex eo populi. Nam & populi quóque nomina sua ita alias consequuti sunt. Sic à galearum sylis, Sylæ. In eundem Æneid. locum.

Et Richardi ævo etiam hoc in usu. Nam & sui ipsius familiæ à planta genestæ qua usa est in apice galearum, ut in sigillo suo novo videas, Plantaganistæ nomen relinquebatur. Sic & Guillielmo Comiti, qui Richardi signa sequutus est, Hirundelæ nomen inditum est, quod Hirundines clypeo gestavit, celeritatis symbolum: de quo etiam Armoricanus Philippidos, lib. 3.

Ut Comes erectâ Guilielmus comminus hastâ
Vidit Hirundelæ, velocior alite quæ dat
Hoc agnomen ei, fert cujus in ægide signum.

Nihil autem ut sileam, Merlinus Ambrosius in Historia regum, Henricum primum nominat leonem justitiæ, quod ad clypei symbolum nonnulli fortè trahant: cum per regem ferarum hominum regem designavit, quem pastorem quóq; ferarum appellat, & custodem nemorum. Hovend. Annal.pa. poster. fol. 610.

¶. Sed & Hovendeni locus innuit fuisse apud Anglos regalia insignia ante Richardum primum. Nam in ipsa coronationis ejus pompa hæc educit, ac si tum nota & usitata. *Deinde*, inquit, *veniebant sex Comites & totidem Barones portantes in humeris suis unum scaccarium magnum valde, super quod posita erant regalia insignia & vestes.* Hoc idem Mathæus Paris. Quod de insignibus militaribus, si non armorum intelligendum censeo: cùm cætera regni insignia, utpote regium pileum, calcaria, sceptrum crucigerum, virgam columbinam, tres gladios, & coronam regiam, Annal. par. poster. fol. 656.

regiam, omnia ex auro, ab aliis delata esse retulerit. Adducor etiam ut credam fuisse apud nostrates clypeorum insignia ante Richardum primum, quod in antiquissimo sacrorum aliquot bibliorum M. S. (per τίτλους distinctum antiquo illo more, cujus Suidas meminit, ut sic majorem vetustatem præferat:) clypei duo visuntur, qui ab orbiculari summitate in angustum turbinem deducti, insignes extant, hic pisce erecto in æquore viridi, ille leone etiam erecto ut in Richardi clypeo, in rubro spacio. Piscis & leonis color, sive argenteus fuit, sive aureus, ita jam squalet, ut ne percipi potest, sed Richardi ævum hæc scuti forma sine controversia excedit, ut postea ostendemus. Vides quid de regiis ipsis insignibus fuerit statuendum. Arguo igitur & in suspicionē voco quotquot præferuntur genealogiæ insignitos, sub primo Normannorum ævo clypeos exhibentes: cum forte ne in ipsis regiis satis id consultè fiat ante Richardum primum, ut superiùs admonuimus.

Quomodo arma primò propagantur in Anglia.

CUm in Angliam, uti jam diximus, ingressus esset armorum decor, è majorum nobilium scutis, in minorum transire paulatim cæpit. Anglorum, ut aliarum gentium, mos antiquus fuit, clientibus suis ob subsidium in bello impendendum, agros & prædia dispartiri. Unà his ex insignibus suis, vel à rege, vel pro arbitrio acceptis, aliquid tradere ad clientelarem notitiam, ut multis exemplis compertum est. Hinc in Cestriæ comitatu, tot nobiles fasciculis frumentariis insigniti, à fasciculis illis Comitum Cestriæ deductis. qui *tribus* utebantur *aureis in æquore cyaneo.* Vel si placeat Norfolciensium nostrorum clypeos aliquot, primariæ, ut perhibentur, vetustatis, intueri, ex iis aliorum antiquitatem ortúmque edisces.

Calthorpi, Warreniæ procerum munere quatuor militum feodis aucti in Fulmerston & Burnham, *Warreniorum clypeum auro & cyaneo tessellatum, armelina fascia deferebant.*

Heveninghami

Heveninghami, è Verorum, Oxoniæ comitum, clientela, *herile ſcutum, limbo nigro circumdant, argenteis pectinibus affixo.*

Sharneburni, (cujus familiæ radix Edwinus cum Canuto rege Danorum Angliam ingreſſus eſt) à Willielmo de Albeney, hereditatem ſuam de Sharnebourne, quam illis eriperat, recipientes, Albeneiorum *clypeum rubrum aureo leone erecto inſignem acceperunt, adjecto pro diſcriminali, angulo armelino.*

Simili modo, Feltoni adepti dimidium feodi militis in Lucham ex dono Domini le Strange limitanei proceris, Domini clypeo inſigniuntur. Notandum autem eſt, frugiferos illos Ceſtriæ Comites, Bohumos dictos, Bigodos, Warrenios, Veros, Albeneios, Leſtrangos è Normannorum proſapia fuiſſe, & ſub Regum Anglo—Normannorum imperio floruiſſe.

Clientes hos, ſuis quaſi armis inſtructos, armigeros ſuos fortè vocant. Vide Girald. Cambr. in itin. Camb c4. 12. pag. 851. ubi Giraldus is militū feoda cum armis ſuis, ſuis armigeris dediſſe.

Morem autem hunc ſuſtuliſſe videtur decretum illud anno decimo octavo Edwardi primi, quod inſcribitur, *Quia emptores terrarum.* Eo enim prohibitum fuit, ne quis terras aut prædia amplius diſponeret de ſeipſo tenenda, verùm de ſuperiori (ut vocant) domino feudi.

Poſtea tamen nonnulli qui in magnatum obſequium ſe tradiderunt, è Patronorum ſymbolis ſua etiam vel ſortiti ſunt, vel auxerunt, ut quatuor illi armigeri Audlæi Baronis ſub Edwardo tertio.

Nec crediderim Peytonorum familiam celebrem & antiquam agro Suffolcienci *ſymbolum ſuum zebellinum cruce imbricata aurea*, aliunde fabricatam, quam ex Uffordorum clypeo, regiunculæ comitum *penticono argenteo priori quartæ ad differentiam aſcripto.*

Et ne cui diſpliceat hæc inſigniendi formula, teſtor apud Anglos, nos non deprehendiſſe antiquiorem, & in fidei partes voco Phæbum noſtrum, & antiquitatis lumen Willielmum Camdenum, nunc Clarentii titulo decoratum.

Insignium collatio & differentia.

DIfferunt inter se insignia vel à materia qua fiunt & insistunt, vel ex modo quo describuntur, vel ex munere cui instituuntur, vel ex lege, quâ latoribus conferuntur.

Quoad materiam & modum, Iliaca in ipso armorum metallo vel sculpebantur vel eminebant, nec in clypeis solùm, sed thoracibus, baltheis galeis etiam singula in singulis. Sic in Agamemnonis clypeo, Gorgonis caput semitæ & umbones. In thorace semitæ item sed & dracones, in galeæ cristis anuli. Nec symbolorum situs destinatus, nec colorum arearúmve observatio. At & multiplex sæpe argumentum, & per omnem clypei superficiem deductum, quod Græci postea in umbonem contraxere, neglectis thoracum insignibus.

Homer. Iliad. 11.

Romana insignia tantùm in clypeis reperiuntur, qui corio obducti argumentis pingebantur satis brevibus, colore etiam & situ immutabiles. Quoad munus, heroica, & multitudinis erant, & totius aciei & privatorum, sed hoc hominum non familiarium. Romana tantùm multitudinis, Hodierna tantùm singulorum, at non hominum solùm, sed & familiarum, societatum, & dignitatum. In recentioribus enim militiis gregariis militibus commune aliquod clypei insigne, ut Romanis heroicis, non fuit inditum.

Quatenus autem ad legem qua latoribus conferebantur omnia insignium genera, par aliâs fuisse videtur. Nam cum singula præmia essent militaria, nulla cedebantur haud emeritis. Id in heroicis diximus, in Imperatoriis etiam tenuisse asserit cum Turnebo Stewechius, qui de his locutus, ait, *milites Romanos primo anno scutum gestasse sine omni argumento, & insigni, candidum*, inducto Virgilii illo,

——————Parmâq; inglorius alba,

ac

ac si ille ritus antiquus usque ad juniorem principum ætatem perdurasset. Authores alios non habeo, perspicuum autem id è Polybio & Livio est, Tyrones nec clypeos gestasse nec scuta, sed parmam, quæ an ea militia pingebatur ut clypei & scuta solerent, non habeo compertum. Scutum autem & clypeus ex arbitrio latoris non pingebatur, sed à FABRICATORIBUS clypeorum, jubente principe vel magistratu. Is autem in omni ætate insignium armorúmque honos fuit, ut non nisi liberis competerent, ut alibi etiam diximus, cum nec apud Græcos antiquos, & Romanos, tum nec nostris quidem majoribus, unde in legibus alii plecti jubentur amissione scuti libertatis, quod idem esse intelligo ac si in servitutem essent adjudicati, dempto enim ex juris sententia rei alicujus aut muneris symbolo, ademi res ipsa videtur cujus hoc symbolum fuerit. Ideóque certum omnibus judicium sit liberos hos esse, quicúnque olim scuta atque arma deferebant, & perinde qui ad munia militaria vel legum, prædiorumve ratione obligabantur.

Conclusio.

MOderna igitur insignia, tum propter rei similitudinem, tum propter instituti finem & rationem, cum prioribus illis ita videntur conjuncta: ut vel eadem prorsus, plus quam olim absoluta, vel ex iisdem, tanquam prolem posthumam, suscitata dixeres. Præcipuum enim discrimen in perfectione situm est, adeo ut ab antiquis inveniri, à posteris videantur restaurari perficíque, ut artes omnes. Hinc fit, ut non solum hallucinati multi historici, sed & eruditi quidam ipsi, dum prima ad postera diffundunt: utráq; invicem connectunt & confundunt.



De rebus insignitis, ac primum de scutis in genere.



RES, quibus adesse solebant, tum antiquorum tum recentium insignia, eædem erant, arma, vexilla, vela, vestes, & hujusmodi.

Arma aderant præcipuè scutis, galeis, thoracibus, sed scutis potissimum: quibus magna differentia ex nomine, materia, forma, & munere. E corio, olim omnia, quod & nomen fecit, nam σκῦτος corium dicitur. Forma multiplex, etiam galearũ, ut horrendam belli faciem præberet, quod Dictys Cretensis asserit lib. 4. Munera diversa pro imperantium & locorum varietate, hæc equitum, illa peditum, quædã tyrocinii, quædam armatorum, seu hastatorum, quædam præstantiorum militum (hanc primam classem, illam secundam, tertiam infimam vocant) quædam aliis usibus imperata.

Scutum libertatis symbolum est, ferre liberorum fuit, nam servis vetitum, utì & arma omnia, ex vetustissima legis militaris consuetudine, unde id Virgilii;

——Vetitisque ad Trojam miserat armis.

Mos cùm apud Romanos & ubique penè gentium, tum apud Anglos antiquos invaluisse videtur, aliis plecti jussis amissione scuti libertatis. Et quia præcipuus honor militaris in scuto stetit, militibus dabatur virtutis præmium, novúmque ipsum Imperatorem clypeo de more elatum salutabant. Hinc ornare & fovere scutum, laudatissimum studium, reliquisse præcipuum flagitium. Quamobrem,

rem, cum omnes ex eadem cohorte, eodem ſymbolo fungerentur, in averſo ſcuto nomen cujúſque inſcripſerunt, ut de lateris loco, ignavia, fortitudine conſtaret. Sed de ſcutis ſigillatim.

Sub infimam claſſem, quam tyrocinii vocant, militabant natu minimi, & exiguæ fortunæ adoleſcentes, tyrones, & velites, quorum cinctus enſis fuit, haſta, & parma. Galeam, loricam, ocreas non induebant.

PArma tyrocinii ſcutum fuit rotundum, unde & nomen (inquit Varro:) *quod à medio in omnes partes par eſſet.* Sed & Græcis πάρμη *Breviori equites utebantur: Livius. Latiori pedites* (inquit Polybius) diametro tripedali; Ovidius cavam facit, Suidas loream; Statius nonnunquam auream. Abraſam, puram candidam, tyronibus dari antè docuimus, & cauſam ex Servii ſententia: Inſignem oſtendit Silius,

> *Ductor Groſphus erat, cujus cælata gerebat*
> *Taurum parma trucem, pœnæ monumenta vetuſtæ.*

Secunda claſſe merebant probatiores milites haſtati nuncupati, quibus armaturam Romani annuebant virtutis præmium. Armatura autem primùm fuit ſcutum.

De Scuto.

S*Cutum genus eſt, & generis membrum. A januæ ſimilitudine Græcis* θυρεὸς, *forma quadrangula, è tabulis & velis conglutinatum, corio obductum: Latitudo in ſuperficie curva, pedes duo cum dimidio. Longitudo pedes quatuor, ſin majus, palmo amplius. Supra & infra, lamina ferrea, medio conchâ ferreâ munitum.* Sic Polybius, & Virgilius,

> ————*Scutis protecti corpora longis.*

Necnon recentius in uſu. Nam apud Nicetam Coniatem, legeris Euſtatium Macedonem ſingulari certamine contra Con-

Conſtantinum Armenium ſteriſſe ſcuto Crucigero, ad longitudinem hominis.

Scuti forma Romæ è lapidibus videtur fulmine inſigniti, quod legionis fulminatricis argumentum fuiſſe Dio oſtendit in Marco Antonio. Hoc autem peditum fuit, ſed breviori equites aliâs utebantur, ut Virgilius de Volſcentis,

Æn. 9. ———*Tercentum ſcutati omnes.*

De clypeis.

IN prima claſſe conſtitêre ſpectatiſſimi milites, principes appellati, exacto jam ætatis anno trigeſimo quinto, ut maturæ eſſent ſtrenuitatis, honoris ſymbolum clypeos acceperunt. *His* (inquit Livius) *imperata galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære.*

Clypei nomen belli teſſera, nec apud milites ſolum, ſed ipſos etiam grammaticos aliis per i. clipeum, aliis per v. clupeum ſcribentibus. Differentiam quóque ex genere conficiunt, neutro imaginem, virili ſcutum ſignificare. In hoc autem plerúnque excurrunt, ut clipeus per i. arma, per v. aut y. imaginem notet. Qua Plinii intervenit authoritas cum dixerit, *Scutis, qualibus apud Trojam* (Lib.35.c.3.) *pugnatum eſt, continebantur imagines: unde & nomen habuere clypeorum, non, ut perverſa grammaticorum ſubtilitas voluit, à cluendo.* Is igitur clypeum ἀπὸ τοῦ γλυφεῖν à ſculpendo deduxit, ut dicatur clypeus quaſi γλύπτος, id eſt, ſculptus g. in c. mutata. Non ut Servius ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, vel καλύπτειν ab occultando & celando, quod corpus celet. *Clypeum invenerunt* (ait Plinius) *Proetus & Acriſis inter ſe bellantes, ſive Chalcas Athamantis filius.*

Solius autem peditis erat, & ex ære vel metallo. Sed Iliacis temporibus ex multis orbibus ferri, æris, corii. Ut Virgilius Æn. x.

———*At clypeum tot ferri terga, tot æris*
Cum pellis toties obeat circumdata tauri.

Orbium

Orbium numerus pro geſtantium robore, Achillis denarius, Aiacis ſeptenarius, ut Ovid.

———clypei dominus ſeptemplicis Aiax.

Cavus fuit & orbicularis formæ, ideo Græcis ἄσπιδα & Homerus πάντοσε ἴσην ab omni parte æqualem dixit. Et Virgilius expreſſit, Æn. 3.

Argolici clypei aut Phœbeiæ lampadis inſtar.

Optimus, Æliano teſte, *fuit Macedonicus ex ære non admodum cavus, diametro octo palmarum, id eſt, bipedali.* *De inſtruend. acieb. cap. 12.*

Trojani autem clypei ad menſuram hominis acceſſere, & deſtinatis baltheis ad geſtantium terga ſuſpenſi, cervicem & talos verberabant. Quod Peripheti Hectorem fugienti in occaſione mortis fuit, dum offenſo in ora clypei pedes reſupinus ſternitur. Ideo Homerus Agamemnonis clypeum ἀμφιβρότην vocat, id eſt, *hominem undecúnq; circundantem.*

De clypeo ovato ſeu triumphali.

INferioribus ſæculis clypeus ad ovatam ſpeciem redigebatur, ut videre eſt in columnis Trajani & Antonini, aliiſque monumentis. Qualis autem in Trajani habetur, Lipſius exhibet. Roſinus *inæqualiter rotundum* vocat. A triumphantibus, unà cum thorace, clamide, biníſque galeis, altera criſtata, ſine criſtis altera in tropheis ſuis (ut apud Gamuccium videas) inſtrui ſolitus eſt.

De

De scutis extra classem, ac primum de Ancyle.

EXtra classem sunt ancilia, peltæ, gerræ, &c. Sed ancile inter peltas censet Plutarchus, cum peltam sacram & cœlestem vocet.

In Numa. *Ancilia*, inquit Plutarchus, *ex figura vocant, néq; enim circulus est, néque peltæ orbem, sed habent incisuram lineæ tortuosæ, cujus reflexi sæpius apices, recurrentésque continenter in se mutuo ἀγκύλω, id est, curvam figuram reddunt.* Lucidiùs Festus, *Ancyle scutum breve*, inquit, *quod ideo sic appellatum est, quia ex utròque latere erat recisum, ut summum infimúmque ejus latiùs medio pateret.* Et Ovidius Fast. 3.

Idq; ancyle vocant, quod ab omni parte recisum;
Quémque notes oculis, angulus omnis abest.

Formam habes, sed expressiùs apud Fulvium Ursinum, & Johannem Rosinum, è numis æreis Antonini Pii, unde nostram hanc descripsimus.

Plutarch. in Numa. Fest. lib. 11. Ovid. Fast. 3. Materia ex ære, sed Nonius scutum grande facit, Festus breve. Salutis symbolum inde ductum, quod octavo Numæ anno, grassante per Italiam, ipsámque urbem pestilentia, hoc è cœlis cecidisse ferunt, & salutem pariter urbi immissam esse. Hinc in religionem venit, & Saliorum solennitatibus circumferri.

At

At ancyle ante Numæ tempora Pico rege inter regni insignia, si Virgilio fides,

——— levâque ancyle gerebat.

De pelta.

PEltarum species varia & sine umbone. Græcis (si Plutarchum intellexerim in Numa) orbicularis. Sed notissima est Amasonica illa, quam à lunari similitudine lunatam & falcatam vocant. Virgilius,

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthysilea furens.

Et Bartholinus,

Crudam falcatis propellit Amazona peltis.

Nam Amazonum arma erant, & Thermodontis fluvii accolarum, unde Silius *Thermodontiacas* vocat. *Lib.2.*

Materia ex ære, sic Virgilius,

—— ——Æratæ micant peltæ. *Æn.7.*

Forma in Octaviorum clypeo aliásque in Notitia imperii, sed accuratiùs à Pierio datur, ut hîc exhibeamus.

Insectiones quæ oculo & hastæ inserviebant emittendis, quandóque erant quadrangulæ, ut apud eundem in clypeo primo Armenico.

De pelta Macedonica.

MAcedonicam peltam hederæ folio ſimilem format Xenophon. At in foliis varia ſpecies his trilinguis, illis cuneata. Plinii id intueor de ficu Indica : *Foliorum*, inquit, *latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet* : quod apud Rovilium legitur Macedonicæ, emendatiùs & tum claret de effigie hujus peltæ,nam elingue hederæ folium ficus Indicæ ſimile eſt. Ipſámque peltæ magnitudinem ex ficu hac, docente Theophraſto, noſcas, nam folium habere aſſerit pelta non minus. Hujuſmodi ſcutum ex Icone Palladis apud Roſinum videas, lib. 2. cap. 9.

Thracibus & ſuæ extant peltæ lateribus arctioribus ancilium inſtar, à quo ancilibus, puto, dicti ſunt pugnaſſe. Has & cetras vocant.

Et apud Suidam legitur πέλται ἀπεδίλα τετράγωνα peltæ clypei quadranguli.

De cetra.

CEtram inter peltas repetunt, nam Græci πέλτην. Sed Virgilius his peltas æratas dixit, illis cetram, quam Servius ait ſcutum eſſe leve, breve, loreum : & inde alii breve loreum dici,antrorſus cauſa,Britannis in uſu juxta Tacitum, ſed Aphris & Hiſpanis propriè, quibus picta & inſignis, unde Silius lib. 3.

Verſicolor contra cetra———

Imo ludorum ſolemnia ipſóſque pugnæ ingreſſus, numerato cetrarum pulſu motúque exornabant ; quod idem paulò inferius de Gallæciæ pube.

Barbara me patriis ululantem carmina linguis,
Nunc pedis alterno percuſſa verbere terra,

Ad

Ad numerum resonas gaudentem plaudere cetras
Hæc requies, ludúsque viris ea sacra voluptas.

Et libro 10.

——————ac ritu moris Hiberi
Carmina pulsata fundentem barbara cetra, Invadit.

Cetræ formam Alexander ab Alexandro instar rhombi facit, & Gallis quóq; & Persis accommodat. *Lib.6.cap.22.*

De Gerro.

Sed scutum Persicum gerrum appellabant, quod è viminibus esset, quali Siculi adversus Athenienses usi sunt. Formam à Strabone petas Persas describente ὁπλίζονται δὲ γέῤῥῳ ῥομβοειδεῖ. *Armantur autem*, inquit, *gerro rhomboidio, vel instar rhombi.* Et Bartholinus de bello Norico agens, Austriac. lib. 9. secundam legionem describit, *Fest.lib.& 3.* ῥομβοειδεῖ.

Pro clypeis huic gerra manu——

Scutum Italicum ad Gallos etiam & Anglos pervenit: qui hoc aliquantulum innovantes ad amygdalæ formam, sed productiori cuspide adduxerunt, sub Henrici primi temporibus, adeo totum velut hominem obtegebat. Sic enim Radulphus Episcopus Orcadum, milites Archiepisc. Eboracens. incitans, ait, *Tegitur vobis galea caput, lorica pectus, ocreis crura, totúmque corpus clypeo, ubi feriat hostis non reperit.* Formam ex illius sæculi M. S. expressimus, Huntingt. Hist. lib. 8. p. 386.

Apud Livium in fine noni libri prioris decadis, aliud scuti genus à Samnitibus exhibetur, quod aliis abdicatis inferiores ætates sunt amplexæ, Anglis certè familiare, qui Italicum vocat. Sed Livium accede. *Præter cæteros belli apparatus* (de Samnitibus loquitur) *ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus fecerunt. Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt.* Forma erat

ſcuti ſummum latius, qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio æquali ad imum cuneatior, nobilitatis cauſâ.

De Galea.

GAleam invenerunt Lacedemonii. Plinius Primùm è corio, & hinc nomen juxta Iſidorum. Quandóq; è viminibus ut ſcuta. Britannnis nulla, ſed nec Germanis. Tacitus duo genera, juxta Servium, Aliud tyronum & explorantium, aliud bellantium. Explorantium (quod & tyronibus dabatur) Homero καταῖτυξ Valla, caſſis, interpretatur; levis humilíſque fabricaturæ (quod Græcè ſonat) ſine cono, criſta, & ornatu, ne fulgor traderet, gravitaſve retardaret. Vera enim Ajacis illa in Ulyſſem ludificatio, Metamorph. 11.

In 9. Æneid. Iliad. 6.

Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet, maneſeſtabitque latentem.

Quapropter rem Trojanam exploraturus Diomedes.

——Κυνέην κεφαλῆφιν, inquit Homerus, ἔθηκε
Ταυρείην, ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον, ἥτε καταῖτυξ
Κέκληται· ῥύεται δὲ κάρη θαλερῶν αἰζηῶν.

Nos latinè,

——*Galeam cono criſtâque carentem*
Taurinam induxit capiti, galea illa καταῖτυξ
Dicitur, hac juvenes primævo flore teguntur.

Bellantium galea (Græcis κυνέη quod olim ex pelle eſſet aquatici canis) mox ex ære & ferro, bucculis ad malarum tutamen dependentibus, quæ faciem alias obtegebant per meatus emiſſo ſpiritu. Angli bucculam hanc, **the beaver**, vocant. Maxillaris apud Romanos, ſolummodo in uſu, ſed Homerus aliam agnoſcit, Iliad. 5. &. 7.

Huic

Huic galeæ multiplex alias ornatus: conus, cristæ, jubæ.

Conus, ait Servius, *est curvatura quæ in galea prominet, super quam cristæ sunt.*

Cristas (quas Cares inveniſſe diximus) Homerus à similitudine *tibias vocat*, Pontanus *cornua*, Silius *rostra*. E cono erigebantur, *ut speciem magnitudini corporum*, inquit Livius, *adderent*. Ideo pictæ, ſed coloribus plerúmque militaribus: ut Virgilius, Lib. 9.

——*cristásque rubentes.*

Et Ænead. 9.

Purpurei cristis juvenes auróque coruſci.

Nobilioribus militibus deſtinatæ: apud Græcos primariis quatuor; (ſic Achilli & Agamemnoni) aliis tres. Romani una contenti, etiam Imperator, ut ex paludati icone quam Lazarus Baifius expreſſit, videre eſt. Hom.

Jubæ, caudæ erant equinæ ſpecioſæ tincturæ (plerúnque Phœniceæ, ſed Achilli aureæ:) è criſtis diffluentes. Thebaid. 9. In re vestiaria.

Diffugêre jubæ, patuitque ingloria caſſis.

Sed ad terrorem quóque ut ibidem 8.

——*Galeæq; tremunt horrore comarum.*

Quid non? certè ut alter,

——*Martísque jubas ſerpentibus augent.*

Imo alius terror, atque hic in galearum apice, uti nunc dierum, in pictis inſignibus. Turni apud Virgilium ecce, Æn. 7.

Cui triplici crinita juba galea alta chimeram
Sustinet; Ætneis efflantem faucibus ignes:
Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.

Apud

Apud Statium Theb. 10.

———Ipſa inſanire videtur
Sphynx galeæ cuſtos, viſóque animata cruore
Emicat effigies, & ſparſa Orichalca renident.

Quis finis? poetas excitemus, unum & hic omna, Silium accipe libro 5. de T. Flaminio ab Hannibale victo.

Ære, atque æquorei tergo florente juvenci
Caſſis erat munita viro, cui vertice ſurgens
Triplex criſta, jubas effundit crine Suëvo:
Scylla ſuper fracti contorquens pondera remi
Inſtabat, ſævoſque canum pandebat hiatus.
Nobile Gargeni ſpolium, quod rege ſuperbus
Boiorum cæſo, capiti illacerabile victor
Aptaret, pugnáſque decus portaret in omnes.

At num Romanis, Græcus hic cultus? num jubæ, num triplex criſta, num Galeæ cuſtos fera? Poeta apertè oſtendit hæc non Romana eſſe, ſed Boiorum regi erepta. Romanum autem faſtum ſi cupias (ut & numis vidimus) è Polybio accipe. *Præter hæc omnia,* inquit, *adornantur corolla plumea, penníſque tribus puniceis aut nigris erectis, longitudinis fermè cubitalis: quæ cum in ſummo vertice, cæteris armis addiderint, vir quidem apparet duplo major quam ſit: ejus verò aſpectus pulcher, hoſtibúſque terribilis.* Hæc ille. Mos ab Achæis (ut videtur) deductus, qui variis coloribus pennas diſtinguebant. Quin & Plinius ait, *conos bellicos & galeas pennis ſtruthiocameli olim adornari ſolitas.* Et pennarum decus Silius Afris cedit: ſic Hannibali,

Lib. 6. *Plutar. in Philipœmone, lib. 10. c. 1.* *Lib. 11.*

———vibrant cui vertice coni
Albantis niveæ tremulo nutamine pennæ.

Alius adhuc mos (quem Strabo Albanis & Iberis tribuit, Plutarchus Cimbris & Theutonibus) ferarum rictibus & exuviis galeas inſtruere. Silius lib. 3.

Lib. 11. Alban. loq. *Plut. in Mario.*

—ore

——————ore ferarum
Rictúq; horrificant galeas.

Et Propertius, Eleg. 4.

Et galea hirsuta compta lupina juba.

Minaces autem illas galearum apices seu custodes (hodie cristas vocant) majores nostri, ne quid antiquorum insignium deesse videretur, tandem postliminio quodam jure, sed incertis initiis revocarunt. Angli (ni vana conjectura) sub Edwardi tertii imperium.

Plinius quóque tradit galeas & conos pennis struthiocameli olim adornari solitas.

Plutarchus Alexandro tribuit galeam cristata juba & candidissimis pennis circumcinctam. *Lib. 10. cap. 1.*

Helena (mater Constantini M.) ædificato in eo loco templo ubi crucem repererat, abiens clavos quibus Christi corpus cruci affixum fuerat, secum ad filium portat. Horum ille unum in frænis equi transtulit, quibus in prælio uteretur, alio pro cono galeæ utebatur; tertium in mare Hadriaticum (ut ait Ambrosius) *ad compescendas sævientis maris procellas*, dejecit. Platina in vita Constantini, p. 4.

¶. Cristarum vero insignia, si plura ex antiquis flagitaveris *Ammon ille*, inquit Diodorus, *arietis caput effigiatum habeat, quod hoc signo galeam in bellis ornatam gestasset.* Hinc & tricipitis Cerberi fabula.

Nec cornua quæ hodie è Germanorum cristis sæpius extenduntur sine exemplo sit antiquorum. Pyrrhus, apud Plutarchum, galeam induit, ut insigne hircinorum cornuum nosceretur. *In vita Pyrrhi.*

Thraces, Mysi, & Teucri super æneas galeas bovis aures & cornua apponunt. *Gallatæ etiam*, Theodoro teste, *qui æneis galeis cum magnis appendicibus ad prolixam ostentationem factis, capita muniunt. Nam vel cornua affixa, vel avium quadrupedúmque facies in illis expressas habent*: Hæc ille. *Herod. lib. 7.* *Lib. 5 p 307. Vib. hist.*

Ægyptiorum

Diodor Sicu. Bibliot.lib.1. fol.56.6.c.& Natal Com. lib.8.fol.840.

Ægyptiorum etiam regibus in ritu fuit leonum, taurorum, & draconum facies & insignia principatus capiti circumdare. Et nunc quidem arboris, nunc verò ignem, quandóque etiam non parum redolentium suffimentorum in vertice gestare. Simul ut his decore se exornarent, simul ut stuporem aliis, & superstitionem injicerent. Hinc de ipsorum regum transformatione fabulæ apud Græcos, quin & Protei illa, qui stante adhuc & eversa jam Troja Ægypto imperabat. Hinc & tricipitis apud Hispanos Gerionis fabula.

De lorica, & thorace.

IMperatorum loricis Gorgonis Medusæ caput fuisse Servius memorat. Persarum reges selectorum suorum mille numero, thoraces malis (fortè Persicis, ut patriæ nomen indicarent) insignire consuevere: qui inde Mellophori appellabantur. Pierius.

De vestimentis.

VEstes sæpius pro ipsis erant insignibus: sed à genere potius, quam adjectis symbolis.

Pallium Græcos notabat, Romanos toga; unde Virgilius *gentem togatam* pro Romanis: Et comediæ palliatæ dictæ sunt, quæ sub Græcorum personis fabulantur: togatæ quæ sub Romanorum. Tunica plebeios indicat, & operarios. Pileus nobilitatem & libertatem. Trabea regnum. Quinetiam pacis insigne toga. Pallium belli ut id genus alia paludamentum, chlamys, sagum. Itáq; in militiam profecturi cives Romani, consul & militiæ imperator paludamentis induebantur, alii sagis Hinc Salustii illud; *togam paludamento mutavit*: & Ciceronis, *ad saga ire, & redire ad togas.*

Plutarchus in Cæsare, vestem imperatoriam & militarem dicit, quæ Paludamentum è cocco vel purpura multiplica, calceos usque diffluebat. Imperatorum propiè, sed

sed ejus etiam qui non esset Imperator. *Quod si in vestimentorum ratione quæ subinde mutatur* (Lazarum Baysium legis) *novis rebus antiqua vocabulorum nomina fas sit indere, dicerem id vestimenti genus, cui intexti liliorum flores, quódque induti Reges Gallorum depingi solent, id latinè paludamentum dici posse.* Budæus autem: *Chlamys*, inquit, *est imperatoria, id est eorum qui exercitus educebant, quale illud est, quod hodie cottam armorum vocamus.* Paludamento non tantum in educendo exercitu utebantur, sed in ipsa etiam acie, ut ex Herodiano dilucidum fuit, referente, *Severum ex acie fugientem, paludamentum abjecisse, redeuntem in pugnam iterum induisse purpureum.* Paludati Imperatoris iconem apud eundem Lazarum vide, vel, qui hinc traduxit, Rosinum.

De chlamyde.

CHlamys multo strictior humeros obiit. Formam à Plinio petas. *Alexandriam urbem metatus est* (inquit) *Dinochares architectus* &c. *ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam, dextra lævâque anguloso procursu.* *Chlamys vestis omnino militaris.* Militari virtuti ornamento. Sic Plautus, dum militem instruit: *etiam opu'st chlamyde & machæra, & petaso.* Etiam præmio, nam Virgilius: *victori meritum chlamys.* Et Statius Theb. 6.

Lib.5.cap.10.

Vide Colebium in Glossario nostro.

In Pseudolo Act.2 scæ.ult. p.525.

At tibi Mæonio fertur circumflua lymbo
Pro meritis Admeti chlamys——

Plerúmque è purpura & cocco: quandóque insignita ut Demetrii superbæ illæ (apud Plutarchum, & Athenæum) colore nigricante, in quibus erat polus depictus aureas stellas habens, & duodecim signa. Nec dissimili sensu Virgilius; *pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Hibera.* Quin armis ipsis super induebatur ad fastum, Virgilius Æn. 9.

Athenæ. lib. 12.ca.16.

Stabat in egregiis Arcentis filius armis:
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Mos antiquus, ſic enim Solinus,

———Humeros de more priorum
Includit Sarrana chlamys.

Et à noſtris majoribus non dedignatus, qui ſuis inſignibus chlamydes etiam (quas mantela vocant) ſolemni curioſitate (ut hodie ſolet) circumſcripſêre.

Apud mediorum ſæculorum homines, militiæ item aſcriptæ, & ut ipſum cingulum candidatis delata: ut è Conc. Toletano anno 400. manifeſtari cenſeo, dicente, *Si quis poſt baptiſmum militaverit, & chlamydem ſumpſerit aut cingulum ad necandos fideles, etiamſi gravia non admiſerit, ſi ad clerum admiſſus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem*, Con. Tolet. ca. 8.

In alio exemplo à Nicæn. citato, verba (ad necandos fideles) *non habentur. v. Bin. to. 1. p.* 561.

De tunica, ſeu Epheſtride.

SEd nec iſtis diſcutienda tunica. Romana ſcilicet militiâ parùm celebris: noſtris certè majoribus præcipuo decori. Nam cum armis incluſus eques, in turbata acie vix eſſet cognoſcendus, nobilibus in morem venit ipſis armaturis tunicas inducere, ſuæ nobilitatis ſymbolis inſignes. Hinc ſub tunicæ appellatione ipſa inſignia cenſeri perſpicuum eſt. Ut cum de inſignibus quæſtio fiat, quæri ſolet cujus ſit tunica. Areæ etiam multæ, quibus arma deſcripſit antiquitas, tunicas referunt non ſcuta. Hæc quidem integram anteriorem faciem, (ut vides) illa latus anterius dextrum: tertia ſiniſtrum.

Nec



Nec equestria stragula sine symbolis: ut cataphracti equites insignibus undecúnque refulgerent. Hic cultus sub ipsa armorum infantia præcipuè floruisse videtur: Henrici secundi tempestate, & Richardi primi. Effigiem è veteribus sigillis expressimus.



Gell. 11.c.12. Etiam tunicæ iſtiuſmodi, pro more Romanorum ſine manicis fuiſſe videntur, manicatæ enim ludibrio habebantur. Unde id Virgilii, Æneid.9615.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Et Ciceronis iſtud, *iſti manicati juvenes, &c.* Macedonicorum autem militum manicatas fuiſſe tunicas, è Plauti Pſeudolo conſtat, qui Macedonicum militem ficturus; *Manuleatam*, inquit, *tunicam habere hominem decet.* Act.2. Scæ ult. p.525.ubi vid. not.

Sed hoc veſtimenti genus, quo arma inſcripſit antiquitas, illud magis exprimere videtur, quod hodie caſaccum vocant, id eſt caſulam, ſeu veſtem ad ſimilitudinem ſacci, Græci aptiùs ἐφεϛείδα. Eſt enim epheſtris veſtimenti genus, quod armatis ſuperinduebatur, ad tegendum arma. Julio Poluce, lib. 7. etiam ἀμφιέϛρις.

Thomas de la Moore in vita Edwardi 2. p. 2. togam armaturæ vocat. Dictionar. Anglo-Latin. vet. **coat armour** Baltheus. *Si enim paterna veſtis & annulus, ac ſi quid ejuſmodi, tanto carius eſt poſteris, quanto erga parentes major affectus nullo modo ipſa ſpernanda ſunt corpora* (mortua) &c. Aug. lib. *de Cura pro mortuis agenda.*

In



In insignibus considerantur scuti partes, area, symbolum, colores. Nos autem à colorum enarratione exordiemur.

De Coloribus.



COlores in Theodosianis clypeis decem enumerat Pancirolus: Aureum, argenteum seu album, puniceum, viridem, cæruleum, nigrum, purpureum, rubeum, ferrugineum. Sed enata tandem heraldorum schola tantummodo recipiuntur, aureus, argenteus, ruber, cæruleus, niger & viridis. Recentior ætas purpureum addidit, & (ut novenarius numerus, heraldis sacer denuò compleatur) sanguineum quem à malo vocant aurantium, quibusdam *Brusk* & *Tenne*. Hos, alii laudant propter se, album & nigrum, ut parentes aliorum. Alii propter id quod repræsentant, quidam albedinem efferunt, ut lucis refertissimam, nigredinem damnant, ut tenebrarum vehiculum. Medios quósque nobiliores censent secundum plus vel minus appropinquant albedini, vel nigredini, Aristotelémque in partem vocant. Nos desidiam inter colores non ponemus. *Lib. de sensu & sensat.*

Aureus & argenteus pro metallis habentur, altérque in omni clypeo requiritur, ut ossa carni, licet aliàs hoc fefellit antiquè.

De

De Auro.

AUri geſtatio, Græcis χρυσοφορία, antiquiſſimos clypeos ornaſſe, quis neſcit? Etiam nomen impoſuiſſe Alexandri Magni militibus, quos inde Chryſoaſpides vocarunt. Bartholus hanc præ cæteris nobiliſſimam facit; quod radios ſolis, hoc eſt rem lucidiſſimam exprimit. *Figuratur*, inquit, *pro re maximè excellenti.*

Videtur ante oculos habuiſſe illud Plauti,

Plut. in Milite.

Curate ut ſplendor meo ſit clypeo clarior
Quam Solis radii eſſe cum ſudum eſt ſolent.

Iſido. Chron. 369.

Romani Claudium Auguſtum, quod fortiſſimam Gothorum gentem à finibus Reipublicæ Imperii removiſſet, aureum in foro clypeum erigunt.

Præſtantiæ certè nota eſt & fælicitatis, unde ſæculum illud integerrimum aureum dicebatur, viri aurei. Eóque Plato, qui re præclarè geſta in bello accubuerint ἐκ τοῦ χρυσοῦ γένεος *ex aureo genere* vocat. Et Pancirolus ait *luteum colorem* ſæculi fælicitatem oſtendere.

In not. Imp. Occident ca. 22. numero 7.

Etiam Juſtitiæ Symbolum, cui ideo Athenæus vultum aureum, oculum aureum tribuit.

In Imperii clypeo quidam manſuetudinem exponit, ut aquilæ feritatem emolliat.

De Argento.

COlor argento clarior eſt magíſque diei ſimilis, & ideo militaribus ſignis familiarior, quoniam is longiùs fulget. Plinius. *Ex hoc ſcutiferos alios Argyraſpides vocarunt, ut ab auro Chryſoaſpides.* Sic Homerus Deiphobum ab albo clypeo λευκάσπιδα. Sacris & profanis quibuſlibet hiſtoriis, pro religionis, fidei, innocentiæ, caſti ſyncerique animi ſymbolo habitus eſt. Hinc Cicerone, *candor animi*; Horatio *candide Judex*; Pio choro, ipſíque

Lib. 23.

Salvatori

Salvatori noſtro quoties niveæ veſtes tribuuntur? *Color albus*, inquit Cicero, *præcipuè decorus deo eſt*. Flamen igitur, cum Jovi ſacra ferebat, totus albatus erat, pileúmque album geſtabat. Varro.

Aliàs ſupplices, & magiſtratuum, ſeu munerum petitores indicabat, qui ideo Romæ togam candidam induebant, ut hac populo innoteſceret ſe petitionem profiteri. Hinc Tribunitius, Prætorius, Conſularis, Candidatus apud Ciceronem. Gloriæ & immortalitatis apud Plinium; fidei apud Hieronymum. Convivarum antiquus cultus, ideo Cicero in Vatinium, *quis unquam cænavit atratus?*

Pythagoras aiebat id quod eſſet colore candido ad boñi naturam pertinere, quod atro, mali, unde & alba fœlicia dicimus, infames nigros ex Eraſm. Sic & illud Lactantii,

Fulgentes animas veſtes quóq; candida ſignant. Hiſt. Eccleſ. Cent. 8.ca.2. p.25.

Colorem album ſeu argenteum luci à ſimilitudine tribuunt, uti nigrum tenebris. Witekindus igitur Dux Saxoniæ qui floruit ante annum domini 900. cum à Paganiſmo per ſacrum Baptiſma ad Chriſti fidem evolaſſet, equum nigrum quem inter inſignia militaria prius geſtabat, albo colore pingi curavit, ut teſtaretur ſe ex tenebris gentilibus ad veram lucem eſſe traductum, ut in Saxonicis annotatur Chronicis.

De colorum honore & ſignificatu. vide. Martial. & multa à Roſin. collecta 189. 60.

Albedo non incenditur ſpeculo uſtorio, qui radios diſgregat.

Cortina alba ſignat vitæ munditiem; rubea charitatem: viridis, contemplationem; nigra, carnis mortificationem; livida, tribulationem, &c. Durand. Rat. lib. 2. cap. 3. nu. 39. fol. 176.

De quatuor coloribus Eccleſiæ in uſu; Durand. lib. 3. ca. 17.

De

De rubro, pheniceo, coccineo, ruſſato, quem è minio ſemper faciunt, aliàs ruſſo & ruſſeo.

T*Rojanis temporibus rubrica in honore fuit* : Plinius. Etiam Romæ aliquando, nam deorum ſimulachra minio illinebant ; triumphantium corpora : Sic Camillum triumphaſſe.

Belli, ſanguinis, magnanimitatis color, hinc Marti ſacer, & militibus uſitatior : quod profluentem ſanguinem celet, irámque excitare dicatur. Lacedemoniis, Perſis, Meſſagetis, Numidis in uſu. *Ruſſata veſtis, quam Græci phœniceam vocant, nos coccineam*, inquit Iſidorus, *reperta eſt à Lacedemoniis ad celandum, coloris ſimilitudine, ſanguinem.*

Hac ſub Conſulibus Romani uſi ſunt milites, unde etiam Ruſſati vocabantur. Solebat enim pridie quam dimicandum eſſet ante principia poni admonitio & indicium futuræ pugnæ.

Ultionis color, quo ideo magiſtratus induebantur, nec licuit cuiquam portare ſine principis licentia, ut Cod. de Veſt. & ol. Tyrannidis quóque, ſed & pudoris, & verecundiæ. Corinthi clypeis rubris utebantur : Romani rubro vexillo pedites evocabant.

Elog. viro. lit. illuſ. p. 16. Colorem hunc rubrum Jovius purpureum vocat, clypeum enuncians Bartholi Juriſconſulti.

De colore cæruleo ſeu cyaneo.

CÆruleus color, cæleſtis eſt, rerúmque divinarum Symbolum : frequens igitur in veſtimentis ſummi Sacerdotis.

Etiam aëris : quamobrem ignis deum Vulcanum, aëreæ regioni vicinum, cæruleo pileo pinxere.

Sed maris quóque, quod ab aëre colorem accipit hinc

nautas

nautas ſignificare aiunt, & res maritimas Neptunóque dicari, qui inde cæruleus dicebatur. Octavius Auguſtus, inquit Suetonius, *Marc. Agrippam in Sicilia poſt navalem victoriam cæruleo vexillo donavit.* Et quia equus Neptuno ſacer, in conſcribendis equitibus, Romani cæruleo uſi ſunt vexillo.

De Nigro ſive zebellino.

NIgrum Bartholus, viliſſimum vocat, & certè inter omnes Theodoſianas geſtationes non invenio, niſi in rebus quibus nativus adeſt, atque his ipſis parcius. Nunc etiam dierum haud frequens cernitur in vetuſtiorum principum clypeis. Apollini tamen ſacrum Brachmanæ olim venerabantur. Apollineam etiam turbam, hoc eſt viros graves & eruditos quid ni deſignet, cum eorum præcipuè ſit cultus. Sed prudentiæ & firmitatis ſeu conſtantiæ ſymbolum eſt, quod hic color in alios amplius non vertatur.

Mortis, infortunii, mœroris; hinc dies infœlices carbone notabant, ut apud Perſium,

Quæque ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim,
Illa prius cretâ, mox hæc carbone notata.

Ideóque cum Ægeus pater in Theſei navi velum nigrum perſpexiſſet filium cæſum opinatus, ſe in mare præcipitaſſe tradit Plutarchus.

Infames aliquando & improbos notat, ut Horatio,

Hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.

Sed in clypeis zebellinæ pellis, quam Jornandes (lib. 1. ca. 3.) Saphirinam vocat, dignitatem obtinet, & nomen *Sables.*

De viridi.

Licet nullus in nostratium clypeis antiquior. Arthurum enim celeberrimum illum armatum insinuant cruce. & beatissimæ [illegible] in primo candore argenteis in clypeo [illegible] Duelli Monumetensis authoritate, lib.9. sed de cruce & coloribus nihil ille.

VIridis color (Theodosianis clypeis frequentior quam nostris) apud omnes spei est; quod virentibus jam agris messem fructúmque expectamus. Quare animi quóque vigorem & florentem ætatem indicat, quia tum præcipuè vigent & florent herbæ, arboresq; cum vireant, ut Virgilius 5.

Eurialus formâ insignis viridiq; juventâ.

Et sexto,

Jam senior sed cruda Deo viridisq; senectus.

Leus deníque per hunc amorem, lætum & gaudium intelligit.

De purpura.

SI de primatu inter colores sit quæstio, palma purpuræ referenda est: tot ætatum gentiúmque consensu non solum pretiosissima, sed, ut Statius cecinit, regni insigne. Principum enim propriè est, summæ nobilitatis, honoris, & magistratus indicium. Ideo Romæ, senatorias & equestres togas, distinxisse patriciorum puerorum (quos etiam verecundiæ admonebat) prætextas, & pro ipso interdum magistratu, & ipso imperio poni, ut Martial.

Purpura te fœlix, te colit omnis honos.

ClodiusAlbinus joco nutricis,accepit etiam Porphyrii nomen, *ex eo*, inquit JuliusCapitolinus, *quod in fascia matris purpurea ligaretur.* Hoc enim unum erat inter alia multa signa imperii futuri. Vitus pa. 147. l.2.

Antiquis tamen heraldis excludi videtur, fortè quod color submedius, à cæruleo crassiori vel male temperato, parùm discreparet; quam etiam ob causam pro cæruleo aliquandò sumitur,ut Virgilio,

In

In mare purpureum violentior influit amnis.

In Imperiorum notitia color frequens ut olim Græcis, Phrygibúſque, hinc Oenone Paridi,

Dum moror, in ſumma fulſit mihi purpura prora,
Pertimui : cultus non erat ille tuus.

Et Nicei ſcutum auro fulgebat & purpura. Sed in Anglia-cis clypeis & hic, & ſequentes rariſſimè cernuntur.

De anarantio & ſanguineo.

ANarantium & ſanguineum vix recipio. Licet priorem Leus venerabilem vocat, alterúmque laudat, quod in indumentis principis Walliæ, & equitum balnei reperiatur. Alciatum (ſi placeat) audi de coloribus.

Colores, aliis (ſatis antiquè) placuit per planetas edicere, aliis per gemmas. Hæc (cum alia aliis arrident) non hinc abdico. Sed qui menſes, flores, dies & ejuſmodi introducunt, puerilia planè nectunt. Colorum cohærentiam cum planetis & gemmis videas in ſequenti tabula, characteres etiam planetis & coloribus reſpondentes.

Videtur Brito Armoricanus, enuntiationem per planetas affectaſſe. Philip. lib. 11 p. 366. ubi ait : de Aquila in inſignibus Imp. Tota ſuperficies cujus nitet aurea Solis Æmula, quæ jactat plus ſe ſplendoris habere.

Colores.	*Character.*	*Planetæ.*	*Lapides.*
Aurum.	*Or.*	☉ *Sol.*	*Topazius.*
Argentum.	*Argent.*	☾ *Luna.*	*Margarita.*
Ruber.	*Geules.*	♂ *Mars.*	*Carbunculus.*
Cæruleus.	*Azure.*	♃ *Jupiter.*	*Sapphirus.*
Niger.	*Sables.*	♄ *Saturnus.*	*Adamas.*
Viridis.	*Vert.*	♀ *Venus.*	*Smaragdus.*
Purpureus.	*Pourpre.*	☿ *Mercury.*	*Amethiſtus.*
Anaranticus.	*Tanne.*	☊ *Caput draconis.*	*Hyacinthus.*
Sanguineus.	*Sanguin.*	☋ *Canda draconis.*	*Sardonix.*

Alii

Beda de natura rerum cap. 15.pag. To.2.
** Apud Plin. candens & sic hic fortè.*

Alii aliter hæc colligunt, nos nostrates sequimur. *Suus quidem cuique color est, Saturno candidus, Jovi clarus, Marti igneus, Lucifero * gaudens, vespero splendens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli cum oritur ardens &c.*

Armelinis usos esse Symbolis Alanum Ducem Britanniæ Armor. Anno 1087.21. Guil. Conq. in numis suis indicat. Brelaing. v. Albus in Gloss. nostris.

Sæpenumero pelles quædam, quibus alias ad honorem & insignia, induebantur proceres, colorem clypeis subministrant armelinorum, & zebellinorum. Apud *Tartaros adeo pretiosæ sunt,* inquit Paulus Venetus, *ut quandóque vix pro duobus millibus Bysantiorum pelles pro unica tunica sufficiant.* Sed tum armelinam, tum zebellinam mollitiem & delitias aiunt significare, Armelinúmque (quem murem album vocat Aristoteles, quidam Scytalam) munditiem & illustrem nobilitatem Alciatus;

Delitias & mollitiem mus creditur albus
Arguere : at ratio non sat aperta mihi est.
An quod ei natura salax & multa libido est,
Ornat Romanas, an quia pelle nurus,
Sarmaticum murem vocitant plerique zibellum,
Et celebris suavi est unguine muscus Arabs.

Pellicea autem indumenta, quæ ab humeris Electores Imperii gestare solent, Clemangius & alii plumalia vocant. Plumarii tamen propriè dicuntur, qui vestimenta ex plumis avium conficiunt. Prudentius in Harmatigenia,

v. Gloss. Clemang.

Hunc videas lascivas præpete cursu
Venantem tunicas; avium quoque versicolorum
Indumenta novis texentem plumea telis.

De clypeo zebellino argentoso.

Zabellorum pelles nigræ sunt: at probatiores (secundum Jovium) tenui canitie distinctæ, quas ideo argentosas voco sive argyritas.

Dicuntur (reor) à Jornando in Gothic. ca. 3. Saphirinæ pelles, vide Gloss. nostrum.


De


De partibus ſcuti.


SCuti partes ſunt, centri locus, anguli, latera, regiones. Centri locus, (uti & umbonis) eſt qui centrum poſſidet, umbilicus etiam dictus quem c. notat. Hæc Græcorum clypeis præcipua ſedes fuit inſignium; ideóque umbonem ipſam τὸ ἐπίσημον, id eſt, inſignium ſedem dixerunt. Sic apud Ariſtidem πρὸς ἀσπίδος ἐπίσημον; apud Plutarchum τὸ ἀσπίδος ἐπίσημον. Sic apud Homerum Gorgonis ſedes in Agamemnonis clypeo.

Anguli ſeu cornua ſunt ſuperiores duo, inferiorum unus. Superiorum d. dextrum oſtendit, e. ſiniſtrum: f. infimum, quem etiam pedem, calcem, conum, perigæúmque ſcuti (cum vicinior terræ ſit) vocitemus. Laterum, g. dextrum depingit, h. ſiniſtrum.

Regiones tres ſunt, ſuperior, media, inferior. Hæ ex tripartita ſcuti longitudine perſpicuæ fiunt. Superiorem cephalicam voco, quod cephali locus ſit, etiam honorariam, quod honoris; Mediam, centricam; Infimam, perigæi. Quas alii ſcuti partes ſive angulos conſtituunt (cum ex diſſectis ſcuti areis oriantur) inter ſectiones nos rejicimus.







De ſcutorum areis.

AREa eſt ſcuti ſuperficies ſymbola ſuſcipiens. Æquor & ſpatium dicta: vulgo campus, Eraſmo ſolum, Arena.

Arena pars theatri qua feræ, gladiatores, & ſpectacula edebantur.

Arearum aliæ ſimplices ſunt, aliæ compoſitæ. Simplices,

plices, uno tantum colore inducuntur, (quas ideo monochromatas voco) ut albedine.

Compositæ, pluribus: & vel dividuntur, vel coloribus interpunctis discriminantur.

De arearum divisionibus, quas sectiones & partitiones vocant.

HOdiernas scutorum divisiones, Theodosianum sæculum non novit. Credam ne Caroli Magni: dubitem an subsequens. Parciùs apud Anglos, ætate Henrici secundi; frequentes sub Edwardo tertio rege. Vetustiorum principum clypeos, areis cerno simplicibus. Et naturam ars sequi videtur; ut dissecto prius sit integrum, umbræ corpus. Sectiones enim umbræ sunt, & tramites symbolorum stationariorum. Dividi autem dicuntur areæ, cum linea una, aut plures per centrum scuti ad oras porrecta, colorem alium ab alio secernit.

Arearum divisarum tria sunt genera, Pluræ sive dichotomæ, mixtæ, subalternæ. Postularet igitur forte methodus de his primo dixisse. Sed cum necessariò nobis incumbit ut ab areis sit inchoandum, arearum etiam partes & accidentia demonstrasse justum fuerit, normales ipsorum lineas depingentes.

Sectio pura, singulari lineâ scutum æqualiter dividit, sed tripliciter, Erectè, transversè, obliquè.

Sectionem erectam palarem vocant à similitudine. Et utrique lateri integra, interdum indunt arma conjunctionem, & conjugium significaturi: dextra viro, sinistra fœminæ tribuentes. Inter omnes Theodosianas gestationes, sola reperitur: hoc est Thebæorum clypeo in occidente: ubi mutuum auxilium, & Romani imperii conjunctionem, etsi ob duos imperantes scissum, videatur innuere voluit Pancirolus.

Sectionem transversam, quod balthei loco cernitur, balticam dicas. Galli *per fesse*, scuti latera ad angulos rectos secat.

Sectionem obliquam diagonalem dicimus, quod ab altero ſuperiorum angulorum ad oppoſitum anguli dimittitur. Galli partitionem *per bend* vocant, & fit vel à dextris, vel à ſiniſtris.




De ſectionibus mixtis.

SEctio mixta è duabus vel pluribus puris ſectionibus commixtis aſſurgit. Hæc autem ex dimidiatis, illa ex integris. Ex dimidiatis fiunt ſectiones imperfectæ: utpote quæ clypeum inæqualiter dividunt.

Ex inferioribus medietatibus obliquarum, fit ſectio faſtigiata: quibuſdam inſtar tigni, Gallis *parti par cheuron.*

A ſuperioribus obliquarum medietatibus portio ſcuti deſcribitur, quam à ſitu, angulum vel triquetrum cephalicum dicamus. Sed inter ſectiones vix dum pervenit.





De


De areis trifidis.


EX obliquarum & erectæ medietatibus, areæ trifidæ producuntur, quarum duo ſunt genera ; alterum ſcuti caput dividens, quod ideo biceps, alterum pedem, quod igitur bipes vocitemus. Sed hæc Anglis parum cognita inter angulos ponunt.



Sectio trifida biceps fit, ex inferioribus medietatibus obliquarum, & ſuperiori erectæ : portioneſque ſcuti conſtituit, quas alii angulum cephalicum dextrum, cephalicum ſiniſtrum, & baſis vocant ; nos hunc ſipparum, ſupparum, ſuggeſtum. Hunc ☾ illum ♃ tertium ♂ oſtendit. Leighus ait Belgas ſingulis portionibus diverſum ſymbolum edere, quod ipſi vidimus.

Sectio trifida bipes, ex contrariis medietatibus aſſurgit ut in exemplo. Quidam angulos baſis vocant dextrum & ſiniſtrum, ♃ & ⊙ notatos. Addunt aliud trifidæ genus, quod à forma turbinaceum dicimus. Fit autem amiſſa ex utróque ſuperiori angulo in ipſum cuſpidem linea recta : ut in exemplo. Sed majoribus noſtris proculdubio incognitum : nam ſi (ut illi) triangularibus uterenturſcutis, quis eſſet huic ſectioni locus ?

Occurrit hæc diviſio apud tranſmarinos, inverſo ordine : ſinguliſque portionibus colores ſingulos inducunt. Sic in Holſatia, Meinſtorpiorum familia. Et eſt pars media quaſi pyramis aut trabo inverſus.





De

De mixtis purarum ſectionum integris lineis.

E Mixtis purarum ſectionum lineis integris, centróq; coëuntibus, areæ fiunt, quadrifidæ decuſſatæ, coniferæ. Theodoſianis clypeis certè non incognitæ. Sed orbis diſtinctiones Romani Imperii magnitudinem, potentiam, firmitatem (res clypeis noſtris parum convenientes) ſignificaturæ. Colores etiam alios ab aliis plerúmque non diſtinguunt, quod in noſtris nunquam cernitur.

De areis quadrifidis, vel quaternariis.

SEctio quadrifida: erecta & tranſverſa lineis, aream tanquam in quadras diſponit: ſignificatione à Crucis ſimilitudine, deducta. Junius Quadrias teſſeras hujuſmodi vocat. Et Curopalata ibidem χαρτάφια, à latino pag. 24. In more eſt hæreditaria matris inſignia per quartas iſtas immiſcere, quod apud Anglos factum non comperi, antequam Edwardus tertius Franciæ clypeum ſic cum Anglico iteraſſet. Priores enim de materno clypeo in ſuum quid conjicere uſi ſunt. Et hoc quidem non ſolum ad maternam memoriam, ſed ad familiarum etiam diſcrimen, plurimùm effecit. Videtur tamen Barcinoniæ & Aragoniæ arma (de quibus ſuperiùs diximus) quadrifariam fuiſſe compoſita Annum circiter Domini 1137. Et Tilletus refert Antiochenum principem ut gratum ſe *Recueil des Roys de France pag. 320.* præſtaret S. Ludovico Franciæ regi (qui obiit anno 1270.) ob acceptum beneficium clypeum regium ſic cum ſuo alternaſſe.


Area decuſſata ex obliquis conflatur, ſcutum in triangulos diſpertiens. Quarti Theodoſiani (inter auxilia Palatina, alterius magiſtri militum præſentalis in oriente) cæruleum clypeum lineis nigris decuſſatum geſtant, quo imperium, etſi ex facie diviſum, unum tamẽ intelligi vult Pancirolus. Et hæc ſola eſt decuſſatio in omni Notitia per totã aream extenſa; cæteris umbone tantum contentis. Sed

Golt. in Magn. Grac. egregiè extat hæc ſectio & planè heraldicè in numis Emporitum, ubi ſuperior triquetra Siciliæ inſigne habet, hoc eſt tria femora. Inferior piſces duos erectos : utráque cymatilis.

Coniferata ſive conconata area, ex omnibus puris ſectionibus commixtis, univerſarum pandochium efficitur, & omniformis dicatur. Cruci Conſtantino oſtenſæ (uti referunt) non diſſimilem, & ex linearum diſpoſitione crucem intelligunt latera X. interſectam, ut ſic Chriſtum in ea paſſum ſignificarent, cujus nominis Græcè ſcripti prima eſt litera X. Plerúnque autem ſuperiorem partem erectæ lineæ in litteram P. flectebant, ut apertius Χριστὸν exprimerent, ita ut XP. & +. innecterentur. Et hinc error vulgaris, qui Græcarum literarum neſcius, has tanquam latinas & Anglicanas uſurpat, Chriſti nomen hoc modo ſcribens Xps. Xpi. Xpm. Symbolum habes in Braceatorum juniorum clypeo in Oriente. Conos hos Galli *girons* vocant, credo quod in ſcuti gremio (illis giron) coëunt.

De ſectionibus ſubalternis.

SEctiones ſubalternæ ex prioribus fiunt ſubdiviſis, linea aliqua in centro permanente. Nulla harum in omni Theodoſianâ aſpilogiâ, ni coniferam placeat excepiſſe. Uni cuiúſq; exemplum, accipe.



Palaris,

Palaris, seu columellaris.

CLypeus palaris sex partium aureus & ruber Aragoniæ regum. Gallis *partie par pale*, vel clypeus hexastylus Solis & Martis. Sic tetrastylus, quod verbum apud Junium habetur in versione Curopolatæ de officiis Constantini, ubi vestibulum aulæ Constantinop. ita vocatur, quod quatuor columnis nititur, pag. 24. τετράστυλος. *Columnatius Varri: clyndraceus Plinio.*

Transversariæ.

VEhit more sex, repagulorum, ex auro & cyaneo. Gallis & Anglis *barrey*.

Obliquæ, sive diagonales.

ARea diagonalis senaria, argentea, & rubra. Gallis *bendy*, ac si fasciatim dicerent. Radios solares videtur exprimere, hæc orientales, illa occiduos. Sed coire interdum videntur hæ sectiones tertiam geniture, ut in exemplo. Vid. Paradin. p. 82.

Fastigiatæ:

VEhit aurum & rubrum more senarii fastigii.


Coniferæ.

COniferis areis vix unquam conos omnes, sed fugatis aliis, reliquos subdividunt. In hoc clypeo (qui aureus & niger est) duodecimus numeratur. Subalternæ etiam sectiones, subdividuntur, trajectâ purâ aliquâ centrali linea. Hinc exurgunt quæ à cœlorum transpositione, transpositæ, inversæ, transmutatæ nominantur, ut in sequentibus.

Aurum & cyaneum ſenario palo tranſversè inverſo, ſic de cæteris.

Area diagonalis, ſenaria, argentea & nigra, è contrario diagonali trans——iterata; Sic ut,

Qui color albus erat, nunc eſt contrarior albo.



De areis interpunctis, ſeu vermiculatu albo.

CUm autem ſubdividentes lineæ, à ſubdividentibus tranſigantur, non in ſectionum claſſe, ſed interpunctorum reponuntur, quod aream tanquam per puncta & periodos diſtribuunt, teſſellas, maculas, cuneos, rhombulos, & hujuſmodi vermiculato opere exprimentes. Mos iſte in armatorum cultu, valde erat antiquus. Sic enim apud Aimoinum lib. 3. cà. 90. anno Thedeberti regis 9. Bertoaldus comes palatii, Landericum ducem alloquitur, *Domini noſtri inter ſe decernant cum armatorum cuneis. Tunc ſi placebit, ego & tu, vermiculatis adoperti veſtibus, inter conferta congrediamur agmina.*

De

De Area Tessellata latrunculoria, loculosa, propriè emblemate.

AREa tessellata seu emblematica fit, cum plures perpendiculares lineæ à pluribus transversis dissecantur, quod ab Italorum vocabulo scæchia Germanico Schach, alii Scaccatam vocant, alii scachificatam, à quibus primitùs emersisse videtur. Sed nec Romanis incognitum, cum latrunculorum lusus, Martialis meminit: Epig.

Not. in Varr. lib. 3. de re rust. Emblema ex origine dictionis quæ Græca est, significat tesserulas quibus instrata pavimenta variantur, & versicoloria fiunt. Not. in Varr.

Insidiosorum si ludis bella latronum,
Gemens iste tibi, miles & hostis erit.

Gallis eschecf et eschequier.

Hujusmodi tabulâ memoriæ subministrandæ gratia, puto ratiocinatores olim in subducendis calculis usos esse. Nam in trapezis suis, seu mensis (quas vocant) ratiocinariis, antiquè cernitur, & foro quod Fisco, & regio vectigali addicatur, cujus etiam insigne est, nomen fecit. Hinc Gervasius Tilburrensis: *Scaccarium*, inquit, *tabula est quadrangula, quæ longitudine quasi decem pedum, & quinque latitudine ad modum mensæ circumsedentibus apposita, undique habet limbum latitudinis quasi quatuor digitorum. Supponitur scaccario pannus in termino Paschæ emptus, non quilibet, sed niger, virgis distinctus, distantibus à se virgis vel pedis, vel palmæ spatio.* Curiam autem hanc, tum olim Normannis familiarem, Anglis advenam huc illinc transegisse Willielmum primum omnes consentiunt. Berdoaldus (apud Aimoinum) Landericum ad singulare congressum in prælio deposcens, *Tunc*, inquit, *si placebit, ego & tu vermiculatis adoperti vestibus inter conferta congrediamur agmina*, lib. 3. cap. 90. pag. 144. 5. Erat hoc anno 9. Theodorici regis, cujus anno. 14. Columbanus ibat ab Hibernia trans oceanum, cap. 94.

Proinde id insigne Nostratium clypeis tum adhuc insuetum fuisse, non est dubium. Nam in Curia illa, multò antiquiùs quam in clypeis reperitur, & hinc in illos demigrasse,

migrasse, verisimile. Etiam ipsorum Warrenniæ procerum Curiam (aliquando forte) moderantium, & ab ipsis in Clientium suorum clypeos, cum Angliam applicassent, dissipatum. Sin altiùs hoc rimari placeat, Cæsarem advola, quem (Suetonius testatur) munditiarum & lautitiarum studiosissimum, in expeditionibus tessellata & sectilia pavimenta circumtulisse. Quin & Diodorum Siculum, qui priscorum Gallorum saga crebris tessellis (florum instar) distincta memorant.

In vita Jul. Cæsaris; cap. 46.

Diod. bibl. hist. li 5. fol. 307. vid. Curo pal. p. 24.

Elegantiam igitur apprimè notat, quod etiam Lucilii Poetæ, nec non Mutii Scævolæ & ipsius Ciceronis authoritate, Lucilianis his versibus eo accinentium, confirmatum est,

Quam lepida λέξεις compositæ, ut tesserulæ omnes
Crudo pavimento, atque emblemate vermiculato.

De Area apsidali.

Multæ obliquæ lineæ totidem obliquis orthogonaliter transcriptæ, aream reddunt apsidalem seu maculatam. Sic à retium similitudine (quorum foramina absides & maculas vocant) dictam. Maculis autem leniter productis *lozongey*, quasi rhombulis distinctam nominant, extensiùs verò in acumina porrectis, fusos aiunt significare: differentiam etiam in situ ponunt, maculatas, rhombulatásque areas cuspides semper erigere, fusorias plerúmq; deprimere.

Sed fusis interpunctæ areæ eodem non semper modo fiunt. Nam obliquæ lineæ aliquando à perpendicularibus trajiciuntur, aliquando à similiter obliquantibus, his erectioribus, illis depressis, quod in Germanorum clypeis frequens cernitur, qui ex ejusmodi symbolis cuneos intelligunt. Hinc *Teckenses principes, cum ducatum Vveck antiquitùs appellatum ferunt in armis suis*, inquit Munsterus, *posuerunt signum cuneatum. Vocant enim Germani*, ait ille, *cuneum Vveck*: clypeum (ut hinc transtulimus) vides.

Lib. 3. Cos. pag. 130.

Anomata.

Anomata.

De Area variegata, al. varia.

REstat alia interpungendi ratio, prioribus nec ætate cedens, nec dignitate, clypeis verò nostris fortè notior quam exoticis, visúque potiùs quam nomine. Nam à colorum vicissitudine variatam, seu variegatam dixeris, id nomen etiam rectè competeret aliis omnibus interpunctis, si non ex antiqua consuetudine huic propriè addicaretur: sunt tamen qui invectam nuncuparunt. Nos clypeum variegatum dicimus ex auro & cyaneo. Hoc verò gestaminis hanc habuit originem. Tres filii domini de Couci, Ingleramus, Thomas (unde Domini de Vervin) & Robertus (unde domini de Pinon) cum clypei & tunicæ armorum non præstò adessent in bello sacro, hi tres fratres vestes suas coccimas pellitas diviserunt, & variè gestarunt. Primus scilicet *palè de six pieces de gueules & de vaire* Secundus hoc idem par pale; tertius. per bende. Sed de hoc videndum: in concilio enim nostratium Gaintingtoniæ An. 1188. decretum est, ut nullus (in sacram proficiscens militiam) post proximum Pascha utatur vario vel grisio, vel sabellina, vel escarleta. Hov. 642.

Ex lib. de Nobilitate De Noblesse de Fran: Alvette Impr. à Paris Anno 1577.

Hæc aliàs gestatio tribus interstinguitur coloribus, quam bigeream voces, quod vide in Glossario nostro.

Hæc de areis, jam de symbolis, seu tesseris.

Quamvis in propositis jam areis Symbolica ratio luculenter fulserit, desiderare tamen vides quod aream plerúnque occupat incumbens symbolum.

Est autem id figura rei alicujus, quæ etiam dempta aream integram relinquit, quod in aliis fieri non potest.

Figurarum aliæ animalium sunt, aliæ inanimatorum, aliæ vegetabilium.

Animalium figuris plus attribuunt dignitatis Bartholus, Uptonus, Leus, totáque fecialium schola, curiosiori fortè, quam oportuit subtilitate. Sed cum arearum

sectiones

sectiones ab inanimatorum figuris præcipuè deducantur, consentaneum nobis videtur, eas primitùs suggere, ut cum rerum vestigia viderimus, res etiam ipsas intueamur. Figuræ rerum inanimantium, sunt vel stationariæ vel cedentes.

De symbolis stationariis.

SYmbola stationaria, sunt quæ certam in scuto stationem habent. Cephalus, baltheus, diagonius, palus, quæ simplicibus sectionibus insident.

Crux extensior & decussis extensior, quæ mixtis integris. Fastigium quod mixtis dimidiatis.

Reperiuntur autem, quæ certam in scuto stationem obtinent, nec tamen sectionem aliquam possident, Cephalus, quadra, limbus, Pleurida.

Symbolis istis, seu tesseris spatiantibus, sua quædam competit sectio, quæ licet transversariæ rationem imitetur, sub ea tamen specie non reponitur, utpote cum crux vel limbus uti per frusta distinguitur: non partitum dicimus è transverso: sed Gallice *gobbone*, nos laciniatum.

De cephalo seu titulo.

GAlli qui originem suam, vocésque complurimas à Græcis deducunt, symbolum istud, quod in summitate scuti cernitur *chef* (hoc estcaput) vocant. Tractum suspicor à κεφαλὴ, quod idem sonat literis posterioribus fugatis. Quamobrem nos primario nomini consulentes, cephalum etiam appellamus. Areæ tertiam partem obtinere dicitur, superiorémque semper clypei regionem, quam à sede sua Cephalicam facit. Honoris & prudentiæ symbolum. Dividi nolunt, sed nec minui. Profert tamen Fernus, cephalum cephalo coronatum clypeum Galli cujusdam regiæ majestati à consiliis, quem alias unum, alias alterum consilii munus accepisse asserit. Nec minuitur superior cephalus si inferiorem respicias,

qui

qui hoc in casu areæ vicem videatur sustinere. Similitudinem præbet superioris illius partis, quam in procerum, judicum stolis capitium vocat Fortescu lib. de leg. Angl. ca. 51. pa. 123. Anglicè the cappe, atque ideo senatoriam prudentiam & dignitatem appositè denotet.

De Tænia.

Cephali sede tænia interdum cernitur, interdum cephali medium transcurrere, quartámq; ejus partem complecti. Iliacis sæculis, victoriæ honos tænia, unde Æneas apud Virgilium lib. 5. Mnesteum, Gyam & Cloanthum classico certamine victoris tæniis ornat. Ideóque apud Statium,

———vittarum provenit honos.

Corinnæ etiam apud Tanagræos effigies tænia pingitur redimita, quod ipsa Pindarum Thebis vicisset carmine: nam *victoriæ*, inquit Pausanias, *illud insigne.*

De Tramite, Baltheo, Fascia, Strophio.

Trames quia transmeat clypeum. v. Isidor. Orig. lib. 29. cap. 38.

Cum inter militaria ornamenta, nullum antiquius sit baltheo, nec clypeis usitatius, pauló fusius est de eo dicendum. Ubíque terrarum fessam audio dici, fortè à fascia ductum. Non dicam *Fessa prosissa* ut Itali loquuntur, quod aream findit, fessam tamen diminutam, fissuram vocari video etiam ab ipsis fæcialibus. Passim verò pro cingulo, zona, baltheo, intelligitur, néque aliter in ipso Austriaco clipeo, de quo dicam ut Martialis lib. 4.

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris,
Symbola Ausoniacum cingere digna latus.

Heroum ætate res magnæ æstimationis, cum ad præsidium, tum ad ornatum. Alias ilia, alias humeros obibat,

Hinc qui cingulo eximio à cæteris innotuere præstantiores habebantur milites μονοζώνοις nuncupati sunt, id est, ut inquit Suidas οἱ τίμιοι τῶν ϛρατιωτῶν.

fibulis (ſæpe aureis) poſt tergum colligatæ. Clypeum & enſē ſuſtinebat, ſed ſingularis plerúmq; ſingularē. E corio aut laminis (ne telo diſtringeretur) late compoſita. Apud poetas perquam celebris, præcipuè Homerum, qui Atridarum balthea aurea facit, Hectoris puniceum, Diomedis diſcolorem. Romanis è corio bullis diſtinet Varro.

Sed ad deferentis etiam notitiam & dignitatem, ut in veteri Epigram:

Aulica quippe comes rexi patrimonia clarus,
Et mea patricio fulſerunt cingula cultu.

Poteſtatem Flodoard. Hiſt. Remens. lib. 2. ca. 5. *Si quis in quolibet gradu, vel cingulo conſitus, aut poteſiate fultus &c.*

Belligeros notat, quorum propriè inſigne eſt, unde Alciatus *belli monumentum* vocat.

Ductores militares. *Tribunorum enim baltheis conſcriptus fuit militum numerus qui ſub ipſis ſtipendium merebant.* Alciat.

Sed & prælium inituros, quos ideo militari cingulo cingebant.

Hinc ad militiam conſcriptus miles, cinctus vocabatur abſque additione. Marcell. de Teſtam. *Titius priuſquam tribunus legionis factus eſſet, teſtamentum fecit, & poſtea cinctus, manente eodem teſiamento, diſceſſit*: quod inde introductum, quod prælium inituri præcingerentur ex Hotomanno Cal. Hinc viros bellicoſos cinctos dicunt, imbelles diſcinctos.

Equites auratos, equeſtrem ordinem. Creatus eques militari olim baltheo cingebatur, unde militari cingulo decorare, dicitur pro militem facere.

Et in creandis itáque equitibus, & Imperatores priſci, nuperioréſque Reges, balthei utebantur ſolennitate. Sic Henricus tertius Johannem de Gateſdene clericum, & multis ditatum beneficiis, ſed omnibus ante expectatum reſignatis, quaſi ſic oportuit, baltheo cinxit militari. Math. Paris in Hen. 3. Sic etiam Richardum de Clare (jam Comitem) & comites ſuos tyrones quadraginta milites

lites inſtituit. Math. Paris in Hen. 3. fol. 639.

Magnæ olim exiſtimationis, etiam & emolumenti cingulum militare fuit, non tantum ob deſignatum honorem, ſed ob privilegia quæ afferebat militaria. Qua de cauſa Imperatores Ethnici hoc Chriſtianis in perſecutione ſolebant adimere, ut apud Euſeb. lib. 8. ca. 4. & lib. 9. ca. 10. victi itáque mundana vanitate, nonnulli fidem mallent, quam dignitatem rejicere, & depoſitum, alii religionis gratia cingulum iterum ambiebant, in quos Nicæni conc. can. 12. inſtituitur. Tom. 1. 3:8.

Salisburienſis in Policratico. *Inolevit conſuetudo ſolennis, ut ea ipſa die, qua quiſque militari cingulo decoratur, eccleſiam ſolemniter adeat, gladióque ſuper altare poſito, quaſi celebri profeſſione facta, ſeipſum obſequio altaris devoveat, & gladii, id eſt officii ſui jugem Domino ſpondeat famulatum.*

Expeditos ad negotium: Auguſt. in Pſal. 92. *tum enim ſe quiſque cingit cum operaturus eſt.* Virg. lib. 1.

——————*Illi ſe prædæ accingunt.*

Et lib. 7.

Accingunt omnes operi.

Horat. 2. Serm. Satyr. ult.

————————*ut omnes*
Præcincti rectè pueri comptíque miniſtrant.

Divites, quia in zonis nummos circumtulêre. Caius Gracchus ex Sardinia rediens apud Gellium lib. 15. ca. 11. populum ſic alloquitur, *Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.*

Et in ſacra pagina, Matth. 10. *Nolite poſſidere neque aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris.* Militibus in more fuit, Porphyrio teſte, ſua omnia in zonis deferre, unde caſtrenſe proverbium, *Zonam perdidit,* in eos dictum qui nihil habent nummorum. Horatius lib. 2. Epiſt. 2.

Ibit eo quo vis qui zonam perdidit, inquit.

Oceanum. Joſephus antiquit. lib. 3.cap. 11. de zona ſummi Pontificis: *Zonæ circulus ſignificat oceanum, qui utique cuncta ſuo limbo circumdat.* Quo ſenſu fœliciſſimè accidit fæcialibus noſtris, qui clypeum nobiliſſimi equitis Franciſci Draci cum totum Oceanum circum navigaſſet) hujuſmodi ſymbolo conſignarunt.

Sed differt Baltheus à zona; nam hæc ſub veſtimentorum appellatione venit, ille inter arma cenſetur à Varrone & Lazaro Bayſio, quibus etiam adeſt illud Taciti, Manipuli quóque & gregarius miles, viatica ſua, & baltheos, phaleráſque inſignia armorum argento decora loco pecuniæ tradebant.

Hinc Ovidius veneris cingulum, quod ei inter arma eſſet, baltheum vocat,

Sume Cytheriaco medicatum nectare ceſton
Uſſit amatorem baltheus ille Jovem.

Virginitatem. In fæminarum clypeis, quibus militares virtutes aut non propriè competunt, aut cautius adſcribendæ ſunt, virginitatem notet, tractum ab antiquorum conſuetudinæ, *qui novam nuptam cingulo cinxere, quod vir in lecto ſolvebat.* Feſtus. Unde in proverbio *Zonam ſolvere*, pro virginem vitiare: quorſum & *virginitatis cingulum* dicebatur.

Id adjungam diſcolerem baltheum clypeis clericorum conjugatorum non convenire. Clericus enim conjugatus deferens zonam bicolerem perdit privilegium clericale, ex Fran. Chambon Juriſc.

Sunt autem repagula, omiſſa Verrii apud Feſtum definitione, munimina quæcúnque tranſverſaria, contra vim objecta. Anglicè *barres* vocamus. Symbolum uberrimæ ſignificationis & Horatio Coclite dignum, *qui uno ſuo pectore Hetruſcorum exercitus obſtitit, ipſóque miraculo audaciæ* (ut Livium audias) *obſtupefecit hoſtes, & Romam liberavit.*

Fortitudinem

Fortitudinem notat munimentum, obstaculum, impedimentum, nam clypeos januas, aditus clathris & repagulis firmamus contra vim, & hostium furores, juxta id Virgilii, 7. Æn. Belli templum describentis,

Centum ærei claudunt vectes, æternáq; ferri
Robora.

Viros summos designat, qui vel armis, vel consiliis tutantur rempublicam.

Metam & limites non transiliendos: ductum à loco sic repagulis occluso, ut tum homines, tum animalia coerceantur à transitu. Quo sensu per translationem legitur apud Ciceronem Act. in Verr. 7. *Perfringere omnia repagula juris, pudoris, & officii.*

De Diagonio.

Diagonius est qui ab altero angulorum per centrum porrigitur in alium; Galli *bende*, hoc est fasciam vocant, nos, diagonium, radium, & baltheum triumphalem, nuper ad ilia, nunc ad humeros aptatum perinde significata ejus plerúnque prædiximus. Quod reliquum est, victoriam innuere videtur. Nam balthea quæ victis subtraxerunt, ad humeros suos religabant victores, gloriæ & triumphi gratiâ, ut Torquatus Manlius Galli torquem. Quod à Turno factum est cum Pallanta occidisset Æn. 10. *V. Isid orig. lib. 19. ca. 33.*

——Rapiens immania pondera balthei &c.
Quo nunc Turnus ovat spolio, gaudétq; potitus.

Et post 12.

————Humero cum apparuit alto
Balteus & notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri: victum quem vulnere Turnus
Straverat, atque humeris inimicum insigne gerebat.

Nec

Nec aliter Euryalus Rhamnete cæſo Æn. 9.

Euryalus phaleris Rhamnetis & aurea bullis
Cingula——————————
Hæc rapit, atq; humeris nequidquam fortibus aptat.

Victore etiam Domino noſtro Jheſu Chriſto, cum mundum, mortem, peccatum ſubegiſſet, baltheo aureo cinctus eſt circum mamillas. Apoc. 1. 13. ubi Aretius: *Zona ſuſpenſa ad humeros, victoriæ eſt argumentum: pugnaturi enim ad lumbos adaptant enſem per zonam, poſt victoriam autem ad humeros religatur. Item in pace, ſenes ita cingebantur, quem morem noſtri etiam majores ſervarunt, & vidimus etiam in quibuſdam ſenibus hunc morem. Victori igitur Domino rectè hic ornatus tribuitur.* Hæc ille,

Quid igitur Howardiano clypeo non ſolum invicto, ſed terra maríque triumphali vel auſpicatiùs addicaretur, vel magnificentiùs. Duabus enim victoriis (ut direptam Cal aliáque taceam) tantis claret, quantis per Chriſtianum orbem alius nullus citra patrum noſtrorum memoriam. Priori, ſub Tho. Howardo D. Surriæ comite, fuſo cæſóque (Floddenſi prælio) Jacobo quarto potentiſſimo Scotorum rege, regalíſque clypei monumento (ut in perpetuum triumphum duceretur) victoris baltheo adjudicato: Poſteriori, claſſis Philippi Hiſpaniarum regis (præ aliis quas unquam ſuis undis excepit Oceanus) inſtructiſſima, ideóque cum jam Ulíſpona non ſolviſſet, editis libris Invincibilis nominata, à Carolo Howardo Archithalaſſo canitiem galea premente, victa, profligata, & maria omnia circum dijecta eſt. Adeo ut Mercurius ipſe Gallo-belgicus (quamvis Anglicanæ laudis ſatis invidus) victoriam tamen hanc non dubitavit mirabilem appellare.

Profert honoratiſſima hæc familia Ducum, Comitum, Vice-comitum, Baronum, ſummarúmque dignitatum titulis inſignis, *clypeum rubrum triumphali baltheo inter ſex cruces crucigeras, cuſpidatas, argenteas*, ut antiquè cernitur. Nuperius baltheo adeſt, quod dixi victoriæ monumentum *clypeolo aureo dimidiatus erectus leo, rubrus ore, ſagitta trajectus, duplici peribolo ejuſdem coloris, utrínq; liliato circumcluſus.*

De lateronibus ſeu feſtucis.

CLypeus argenteus, diagonius, feſtucarius (lateronibus, ſeu feſtucis cinctus) niger. Feſtuca enim virgulam ſignificat: unde Prætoris illa quæ ſervo imponebatur, qui à Domino apud prætorem manumittebatur, feſtuca dicta eſt. Et apud Aul. Gell. lib. 20. cap. 3. vis civilis, & feſtucaria dicitur: pro poteſtate prætoria vel judiciaria.

De

De Palo, Statumine, vallo, Columella.

PAlus seu vallus, & Statumen, trames est per centrum erectus, latitudinis tertiæ areæ partis, si solus reperiatur. Cippum pedamentum, columnam, columellam vocat Pancirolus, & Pierius.

Si pro Palo habeatur, à vallari corona, quam etiam castrensem vocant significata deduxeris. Castrensis est corona quâ donat eum Imperator qui primus hostium castra pugnans introivit, ea corona insigne vallum habet. Aul. Gellius lib. 5. cap. 6. Castra enim & fossarum supercilia, palis præcingere moris fuit. Quo etiam sensu defensores notet, & perinde patronos & tutores.

Sin pro columna accipiatur, stabilitatis symbolum est apud Pierium & Pancirolum, fortitudinis apud omnes.

Diminutos palos paxillos vocant, quamvis Cicero è contra palum à paxillo facit fugato X. vastiore littera. Aragoniæ clypeus aream habet octo paxillorum seu columellarum, auro & puniceo insignem, gestamen hoc palatum dicunt. *Arma*, inquit Franciscanus noster, *palata vocantur, quia aptantur ad modum pali*, ut l. pali F. de verbor. signif. & F. de l. 3. l. pali.

De Fastigio seu Tholo.

Tholus lignum cui inhæret tectum v. Not. in Var. lib. 3.

FAstigium est quasi decussis inferior medietas, cujus jugum manet in erecta per centrum linea. Plinius & Columella hujusmodi cantherium vocant & jugum. Cæsar fastigium, Uptonus signum capitale. Galli *cheuron*.

In numis ar. M Plætorii (apud Fulvium Ursinum) hoc ipsum signum bellissimè habetur, ædes significans, quas ipse sacras condiderat.

In ædificiis enim pars suprema est, & finito jam operi imponitur, unde per translationem rem perfectam notat, & omnibus suis partibus absolutam: sic in proverbio fastigium addere, & Græcis κολαφῶνα ἐπιτιθέναι.

Etiam conditionem, nomen, æstimationem, ut fastigium attollere pro augere nomen & existimationem. Nec incongruè

incongruè heraldicis notis domum & familiam depinxit, perinde rem familiarem, patrimonium, & hæreditatem antiquam, quod etiam Franciſcanum noſtrum non latuit, quem (ſi placeat) nativo cothurno prodientem pauliſper audi, ſic de ſymbolis diſputantem. *Eſt autem aliud,* inquit, *quod Laicis attribuitur, ſcilicet ſignum capitale, & tale ſignum capitale ſignificat, quod portans primo ipſa arma aſſumpſit. Et ſi filius ejus habuerit patrimonium augmentatum poſſit ſibi aſſumere aliud, ut ſequitur. Sed ſi quod aliquis dominus Eccleſiaſticus, non habens arma, ſed à rege heraldorum petens ſibi arma aſſignari, tunc poteſt ipſe rex heraldorum dare ſibi duo ſigna capitalia, vel tria ad maximum ut ſequitur. Sed patrimonium domini Eccleſiaſtici (quandocúnque fuerit) augmentatum, non tranſit ad hæredes, ſed ad ſucceſſores. Quare mortuo tali domino moriuntur & ſua inſignia. Prædictam tamen regulam intellige de armis propriis ipſorum dominorum eccleſiaſticorum. Secus eſt tamen de armis ad eccleſiam pertinentibus ſolum. Ex prædictis collige differentiam inter hæredes & ſucceſſores. Hæredes arma portantes poſſunt ſua arma majorare vel minorare, cum conſilio regis heraldorum, ſecundum quod eorum ſubſtantia creſcit, vel diminuitur, ſed ſucceſſores eadem arma portare debent, quæ à ſuis anteceſſoribus fuerunt apportata nec augmentando, nec diminuendo, ut patet in abbatibus, epiſcopis, & aliis. Et ratio eſt, quia hæredes portant arma ſuorum parentum: Epiſcopi verò & abbates portant arma ſuarum eccleſiarum. Quare dic, quod ſi hæres laicus habuerit duo ſigna capitalia in ſuis armis, cum ſubſtantia diminuta, ſeu minorata fuerit, poteſt demere unum ſignum ipſorum duorum. Non ita poteſt dominus eccleſiaſticus facere. Et è contra, ſi pater portaverit unum ſignum capitale, & poſtea hæres ejus inventus eſt pinguior in ſubſtantia & bonis quam fuit ejus pater ut per maritagium vel fortitudinem, poteſt aſſumere ſibi aliud ſignum capitale.*

Item iſta ſigna ſunt primo modo Gallicè deſcribenda, Il porte d'argent un cheuron ſablé. Alias ſic, Il port de ſabell & deux chewrons de argent, ut patet in exemplo.

Item iſta ſigna capitalia, ſunt tranſpoſita ut in exemplo, & tunc dic quod portans, aliquam perdidit ſuæ ſubſtantiæ partem, ſed tamen eſt in ſpe recuperandi ipſam partem amiſſam. Non

enim eſt id ſignum in toto demendum, ſed tranſponendum ut in exemplo. Et qui talia arma portat, ſic Gallice portat : Il porte de argent deux cheurons tranſpoſéz &c. Cave de opinione eorum qui dicunt hoc ſignum ſupradictum eſſe Salterium, Gallicè un Sawter, *quam opinionem ego non approbo, quia pro ea fundatam nullam rationem invenio.* Huc, & hæc ille. Uptonus ſymbolum hoc ab Architectoribus & fabris lignariis primo geſtum aſſerit, nuganter fortè, ut alia.



Tulêre antiquiores Hannoniæ comites *in aureo æquore tria nigra faſtigia.* Quæ cum aream in quatuor alia videantur diſtribuere, ſeptemplicem faciunt, narrantúrque ſeptem illas celebres vias demonſtrare, quæ Bavaci (Hannoniæ primariæ urbis) ſub columna lapidea initium ſumentes, recto & ſublimi tramite, in omnes Galliæ partes porriguntur. Fama eſt Bronhildum (cujus nomen retinent) eas conſtruxiſſe, quem tunc Bavacenſi agro regnaſſe ferunt, cum David Hieroſolymis. Addunt eorum memoriam procerum clypeo conſervari. Cúmque tria faſtigiorum illic imperfecta & mutila conſpiciantur, tot aiunt viarum oſtendere, propter vicinum mare imperfectas & mutilatas.

De Cruce.

Figura crucis apud Chaldæos, Arabes, Ægyptios, Græcos, (nondum crucifixo Chriſto) in honore fuit. Egyptjis inter ſacras literas ab initio religionis, & Serapidis pectori impreſſa : victoriæ & ſalutis Symbolum. Superficiei prima eſt dimenſio, eámque omnem ad angulos rectos dividit, circulum omnem & univerſum orbem

(perpetuò

(perpetuò constans & justa) in quatuor æquales partes. Cœli etiam cardines demonstrat, planetarúmque radios, ab angulis invicem projectos, qui crucem faciunt. Unde miram ei potentiam tribuunt antiqui, virtutémque è cœlestibus infusam. Hinc apud Marsilium Ficinum celebris est. Apud Cornelium Agrippam laudatissima.

Lib. de vita cælit. compar. cap. 18. *Occult philo. lib.*2.*ca.*23.

Post passionem Christianitatis Hieroglyphicum, quod ideo domibus suis primi appingunt Alexandrini: deletis jam inde Serapidis idoli thoracibus.

Militaribus signis primus hoc adjecit Constantinus Magnus, primariúmque fecit, cum victoriam ei portendisset, ut in labaro diximus. Præterea militum arma crucis symbolo signavit, ut paulatim ad veri Dei cognitionem & cultum hac ratione deduceret. Euseb. lib. 4. in vita Constantini.

Zonoras Annal. lib. 3. *in vestibulo f.*83.

Deinde Theodosianis clypeis frequens fuit, postea ubique familiare. Præcipuè flagrante jam bello contra Saracenos fidei propugnatores (cum crucis defensionem susceperint) crucibus passim insigniuntur. Talem vides Eustachii clypeum apud Nicetam Choniat. Et apud Hovedenum in An. 1188. Rex Franciæ & gens sua susceperunt cruces rubeas: Rex Angliæ & gens sua cruces albas, & Philippus comes Flandriæ cum gente sua cruces virides. Perpendendum censeo istum Hovedeni locum, ne de coloribus crucium inverso forsan dicatur ordine. Notissimum enim est, crucem rubram Anglorum ab antiquo gestamen fuisse: nec non & Francorum candidam, ut apud Gaguinum bellè liqueat. *Ad hunc*, inquit, *modum Bajona Caroli* (*vij.*) *ditioni & potestati restituta est. Die vero insequenti, oriente sole, sereno cælo, crux candida in cœlo visa apparuit, quam & Francus, Anglúsque palam conspexit. Quo cœlesti signo arbitrati cives se divinitùs admonitos, Carolo parere mox, Angli Regis insignibus abjectis, candida se cruce* (ut Francis mos est) *ornaverunt.*

*Lib.*10.*p*4.246 *&* 247.

Eadémque ratione Hierosolymitanæ militiæ ordines (quos canonicos sepulcri dominici vocant, Johannidas (postea Rhodios dictos) Templarios & Teutonicos) id sibi insignium ascifcunt, noménque inde Cruciferorum. Quorum quidem potentia & rogationibus factum est, ut

figura crucis non ſolum in Hieroſolymitano vexillo depicta, ſed alubi etiam erecta, uberrimis privilegiis donaretur, fierétq; confugientibus azylum.

Hi etiam qui in militiam terræ ſanctæ diſceſſuri erant, cruces plerúnque voti ſymbolum ſuſcipiebant, unde & crucis candidati appellantur. Hoc de more aliarum gentium Angli ſtudioſi factitabant ſub expeditione Richardi primi Ptolemaidem (quam Acam vocant) anno circiter gratiæ   Quo fit, ut ex multiplici crucis geſtamine, multiplices etiam crucis formulæ ad geſtantium diſcrimina naſcerentur.

Harum Franciſcanus noſter prò ſua ætate duodecim inveniri ait. Crux plana (quam ante expreſſimus, Ingradata, Truncata, Patens, Figitiva, Cruciata, Molendinaris, Florida, Nodulata, Florida patens, Florida nodulata, & Duplopartita. Quibus enumeratis & deſcriptis, ſubjungit illico (ut ſuis utar verbis.) *Nota*, inquit, *quod iſtæ cruces non ſunt propriè ſigna, ſed ſunt differentiæ ſignorum. Quare dic, quod rex heraldorum videns aliquem cupientem habere arma, ignorans aliquam bonam vel malam conditionem in eo vel proprietatem, debet aſſignare illi aliquam de crucibus ſupradictis; quia crucem portare, ſignificat portantem non habere aliquam cauſam vel conditionem, ſecundum quam poſſunt arma ſibi aſſignari, ſed ſignificat hominem brutalem.* Hæc ille.

Radulphus de Habſpurge (qui imperium iniit Anno 1273.) *pour defendre la Hungarie, la Syrie* (voluit dixiſſe Styria) *& la Carinthe contre les armes des Turcs, inſtitua l'ordre de S^t. George &c.* permiſitque ordinis collegis *la Croix rouge de S^t. George dans les Armoiries de leur maiſons. Autheur des Eſtats du Monde.* Edit. Paris 1464.

In bello ſacro Rex Franciæ & ſui, cruce rubra uſi ſunt. Rex Angl. & ſui alba. Flandriæ Comes & ſui viridi. Hollins. An. 1188. Hen. 2. 34. ag. 111. col. 6.

Crux geſtatoria, vel cuſpidata, nigra in clypeo argenteo. Hujuſmodi crucem & manu geſtare, & terra infigere (ubi reverentiam loco cupiebant inferre) moris fuit. Nigra

Nigra autem luctum significat. Unde in majoribus Litaniis cruces nigræ vestibus induebantur, & spectaculum ipsum, *cruces nigræ*, dictum fuit.

Hujusmodi ferunt in manu Itali, qui petitionem aliquam profitentur.

.Crux crucifera ⊙ in Ariopago. Hujusmodi crucem descriptam reperi in sypho deaurato, quo Witlasius Rex Marciorum Croilandensem ecclesiam donavit.

Crux Sicula nigra in area aurea. Siculam voco, quia Willielmus Rex Siciliæ, suæ hanc ascripsit gestationi. In sigillo enim ejus chartæ appensa, quam fecit Johannæ filiæ Henrici secundi Regis Angliæ Anno 1177. hæc in area altera exhibetur: capiti super scriptum habens titulum Regis viz. *Divina favente clementia, Willielmus Rex Siciliæ, & Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ.* A lateribus verò: Hoc signum sibi præferri à vexillifero facit cum ad bellum aliquod procedit. Radius infimus cæteris est extensior, cui cuspis etiam adjungitur, qua vel in terra figatur, vel manubrii vice commodiùs elevetur. v. Hov. 553.

Crucem hanc quam floridam vocant, in clypeo videas Majoriani Augusti numis descriptam annum circiter 325. hac scilicet forma.

Ante medium autem regni Henrici Septimi sic excreverat crucium numerus, ut Juliana Barnes quæ sub eodem sæculo scripsisse videtur, negat se posse finitum ponere. Multásque cum recitaverit, quarum aliæ inter superiores non veniunt, eas hic etiam adjecisse non dedignabimur.

Vid. num. supra pag. 20.

1. Pluries

1. Pluries reperitur ista crux cum in numis aureis tum in argenteis Heracliorum Impp. septimo post Christum ævo, alias eorum verticibus inhærens, alias orbi quem in dextra utérque sustinet. Hanc & alias crucis formas in numis expressit Heraclius, quia Sanctam Crucem à Persis sub Costiroe asportatam summa cum victoria retulisset.

2. Crux aurei & aerei coloris intorta. Tale gerebat sceptrum Magnus Heteriarcha. Cod. imp. 20.

3. Crux molaris, seu bicornis potius, quæ & tricornis fortè alias fiat. Crux camura, runcata vel averrunca.

Baron. An 627 nu. 29. è Lælio Pasquat.

4. Habetur Crux ista in numis aureis Heracliorum patris & filii Impp. latus alterum, absque omni alio emblemate, totum occupans cum circumscriptione VICTORIAM AUGUSTORUM.

5. Habetur & crux ista in argenteo numo Heracleorum Impp.

Bar. An. 627. nu 9 è Lælio Pasquat.

6. Habetur & crux ista in argenteo numo Heracleorum Impp. super orbe & tribus gradibus, ut hîc vides posita cum Epigrapho DEUS ADJUTA ROMANOS.

Ibid.

Habetur & in vertice utriúsque eorum crux istiusmodi simplex cum intermedia alia paulò superiori.

7. Hoc crucis & alia hujusmodi, videntur sumpsisse originem è numis antiquis in quibus crucis brachia in altera parte denarii, eósque ad limbum ejus duplica extenderentur, ut quadrifariam dividi posset competenter hoc modo. Vide Matth. Westm. in anno 1248. p. 231.

8. Scutum aureum crux etiam linearis est rubro fatiscens. Portat, inquit Juliana nostra, unam crucem floridam patentem umbratam perforatam cum rubro, in campo aureo, perforationémq; hanc miram vocat.

9. Addam (quæ demum apud Leum reperitur) crucis formam quam à similitudine petasatam dicamus, quod ejus radii petasis videantur induti, ut turres, quas inde petasatas vocant.

Nota etiam antiqua est, quàm Godfredo Bollonio primo Hierosolymitano regi adscribunt crux crucigera crucibus onusta, eámque à loco Hierosolymitanam nuncupant, aureáq; cernitur in argenteo spatio.

Sunt


Sunt insuper aliæ multæ crucium species, sed cum à memoratis cultu potius differant quam forma, ut tessellatæ variegatæq; & hujusmodi, inter genera non recenseo.

Tria autem crucibus contingunt, etiam solis, sed non singula singulis. Cuspis, terebratio, hiatus.

Cuspis est cum inferior radius in acumen porrigitur.

Terebratio, quando crux in centro perforatur.

Hiatus cum radii crucis fatiscunt.



1. Quæri potest an decussis veniat sub crucis appellatione, cum machina dicatur venatoria qua olim in theriotrophiis prædabantur feræ, saltatorium nuncupata, quod saltuariis in usu fuit: quos igitur notare alias volunt, etiam venatores & qui insidias struunt. Cúmque captivè detineretur quicquid animalium in hanc incideret (à similitudine) tenaces & avaros homines quidam per eam intelligunt, ex Uptoni & Julianæ sententia, licet alioquin ab ipsis munificentissimis nobilibus fateantur gestari. Clypeúmque ita signatum detulisse ferunt Carolum magnum (cum titulo ducis) Archiepiscopo Lingonensi, fortè ut animarum præsul venator foret, sicut Petrus hominum piscator.

Sed & crux etiam Andreana nuncupatur. Ideóque cum Philippus Dux Burgundiæ anno 1429. equites velleris aurei instituisset sub patrocinio D. Andreæ: hoc (ut præsidis symbolo) usus est, Crux decussata rubra in vexillo. de quo Paradinus: *Hujus*, inquit, *symboli descriptio, ad Sancti Andreæ quam dicunt crucem pertinet, qua & domus Burgundica signis militaribus prodiens, solebat* *Vide Paradin. p.81.*

in

in aciem venire, tametsi interpretationem non per omnia similem recipiat.


2. Quarta, vel quaternio est pars una areæ quadrifidæ majoribus nobilibus (si Leum sequar) ob virtutem concessa, ut vexilli quadratum, de qua priùs, clypeóque nunc à dextris sedet, nunc à sinistris. Quartam dicimus ab Astrologis ductam, qui cæleste schema in quartas dividunt.

3. Diminuta quarta, restat angulus minori nobilitati simile præmium. Sed antiq; vidimus clypeis adhiberi solum ut diversos faciat ab aliorum gestamine, nec Baronum incognitus, ut Zoucheorum demonstrat.

4. Pleurida seu sinus sunt tanquam circuli portiones, scuti latera pro cordis habentes. Quidam per hæc turres in urbium muris eminentiores intelligunt, nos oras anteriores civilis togæ, vel militaris tunicæ. Leus ait symbolum hoc à Rege dari virtutis & eruditionis munus, præcipuè legationem obeuntibus. Dicatur antisigma. Isidoro uteres Arcuatæ. Hujusmodi lineæ crebræ sunt in clypeis Teutonicis. Animi candorem notant, ut excussus sinus apud Herodian. in Severo pag. 233.

De his quæ accidunt Stationariis.

STationariis accidunt variæ laterum incisiones : fluctuatio, undulatio, dentatio, denticulatio, imbricatio, verruculatio, pinnatio, &c.



1. Dentatio

1. Dentatio, cùm tribus tantum dentibus afficitur.

2. Denticulatio quum pluribus.

3. Fluctuatio cum fluctuum imitatur vacillationem.

4. Undulatio cum undam exprimat profluentem & refluentem.

5. Imbricatio quod imbricarum & canalium reddit ſimilitudinem, ut apud Dionem in Macrino: ἀσπίδας τὰς σωληνοειδεῖς, id eſt, *canaliculatos clypeos.*

6. Verruculatum vel tuberum & tuberculatum quod verruculis aut tuberculis conſitum.

7. Pinnatum ſeu murale.

8. Rudis, id eſt virga impolita, qua olim pugnabant gladiatores; & Sexagenarii emergentes eadem à prætore donabantur, ut ipſo hoc inſigni, liberi dinoſcerentur à gladiaturæ exercitiis. Vide Lamprid. in Commodo; & Hieronym. Tom. 1. p. 90. C. & Eraſ. in Not. ubi & rudicula.

De inſcicionibus.

AFficiuntur ſæpiſſimè partitiones & muta ſymbola plurimis inſcicionibus, quarum aliæ ad partiones ſolummodo, aliæ ad ſymbola, aliæ ad utráque pertinent, Ad partitiones antíque multæ: inprimis verò ut dentatæ fierent. Induxit novitatis ſtudium omnes quas ſuſcipere ſymbola, vel præterea excogitari poſſunt. Imbricata, filicata, flexuoſa vel ſinuoſa, undulata, nebuloſa, Taumales.

De limbo seu orario.

LImbus, inquit Servius, *fascia est, quæ ambit extremitatem vestium secundum antiquum ritum, ut lib.* 5. *Æn.p.* 914.

Victori & chlamidem auratam, qua plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibæa cucurrit.

Et Ovid,

—————————quam limbus obibat
Aureus—————————

Theodosianis clypeis usitatissimus, ubi Pancirolus plerúnque exponit pro orbe Romano, interdum pro unitate, stabilitate, & perpetuitate.

Nostri autem majores hoc solummodo ad distinguendum clypeos, fratres, familias, utebantur, non ad insigniendum, eúmque morem nos etiam approbamus, sed vix retinemus.

Orarium dicitur limbus qui apponitur oræ, id est, margini & extremitati alicujus vestimenti, causa ornatus.

2. Peribolus sepimentum est à scuti margine (cui æqualiter distat) circumductum, munimen auxiliúmq; significans. Nunc simplex, alias duplex, quandóq; triplex.

In clypeo Scotorum Regum duplex est, & liliis utrobíque consutus, in memoriam antiquissimi fœderis inter Carolum Magnum & Achaium regem contra Anglos sanciti. Fama est, ni imponit mihi Scotorum βυχανίστης Buchananus, Achaium ipsum clypeo ascripsisse, ut innueret Leonem suum, jam inde liliorum ope (hoc est Scotiæ regnum, Gallorum subsidio) intus forísque munitum iri defensúmque.

3. Sic in sigillo Adami de S. Phileberto Dat. an. 134.


4. Sublica instar est pali pessum decrescentis in cuspidem terra infigitur contra vim alluvionis, & ad structurarum fundamina suffulcienda.

Agriculturam

Agriculturam notat, & qui hoſtiles furores, graviſſimáſque provincias validè ſuſtinet. Talis verè is fuit qui clypeum hunc geſtavit, vir pugnaciſſimus Joannes Chandos Periſcelidis eques primarius, Gallíſq; propter ſummam virtutem ſub. Ed. 3. bellator notiſſimus.

Franciſcanus noſter eam, ait, laborem ſignificare, geſtantémq; rem ſuam ſolo labore conſecutum.

Pyra victoriæ ſignum. Procop. Vand. 2. c. 1. in fine p. 212.



De Nodo, vinculo ſeu laqueo.

NOdus apud Græcos in honore & religione fuit propter celebrem illum Herculanum, per quem arctiſſimum vinculum, & rem indiſſolubilem intellexerunt. Hinc novæ nuptæ (authore Feſto) cingulum boni ominis cauſa vinciebatur, ut nuptias eas fœcundas fore & indiſſolubiles ſignificarent. Et Athenæus lib. 11. tradit Heracliotas Beotiæ gentem hoc inſigni à cæteris diſtingui ὅτι ἔπεσιν ἐπὶ τ̃ ὦτων αὐτὸς ὁ λεγόμενος ἡράκλειος δεσμός· id eſt, *quod ſuper aures geſtent vinculum quod Herculanum dicitur.*

2. Habetur nodus in hunc modum ex loris formatus in clypeo Vindicum auxiliaris legionis ſub altero magiſtro militum in Oriente. Notit. p. 31. b, utriúſq; principis conjunctionem inſinuans.

3. Cancellos voco cum virgulæ plures in modum nodi, vel tranſennæ implicentur, qualibus ſæpe in caſtrorum

 ædifi-

ædificiorúmque portis ſeu feneſtris aër & aſpectus admittitur, exitus prohibetur. Hinc *cancellos alicui circumdare* apud Ciceronem & antiquos dicitur, pro anguſtis limitibus aliquem circumſcribere. Nec malè quidem pro captivum facere. Ea enim ratione, cum Gallus quidam Gundemarum ultimum Burgundiæ regem in prælio cepiſſet, felem (inſigne regale) in clypeo ſuo cancellis aiunt occuluiſſe, ut hoc commento captivum regem innueret, factíq; monumentum poſteris relinqueret. Nec ab re eſt Tamerlani factum, qui devictum, Bajacetum cancellis circumtulit interclufum.

De Symbolorum ſtationariorum & præcedentium affectibus.

CUm frequens jam eſſet Symbolorum Stationariorum geſtatio, creviſſentque in dies geſtantium familiæ clientes & multitudo, neceſſitas exegit ut his ipſis ſymbolis, aſcriptitia etiam ſymbola varietatéſque adderentur. Quo fit ut quod pater, & patronus purum geſtabant, minores filii, clientéſque ſignatum detulere, feris, avibus, heraldicíſque ſignaculis. Exemplum habes in aliorúmque proſapiis ante ætatem Edwardi tertii. Quin & ipſis præterea Symbolis varietatem imponunt, his inſciſis, illis ſinuatis: necdum contenti, colores demum invertunt, & tranſmutant, & tanquam per buccellas diſponunt.

De Symbolorum inciſionibus.

INciſiones tantum margines ſymboli afficiunt, & earum aliæ pervetuſtæ ſunt, aliæ mediocris ævi, quædam novæ.

Vetuſtiores ſunt imbricatæ, dentatæ, denticulatæ.
Subſequentes detruncatæ, pinnatæ.
Nuperiores ebullitæ.
Sunt & aliæ ſpecies quas tu iſtis inſeras.

De

De cultu ſinuato.


SInuatus cultus videtur corpus ſymboli afficere, quin & motum præ ſe ferre: hic marinorum fluctuum, ille fluviorum.


De Symbolis tranſmutatis.

COlorum in Symbolis tranſmutatio, ætatem Richardi ſecundi parum ſuperat. Unde & tecum naſci Galfride Chaucer hæc tua videatur geſtatio; ſed illuſtris interim te latore. Qui triumphatis orbis noſtri poetis, triumphali baltheo merito es inſignis.

De Symbolis ſegmentatis.

SYmbola etiam tanquam ſegmenta & fruſta diſſecant. Heraldis *gobbonie*, id eſt, ſegmentatio.





Haſtingiorum illuſtrium procerum juvenile ſymbolum vides, Cocciniam, Manicham In Aureo Æquore. Obſoletam planè, quam clypei author cum olim in amore eſſet

esset ut atrocius vindicaretur in hostem, dominæ gratia protulisse fertur in aciem. Nam ut ait Ovidus,

Nobilitas sub amore jacet.

Et alibi

——Nec turpe marito est
Aspera pro charo bella tulisse thoro.

In Ric. II. pa. 467. Hæc ipsa insignia gestari asserit Franc. Thinnus è veterrimis monumentis ab Hastingorum antecessore, cum in Angliam Normanni penetrassent nondum. Sed hæc anilia.

Manicas ad cubitum dependentes, ecclesiasticis prohibuit Concilium generale Constantinens. sessione 43. An. 1418.

Cic. Orat. 2. in Catilin. Romæ autem & omni Latio manicha inderora fuit, & barbariei nota, ex quo id Virgilii per probrum,

Et tunicæ manichas, & habent redimicula mitræ.

Romani enim tunicas circa humerum desinentes induebant: Barbari & luxuriosi juvenes manicatas.

Manicæ formam ex vetustis sigillis & monumentis restauravimus.

Bulga (quæ dicitur aquaria) antiquissimè extat in clypeo familiæ de Bourchier (quam Boursor & Bousor vocant) titulo Bathoniæ comitum illustris. Cúmque *bourse* marsupium vel bulgam sonat, *bousor* eum qui id provinciæ, hoc est rem pecunariam administrat, factus de nomine videtur clypeus, ut Castiliæ Regis, qui castello consignatur; Granatæ qui malis quæ Granata appellamus. Hæc & uteres dicas.

De

De clavis, bullis, pilis, punctis, petaliis.

CLavis, bullis, umbonibus clypeos & arma omnis ætas ornavit, rotundis, ſtellatis, rhombilatis, aureis, quæ in noſtris fortè ſcutis etiam nunc retinentur ſub pilarum, pentalphæ, & hujuſmodi ſpeciebus. Homerus dum Agamemnonem ornat οἱ ἧλοι, inquit, χρύσειοι πάμφαινον· *clavi aurei relucebant*, & Virgilius, *Flo. Wigor. an. 696. petallis.*

——*aurea bullis cingula.*

Et

Stellatis cingula bullis.

Iſidorus tamen *Bullæ*, inquit, *quod ſimiles ſint rotunditate bullis quæ in aqua vento inflantur.* Cicero indicium & inſigne fortunæ vocat. Quid aliud globulus & pila Romæ inter inſignia? *Pila*, inquit etiam Iſidorus, *in ſigna conſtituiſſe Auguſtus propter nationes ſibi in toto orbe ſubjectas, ut magis figuram orbis oſtenderet.* Ergo rectè Pierius & Pancirolus, qui pilas ſeu orbes in Theodoſianis geſtaminibus frequentes (cujuſcúnque ſint coloris) pro orbe & imperio Romano exponunt. Sed quid Edwino noſtro Northumbriæ regi Angli—ſaxoni cum imperio Romano? Is enim pilam (nam ſic Tufam interpretatur linx ille Lipſius) inſigne habuit, certè hoc, ut ex Beda colligas pacis ſymbolum. *Tantum*, inquit, *excellentiæ* habet (*Edwinus*) *ut non ſolum in pugna ante illum vexilla geſtarentur, ſed & tempore pacis equitantem inter civitates ſive villas aut provincias cum miniſtris ſemper antecedere ſignifer conſueviſſet. Nec non & incedente illo ubilibet per plateas illud genus vexilli, quod Romani Tufam, Angli verò appellant Thuuf, ante eum ferri ſolebat.* *Milit. Rom. lib. 4. dia. 5. Eccleſiaſt. hiſtor lib. 2. cap. 17.*

Globulos autem hos cujúſque coloris, præter aurei, Heraldi antiqui *pellots* hoc eſt pilas vocarunt, alias à rotunditate *rondels*, id eſt, orbes. *Nota*, inquit Franciſcanus, *quod cujuſcúnque coloris ſint, ſi non aureæ, pilæ ſunt.* Recentior autem ætas pro colorum varietate etiam nomina variavit.

Pila

Pila aurea (præſtantiæ & victoriæ præmium) *un beſant* vocant, quod Leus antiquos ſecutus talentum explanat valoris 3750. librarum Anglicarum. Revera autem numus eſt antiquus Gallicanus etiam Byzantius dictus, ducato tantum quem vocant æſtimatus.

Conſtantinopolis primùm Byzantium dicta. Formam antiqui vocabuli præferunt Imperatorii nummi Bizantini vocati. W. Malm. lib. 4. f. 76. li. 46.

Indigenæ pacem Turcorum tribus annuis talentis vel Byzantinis redimebant. Ibid. 97. l. 50.

Macrob.lib.1. cap.6.p.253. Tarquinius Priſcus filium ſuum quatuordecim annos natum, quod in Sabinorum bello hoſtem manu percuſſerat, bulla aurea, prætextáque donavit, inſigniens puerum ultra annos fortem, præmiis virilitatis & honoris. Nam ſicut prætexta Magiſtratuum, ita bulla erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis quæ crederent adverſus invidiam valentiſſima.

Chryſoclavus, qui aureis clavis interſtinctus eſt, al. auroclavus, & auroclavatus. v. χρυζοκλάβιον Græcobar.

Victoriam, triumphum & ſupra invidiam (ut hic parte altera in bulla regis Tarquinii) Et reſpexiſſe quidem videatur Salvator noſter, cui nihil incognitum, antiquum gentilium morem cum Apocalipſeων 2. 17. dixerit, *Vincenti dabo calculum album.* Ubi in notis addidere ipſi Genevenſes, *Talis calculus ſeu lapillus dari ſolebat victoriam laudemve obtinentibus in honoris indicium*, &c.

Pila alba, faba alba, & calculus albus rem approbatam & laudabilem indicabant. Ductum à Græcis, qui calculis olim ſuffragia ferentes albis abſolvebant, nigris damnabant. Ovid. Metam. lib. 15.

Mos erat antiquis niveis, atríſq; lapillis,
His damnare reos, illis abſolvere culpâ &c.

Ideòque fœlices dies cretâ aut candido calculo ſignare moris fuit. Perſius,

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.

Huc

Huc attinet *alba faba & unione ſignare*, pro *rem approbatam & fœlicem notare*. Ex Eraſ.

In Agamemnonis clypeo apud Homerum viginti albi umbones ponuntur in media nigra Gorgon Δειμὸς τε φόβος τε, inquit, *Terrórq; Timórque*. Illiad.11.

Græci fabas in ducendis ſortibus adhibuerunt, ut cui alba obtigit honoris beneficium à ſorte accepit: cui nigra repudii notam. Plutar. in Pericle. & Sigo. p. 491. & 492. *Oſtendit Senatum quingentorum Athenis ita lectum* v. pag. 191. l. 53.

Pila, vel umbo niger, infauſtum, infortunium, necem minatur, quem ideo Homerus Gorgoni ſedem (ut jam diximus) elegit. Glandem nunc aiunt exprimere, quæ à ſclopis & tormentis ejicitur in hoſtem Anglicè **a bullet**. Sed in armis antiquior eſt, quam inter arma illæ machinæ. Poeta lib. 7.

——————pars maxima glandes
Lucentis plumbi ſpargit, pars ſpicula geſtat.

Purpurea pila viros egregios & Senatores notat, qui Romæ purpureo clavo veſtibus inſito decernebantur. Senatores & patricii latioribus, equites anguſtis; de prioribus Mantuanus,

Quos operit latus fulgenti murice clavus.

Leus per orbes purpureos vulnera deſignat.

Pilam rubram circa ætatem Henrici ſexti, Gallicè *un torteau*, hoc eſt libum ſeu placentum vocarunt, reíque frumentariæ copiam ſignificare aiunt. Sed quid rubeus color flavæ Cereri? reſpondent in pane repertas fuiſſe aliquando ſanguineas guttas. Ita Alexandro in oppugnatione Tyri accidiſſe Curtius teſtatur, ſed cur nos amplectimur non intelligo. Suum hoc Heraldis ænigma mitto. In antiquis autem ſcutorum enunciationibus *rondells de gules* hoc eſt *orbes rubri* dicebantur. Lipſius Tufas illas hoc eſt, pilas (quas Romanis inter ſigna militaria & Edwino noſtro prælatas jam diximus) puniceas fuiſſe confitetur. Milit. Róm. lib. 4. dial. 9.

tetur. Sed fortè hæ pilæ inde rubræ in armis deportantur, quia in obsidione urbis Parisiacæ, refert Abbo, panes sanguineum accepisse colorem pag. 477.

Pilarum formâ fontes gestantur, semper albi undulatis lineolis transcripti, quos Franciscanus prudentiam interpretatur, nos copiam & ubertatem. In clypeo baronum de Sturton qui niger est, bis conspiciuntur diagonio aureo interjecto. Sed inde factum (narrat Camdenus) quod Sture flumen (unde sibi nomen adsciverunt) è sex fontibus ebulliens, sedem suam præterlabitur. Sic dux ille Numidiæ apud Lucanum, cum ad Bragada flumen oriundus esset,

--- - -------- cœlatus Bragada parma.

Pilas cyaneas, plagas, & vibices virides, poma aiunt significare. Cyaneæ verò (id est lividæ) & purpureæ in militiam notent ascriptum. In manu enim sicuti & brachio tyrones ita olim signabant, ut militiam deserentes noscerentur. Sic Turci hodie captivos Christianos.

Vide Stewech. pag. 96.

Annulus amoris integritatem & diuturnitatem indicat, fidem etiam (ex Pierii sententia) hominis ingenui. Aureum olim equitum insigne quibus auratorum nomen fuit, nondum in usu cinguli solemnitate, nec (quæ subinde succedunt) auratis calcaribus. Sed ideo datus (ut nobilitatis symbolum) equitem à plebeio designaret.

Ros. 32.

¶. Appianus χυσοφορῶσι &c. *Aureos ferunt annulos inter militantes Tribuni, cum inferiores ferreos gestant.*

¶. Maculæ seu apsides (ut in arearum distinctionibus diximus) retium foramina exprimunt, ideóque Anglis *mascles* appellantur, plerúnq; confossæ, non solidæ, sed rectangulis semper gaudentes. Ingenii & insidiarum notæ. Pari pene formâ spintera gestantur rhombulata fidelitatis indicium, & fidæ custodiæ. Leus ait, *fidelis servitii.* Jernegamiorum clypeus est familiæ equestris & spectabilis, nempe *argenteus, tribus spinteribus rhombulatis rubris.*

Rhombulos planè ostendit Scytharum clypeus, qui sub magistro militum in oriente merebant. Eósque Pancirolus minacem ferri aciem exprimere ait, & plumbatas seu marti-

martiobarbulos (ut peregrino vocabulo dixerunt veteres) fuisse existimat, quibus ea legio pugnabat: de quo genere telorum latè Vegetius differit. *Innumeræ*, inquit, *apud Esculum prope Truentum fluvium hujusmodi plumbatæ hac forma oblongæ reperiuntur, & quandóque literis incisæ, quas apud me habeo.* Et alubi. *Plumbatarum exercitatio quas Martiobarbulas vocant, tradenda est junioribus.* Lib.1.ca.17.

Productiorem rhombulum Galli fusum vocant, aliis pro licitario, aliis pro instrumento molendinari accipientibus. Nos inter martiobarbulos, vel bipennes militares reponeremus, ne per ludibrium dicatur bellicosissimis heroibus, symbolum hoc antiquissimè gestantibus, ut Latreus apud Ovid. Meta. 12.

———————————colúmque,
I, cape cum calathis, & stamina pollice torque:
Bella relínque viris.

Cum itáque Pheretina Arcesilai mater ab Evelthonte Salaminis rege egregia multa obtinens, exercitum quóque flagitasset, misso ei fuso aureo atque colo, *Talibus*, inquit, *muneribus non exercitu donandæ fæminæ.* In virorum tamen clypeis fuisse rectè inducantur, id significaturi, Quod latoris hæreditas sexu caruit fæmineo, unde Anglorum ad fusum à lancea. Quod vide Linden. Hered.in Mel. P.

Antiquis autem temporibus ipsæ Reginæ fusis usæ sunt, unde in proverbio apud Gallos *Au temps passe Berthe filoit.* Erat ipsa regina illustris, quæ ut cæteræ fæminæ nobilissimæ eo ævo huic se dabant artificio, unde hodie omnes fæminæ *Spinsters* dictæ sunt. v. *Berthe* in Dic. Gal. A viris autem militaribus suscepta videtur hæc gestatio, ut tela quibus utebantur dominæ suæ honorem adderent: ex quo & Hercules colo & fuso indulgens, dicitur Ovid. Ep.

Ante pedes dominæ pertimuisse minas.

Sed per fusum placuit etiam fatalem necessitatem intellexisse, quod Parcarum insigne esset.

Post quintam generationem filia in hereditatem succedat, L.Ang.cap.6. § 8.

 cedat,

cedat, & tunc domus hæreditas ad fusum à lancea transeat.

Herod. Melp. lib. 4. pa. 271.

Evelthon Salaminis regulus, Pheretinæ fœminæ exercitum petenti, colum mittit, & fusum aureum dicens, *talibus rebus donari fœminas, non exercitu.*

Penticonum maculam vocant Heraldi eúmque pro gutta sumunt instar stellæ dispersæ, uti Ovid. Met. 5.

——— ——variis stellatus corpora guttis.

Salutis symbolum Piercius lib. 47. cap. 31. *Antiochum ferunt cognomento Soterem, antiquum illum à quo reliqui Syriæ reges Antiochi dicebantur, cum adversus Galathas acie decertaturus esset, per nocturnam imaginem vidisse Alexandrum, mandaret ut militibus tesseram daret* ὑγιαίνειν. *Cujus dicti hieroglyphicum jam olim ad inventum erat triplex triangulus inter se complicitus, ex quinque paribus lineis sese invicem in puncto contingentibus. Quo non cunctanter à se facto pentagrammóq; hujusmodi tum in vexillis imposito tùm & singulis, & reliquis militaribus indumentis superaddito assutóque mirabilem mox est à Galatis victoriam consecutus. Antiochi porrò numus argenteus passim habetur, istius rei memoria sempiterna, quo nota ea impressa est, additis singulis per angulorum intervalla literis: hæc ille.*

De Guttis.

Guttæ antiquè non reperiuntur in insignibus, usitatiores videmus rubras indicaturas cædem, & sanguinem, juxta Senecæ illud, *Et signa cædis veste maculosa gerit.* Sic Coloniæ civitas in scuto argenteo 11. guttas sanguineas

Tom. 10. 1. 458. b. 7.

præter tres regum coronas habet ad martyrium 11000. virginum patronarum suarum celebrandum.

Et Galli antiqui *spolia sanguine polluta, famulis velut in triumpho præferenda tradebant*, &c. Dio. Sicul. p. 306. in calce.

De Carbunculo.

REperitur carbunculus in ſcuto Caroli magni in hiſt. Ducum Lothoringiæ quem an. à Saraceno ſubtraxiſſet carbunculum Rex Navarræ,nam inde prima videtur ejuſdem geſtatio. Item illic in clypeo Caroli aquila biceps cum liligera aurea palatini adjuncta.

Anno Domini 1306. in coronatione Clementis Papæ, ruinâ muri Johannes Dux Britanniæ oppreſſus moritur cum pleríſque aliis, Phil. rex Fran. debilitatus eſt: ex tiara carbunculum Pontifex perdidit precii aureorum ſex millium. Plat. Æmil. lib. 1.

De Animalibus.

CUm de animalium natura, fuſiùs ubíque ſcribatur à philoſophis, luculenter de ſenſu ſymbolico apud Pierium: nos ea demum leviter perſtringamus, præſertim quia ad unum eundémq; finem pleráq; conducunt, nempe ut ardorem bellicum, vim & cædem, dura & funeſta omnia machinentur. *Juſti enim appellationem*, inquit Plutarchus, *nemo regum & tyrannorum ſeu potentum ambivit, ſed Expugnatores, Fulminatores, victores, nonnulli Aquilæ dici & Accipitres voluere, à violentia & potentia, ſcilicet, quam à virtute laudem potius aucupantes.* In Ariſtide. *Sed decet*, ait Pauſanias, *bellatorem hominem, in conflictu adverſus hoſtem, omni poſthabita manſuetudine atque clementiâ ſævire.* Lacedemonii ideo Martem θηριωτὴν appellavere, eóque ſpectare Homericum illud ait de Achille dictum λέοντος ἄγριος οἶδεν. Nunc autem de quadrupedibus, primúmque de leone.

De

De Leone.

Lib.2.Cos.

LEonis geſtatio per omnem ætatem, hæroicam, Theodoſianam, & ſubſequentem in uſu fuit. Creviſſe autem præcipuè videtur circa annum Chriſti 1177. quo tempore *Belgarum principes* (Munſtero teſte) *parantes novam expeditionem in Syriam, aſſumpſerunt variorum colorum leones, relictis, veteribus inſignibus.*

Magnanimitatem, (qua maximè pollet) deſignat nunc animi & corporis vires, nunc hominem terrificum, & qui alios tanquam aſpectu conſternat.

Et ejuſmodi ſignum in Simandii Ægyptiorum regis nominatiſſimi ſepulchro ſpectari ſolitum authores tradunt, quem leonis ſpecie figuratum, hoſtes in fugam vertere vidiſſes: ut ex eo animum & robur & vigilantiam regis perſpicere liceret.

Quin etiam alias obſequium in parentes, dominatorem, caſtigatorem, vindicem, aliáque nonnulla, quorum omnium rationem apud Pierium habeas.

In Hiberorum Thracúmque clypeis (qui ſub magiſtris militum in oriente militabant) Pancirolus hunc pro principe Romano exponit, nec id malè, cùm rex ſit animalium.

Horat.Ar. Poet. rapidoſque leones, *nos (quaſi ad prædam) exultantem.*

Leonum multiplex eſt in ſcutis ſitus, erectus quem rapacem, rapidum, & rabioſum vocant, nos exultantem, inclinatus, quem ſalientem, gradarius, ſtationarius, diſcumbens & hujuſmodi.

Hollandiæ comes chriſaſpis leonem gerit erectum Zebellinum. Hunc & rabioſum vocant, quod jam in pugna vel in præda.

Salientem vocant cum inclinatior leo ſiniſtrum pedem ad dextrum ſcuti cornu attollet.

De

De leone gradario, ſeu tranſeunte.

CLypeus cyaneus leo ſpeculator gradarius aureus Thracum ſymbolum ſub altero magiſtro militum in oriente, de quo ſic Pancirolus: *Thraces in clypeo ceruleo, luteum leonem, elato ſiniſtro pede, & cauda erecta, Principis hoſtes ferituri argumentum habebant.* Sed ſtare forte videatur hic leo dextro pede in terrum defixo, quem gradiens ſubmovet. Campum autem exire aiunt animalia ſiniſtram ſcuti petentia. Dexteram partem Bartholus nobiliorem vocat & principium pleno aſpectu ſpeculatorem innuere, qui accuratius omnia animadvertit. Leones in Angliaco clypeo Matthæus Pariſienſis tranſeuntes vocat, ſed & Leopardos nominat, non leones. *Miſit,* inquit, *Imperator regi Anglorum tres leopardos in ſignum regalis clypei, in quo tres leopardi tranſeuntes figurantur.* Et in hiſtoria ejus minori, *Rex Angliæ,* inquit, *tres in ſcuto gerit leopardos, quia rex, quia dux, quia comes.*

In Hencic. 3.

Fredericus 2. qui Henrici regis ſororem Iſabellam duxerat.

Stationarius pedes omnes humi ſiſtit.

Bicipitium aliàs leonibus tribuunt, aliàs aliis animalibus, atque hoc prudentiæ ſymbolum circumquáq; proſpicientis, ut Jani olim.

Vela leonata dicuntur in vita Steph. Papæ 6. Conc. to. 3. B. p. 1019.

Leonem (ut alia animalia) mutilant & diſſecant. Dimidiati pars anterior quòd robuſtior ſit Ægyptiis robur indicabat, infirmiora poſterior. *Néque alia de cauſa leonem cælo adſcriptum multi prodidere,* inquit Pierius, *niſi quod Sol, eo tempore quo ſignum id permeat, maximè ſit validus atq; robuſtus, móxq; degenerat, in poſteriora declinans.*

¶. Membrorum nobilius eſt caput cæterorum vim exprimens, ideo non integer leo Agamemnonis clypeo inſcribitur, at ſolum caput de quo tamen ut de integro inſcriptum ait Pauſanias, ut prius oſtendimus.

Οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁ δ' ἔχων Ἀγαμέμνων.

Terror hic eſt hominum, quíq; hunc gerit eſt Agamemnon.

Quod

Quod belle etiam Alciatus.

Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,
Et scriptum in summo margine carmen habet:
Hic hominum est terror cujus possessor Atrida:
Talia magnanimus signa Agamemno, tulit.

Eodem hoc membro Ægyptii sacerdotes, vigilantiam & custodiam demonstrabant, quod ergo in heroum, templorúmque foribus, ex antiqua consuetudine, ut etiam nunc affigi cernimus, ut in templis designaret, sacra tutiùs custodienda. Hoc utíq; Alciatus,

Est leo, sed custos, oculis quia dormis apertis.
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Os patens in leone erecto ad prædam, sævitiam notat, juxta illud Silii lib. 3.

————————Leo mandit, hianti
Ore fremens, imbelle pecus.

In gradario & quiescente mansuetudinem & clementiam: hujusmodi enim emblemate, sic Domitiano blanditur Martilialis lib. 1. epigr. 105.

Et securior est in ore præda,
Laxos qui dant perviósq; rictus,
Gaudent, & timidos tenere dentes,
Mollem frangere dum pudet rapinam, &c.

Nunc autem pleno vultu depingitur, ut horrentior rictus appareat, nunc reclinato occipitis partem prodens.

Area cyanea, fastigium inter tres rictus leoninos concolares aureum.

Sed nec caudam sileam, animi indicium Plinio teste, ut equorum aures, dimissa mansuetudinem innuit, ad tergum retorta iracundiam: Unde Plinius, *Immota,* inquit, *placidus,*

placidus, clemens, blanditientique similis, quod rarum est: crebrior enim iracundia ejus. In principio terra verberatur, incremento terga, seu quodam incitamento flagellantur. Hæc ille. Hanc interdum bisulcam faciunt. *Cap.16.lib.8.*

Membra autem leonis, uti & cæterorum animalium alii recisa gerunt, sævitiæ indicem: alii autem (ut suam feris immanitatem invideant) discerpta. *Ferina enim rabies est*, inquit Seneca, *dilaniare non occidere.*

De equo.

QUid de equo bellicosorum Saxoniæ principum antiquissimo insigni? certè ut Virgilius,

Bello armantur equi, bella hæc armenta minantur.

Ideo Romæ olim inter signa militaria & Marti & Neptuno sacer. Pugnacitatis, celeritatis, & immoderati impetus symbolum. Sed & fastus quóque & superbiæ; quæ omnia in hoc animali pellucent. *V. Rhodigin. lib.7.cap.31. ubi Athenienses capti signo equi inerant &c.plura.*

Frænatum, frænatam ferocitatem innuere aiunt: Solutum pascentémque (ut in Nervæ numis) quietem à laboribus.

Quandóq; authoritatem, juxta Pierium, quia equitare magnificum habetur.

Secundi Theodosiani post primos à Theodosio in Oriente instituti, equum luteum gerebant in imo clypei ferruginei, cujus umbilicum album ruber circulus continebat, eúmque luteus alius ubi Pancirolus: *hoc animal*, inquit, *principis ferocitatem ostendit, qui supra dorsum, orbem duplici junctóque imperio unitum, sustinet.*

Caput quóq; equinum belli indicium, ut in Carthaginis ædificatione. Virgil. Æneid. 1.

Monstrarat caput acris equi, sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per sæcula gentem.

Vide Julii Capitolini Ver. Imp. Tom. 119. Aug. hist.

Highamiorum equestris familia, Scuto utitur Zebellino

fascia tessellata auro & cyaneo, inter tria capita equina divulsa argentea.

De lupo.

Luporum spoliis nihil olim militibus usitatius. Mavortis enim hoc plane animal; nam rapax & crudivorum. Eáq; de causa & Saliorum clypeum, qui hunc patronum coluere, In quodam Theodosii canone apud Pierium, insignivit, & Macedonem Herculiscom item, sub Osiride militantem; Romæque inter signa militaria statuebatur.

Raptorem, voracem, & impatientem famis Ægyptii per ejus hieroglyphicum, ex natura animalis, indicabant.

Caudâque sub utero reductâ, eum qui à potentiore hoste oppressus, tuto se reciperet. Glabra autem extrema cauda, hominem qui in hostes illapsus parvâ admodum jacturâ evaserat, cujus rationem apud Pierium quæras.

Peregrinum etiam notare, (quod minus sit domesticus) ut taurus indigenam, Danai historia apud Pausaniam in Corinthiacis docet; Pyrrhi apud Plutarchum.

Luparum verò forma meretrices pingebant propter voracitatem; & ipsi etiam authores ideo lupam ponunt pro meretrice, ut de Clodio Cicero pro Milone: *Secum semper scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat.*

De Tauro.

Taurus robustum animal, & aptum pugnæ. Sed quemadmodum lupus peregrinum ostendit, ita taurus, quod domi alitur, indigenam & domesticum. Lupus taurum opprimens, civem à peregrino superatum.

Quin & laborem per taurum designari, Plutarchus docet in Theseo. Pierius opus quóque & anxietatem: quæ etiam per ipsum caput, seu cornua repræsentatur, sicuti & tolerantia.

Sanderorum equestris familia in agro Surriensi, scutum attollit zebellinum, fastigio armelino, inter tria capita taurina argentea.

Antiquo-

Antiquorum clypeis notus: ut ex Silio lib. 14.

Ductor Gryphus erat, cujus cælata gerebat
Taurum parma trucem, pœnæ monumenta vetustæ.

Et Minotauri effigies inter signa militaria fuit, *quia non minus*, inquit Festus, *occulta esse debent concilia ducum, quam fuit domicilium ejus labyrinthus.*

Sed & vitulorum gestamen bellicosi Calvelei vexillum præbuit sub Edwardo tertio. Proculdubio à nomine factum. Per figuram tamen vituli, lætitiam & exultationem exhiberi tritum est. Ideoque apud Plautum & antiquos *vitulari* legitur pro lætari gaudio, ut prato vitulus. Unde apud Festum Ennius, *habet is*, inquit, *coronam vitulans victoriâ.*

Etiam fœdus, ut Esdr. lib. 6. cap. 5. 2. *percutiamus pariter fœdus in vitulis in campo uno*, ubi Hugo Card. *Antiquitùs*, inquit, *in fœderationibus solebant mactari vituli, in signum fœderis contracti.*

De Porco.

Plinio Aper, Porcus, aliis in signis fuit Romanis, fœderis typus. *Porci effigies*, inquit Festus, *inter militaria signa quintum locum obtinebat, quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæsa porca, fædus firmari solebat.*

Ionii juniores, sub magistro peditum in occidente, aprum rufum, erecto corpore, sed in clunibus residentem, concolori limbo in cærulea parma præferebant: de quo Pancirolus: *Setæ*, inquit, *in dorso horrescunt. Hæc est principis purpureo colore nitentis bellica ferocitas per aprum indicata, sedensq; hostibus minatur, quasi eos jam quiescens sit superaturus.*

Pomponius Sabinus Anthenorem narrat suem in aureo vexillo posuisse, ut Trojæ assumptæ urbis memoria ante oculos esset, quia Troja Latio nomine Scrofa ait appellari, atque huc allusisse id Virgilii Æneid. 1.

——— ———*Armaque fixit Troja.*

Mortis & ferri intrepidum animal, perniciem, vastationem, profanationem minitans. Luxuriæ, etiam & agriculturæ Symbolum.

De Urso.

URsus in imperii notitiis non reperitur: bellico tamen furori accommodatissimum symbolum. Utpote per quod iram immanem intelligi voluere, quia immodicis soleat animis excitari, & in omnem truculentiam efferri, unde apud Claudianum legas Radamanthum solere ursis ingerere truculentos.

Hominem etiam ineunte ætate dissolutum, provectiori modestum, quod ursa fœtum edit informem, deinde lambendo & fovendo perfectum reddit.

Civitatem ab imbecillo rectam principe significare qui volunt, ursi caput pingebant, quod invalidissimum habet, ut leo fortissimum. Sic Pierius.

De Cervo.

PEr cervum hominem agilem pinxêre, & qui laboribus suis requiem interponit; quia hæc fera inter currendum moram quandóque facit, dum qui sequitur appropinquat: vivacitatem, amicitiam, & perfectionem, ut Pierio placeat, sed timorem & fugacitatem.

De

De Cane.

IN militiæ & provinciarum canone frequentiſſima eſt, præ aliorum quadrupedum, canis geſtatio; quem Pierius ob animi generoſitatem pro milite interpretatur, qui nec averſos morte ſterneret, nec imbecilles, nec inermes, nec fœminas, nec pueros provocaret: ideóque in Menapiorum & Tertiodecimanorum clypeis adſcriptum. Obſequii, amicitiæ, fidei, animi grati ſymbolum. Idcircò qui Gratorum nomine ſub magiſtro peditum in occidente dicebantur, duos dimidios canes erectos pedibúſq; colludentes in cæruleo clypeo geſtabant.

Sed enim & petulantiæ, ex Pierii ſententia. *Nam qui Petulantes Juniores appellabantur, ſub magiſtro militum per Illyricum, ut aſſumptum,* inquit, *nomen hieroglyphica pictura teſtarentur; canem luteum in rubra parma præferebant, in cujus medio orbis, erat coloris lutei canis ſupernè pedibus, quoad fieri poterat, exporrectis.*

Canis etiam Proſerpinam deſignabat.

Pacis turbatorem. Apud Francos & Suevos (teſte Othone) vetus mos erat, ut qui pacem abſente rege, turbaret, canem ſcapulis portaret, &c. Unde Ligurin. lib. 5. p. 35.

———————de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre. &c.

Nec temerè eſt, quod in ſigillis Regum Angliæ, Rex ab antiquo pingitur parte unâ ſolio cum ſceptro paludatus: parte alia equo inſidens cataphractus, cane Gallico ſuccurrente.

De

De Chimærâ.

NEc taceam deniq; id insignium quod in Turni crista (de quâ supra) exhibuit Virgilius Ænea.

—————galea alta chimæram
Sustinet, Ætnæas efflantem faucibus ignes.

Chimæra monstrum triceps, sic ab Homero proditum.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.
Ante leo, post terga draco, medióq; capella.

Flammarum vomitus ad draconem videtur pertinere.

De Dracone.

DRaco, præter immanes aliquot alias significationes, varios & circumflexos notat meatus. Ideóque Cererem (quæ alias lunam significat) draconibus fingunt vehi, ut Bartholinus Austriad. lib. 3.

—————sertísque recentibus ornat.
Spiciferum caput, & geminis agit alta dracones.

Cædem & funesta omnia. *Rex Henricus iii. Lewense prælium ingreditur, præcedente* (inquit Chronicon M. S. de Bello) *dracone rubeo, qui mortem generalem adversariorum portendebat.*

Plut. Lysand. p. 363. Qui Lysandrum interfecit civis Haliartius, Neochorus nomine, insigne clypei draconem habuit, juxta sortes ei prius datas istiusmodi.

** Fluvium in quo occisus est.*

** Hopliten jubeo cautum vitare sonantem,*
Terrigenúmq; dolo sequitur qui terga draconem.

Multa

De Aquila.

MUlta de inſignibus, pennis, cicadis, crobytis, & de Britonum ſtigmatibus Tertul. lib. de virginibus velandis, p. 370. nu. 74. & ſeq.

Aquilæ ſitus triplex, procidens, volans, erectus, vel expanſus. *Not.Imp.p.36.*

Procidens & velut prædæ incumbens, habetur in antiquis Romanorum ſignis militaribus, ubi porrectis in cœlum pennis, fulmine incumbit pectore. *No.Imp.fol.20.*

Volans, qui à remigio alarum pendet in aëre: ut in Quarta decimanorum, & Conſtantinorum ſeniorum clypeis; in Oriente ſub magiſtro militum per Thracias.

Expanſus, qui pedibus innitens alas protendit, quidpiam foturas, ut olim in clypeo Herculanorum juniorum ſub Magiſtro militum præſentali in Oriente: hodie in armis Imperii: ubi videatur ala dextra partem ejuſdem orientalem, ſiniſtra occidentalem protegere. *Sub hoc emblemate Alienora* (mater Regis Richardi primi) *Aquila dicta eſt, quoniam duas alas expandit ſuper duo regna,* inquit Radulphus de Diceto, Author coætaneus M. S.

Aquilam ferunt Jovem erexiſſe in bellicum inſigne, aureámque feciſſe cum verſus Titanos profecturo fœliciter ei ominata eſſet. Dein multorum regum gentiúmq; geſtamen, ut auſpicatiſſimum proſperæ fortunæ indicium. Nam ut in Cic.

Sic Aquilæ clarum firmavit Jupiter omnem.

Sed Perſarum præcipuè, qui à Cyro acceptum uſque everſionem imperii deferebant. De hoc in rebus Cyri minoris Xenophon Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾷν ἔφασαν ἀετὸν τινα κρυσοῦν ἐπὶ πέλτης ἐπὶ ξύλον ἀνατεταμένον. *Regium inſigne videre ſe dicebant aquilam auream in pelta ſuper haſtam extenſam; alis ſcilicet patentibus.* Poſtea verò Romanorum, nunc inter alia, nunc cæteris omnibus à C. Mario abdicatis. At hic Aquilam argenteam magis quam auream habuit, quia ſic fulgentior atque

atque conspectior Ἀετὸς παντὸς ἄρχει, inquit Josephus, ῥωμαίοις τάγματος, βασιλεύς τε οἰώνων ἁπάντων καὶ ἀλκιμώτατος ἴον. ὁ δὴ καὶ τῆς ἡγεμονίας τεκμήειον αὐτοῖς, καὶ κληδὼν ἐφ' οὓς ἂν ἴωσι τοῦ κρατήσειν δοκεῖ. *Aquila omni legioni apud Romanos præest, rex ipsa omnium avium, & eadem valentissima, unde etiam imperii signum ipsis est, & velut omen victoriæ in quoscunq; eunt.*

Hinc in imperii clypeum traducta, at mutatis colore volucris, & situ. Romana enim, non erecto corpore, sed procumbenti, pinnas supernè extendebat. Talis autem in legionum gestaminibus nusquam cernitur.

Bicipitem fecere cum jam divisum esset imperium, ut hoc illud demonstraret. Sed Lipsius adnotasse se ait alibi (putat Columna Antonini) duplicem Aquilam concorpoream, sic ut in Imperii insignibus hodie solet (cum nec adhuc duplex imperium esset) causámque indicari putat è legione gemella fuisse, quoniam duæ velut aquilæ in unam sic mixtæ.

Per Aquilam (cui Jupiter ut Horatius ait: *regnum permisit in aves*) regnum & imperium designari multis apud authores exemplis liquet. Quamobrem aptè quidem in Imperiali clypeo, eóque magis quod sola, nam sic regni solitudinem innuebant, ut de aquila vulgato per Aristotelem Musæi versu fertur:


Tres parit, atq; duos ejicit, educat unum.

Fortissimum bellatorem omnémque magnanimitatem: ex quo ille Alciati de Carolo quinto sub nomine Aristomenis dialogismus è Græco Antipatri conversus,

Quæ te causa movet volucris Saturnia magni
Ut tumulo insideas ardua Aristomenis?
Hoc moneo, quantum inter aves ego robore præsto,
Tantum semideos inter Aristomenes.
Insideant timidæ timidorum busta columbæ,
Nos aquilæ intrepidis signa benigna damus.

Sed & magnum velóxque ingenium, propter miram alitis pernicitatem, cum in alis, tum in oculis profundissima quæq;

quæq; perſpicientibus. Altas quóque cogitationes, eóſque qui longè reliquis præcellunt: de quibus ideo in proverbio ἀετὸς ἐν νεφέλαις *aquila in nubibus.*



Clypeum vides *ex cyano minióque palatim diſtinctum, tribus argenteis aquilis expanſis.* Gentilitium, & nobile geſtamen Edwardi Coke armigeri, qui ob aquilinum acumen, mirámque in enucleandis jurium ænigmatibus ſcientiam, regiarum cauſarum patronus floret, maximíſque ipſis judicibus eſt æſtimationi & admirationi, minoribus juriſconſultis ut aquila inter volucres.

Εἷς μυρίους ὄρνιθας ἀετὸς σοβεῖ.

Una Aquila innumeras exagitabit aves.

In vita Stephani Papæ 6. *vela aquilata dicuntur*, ſicuti & *leoanata*, & *byzantea.* Conc. to. 3. 13. pag. 1019. col. 2. §. Pari.

De Accipitre.

ACcipiter prædam & rapinam minitatur, ut Ovidius,

Odimus accipitrem, quia vivit ſemper in armis.

Propter eas autem dotes (Pierium legis) *quas huic aliti natura*
Lib.21.c.18. *ſuper volatilium aliorum conditionem, elargita eſt; factum eſt, ut in univerſum Accipiter eſſet excellentiæ hieroglyphicum, præcipuéque victoriam ſignificaret: nam reliquas omnino volucres volatu antecellit. Solitum igitur fuiſſe Darium, qui ſibi*
Eoſdom. cap. 19. *totius orbis victorias proponebat, pallam geſtare auro diſtinctam, quam aurei Accipitres tres vleut roſtris inter ſe concurrerent adornabant, literis* ΝΙΚΗΤΙΚΩΤΑΤΟΣ *inter alas & ſingulorum caudas diſpoſitis.*

Per Accipitrem item volantem, celeritatem figurabant. Sagittarii Venatores in occidente, nomini conſulentes, *accipitrem ferrugineum ferebant in parma lutea.*

Franciſcanus noſter per Accipitrem in armis depictum eos intelligit, qui animo magis valent quam corpore, juxta id Ovidii, Metamorph. XI.

Virtutem antiquam, majores corpore vires.

Ab accipitre, Chamuzes belli Jmp. apud Calcocondilam lib. 9. cognominatur ἱερακοφόρος, id eſt Accipitrifer p. 263. c. 3. & 267. c. 1.

De Gallo.

GAllum pugnacem alitem pugnæ indicem Cares pro cristis tulerunt, ex quo & nomen contraxere ἀλεκτρύονες, id est, Galli nuncupati. Eorum cuipiam, Cyri minoris percussori, Artaxerxes rex Persarum præmio contulit, ut in acie gallum aureum super hasta gereret.

Galli etiam icone vigilem antiquè fingebant, templorúmque idcircò pinnaculis adhibuêre, ut pastoris vigilantiam innueret, aliósque ad vigilantiam invitaret. Hinc Alciati,

Instantis quod signa canens det Gallus eoi,
Et revocet famulas ad nova pensa manus.
Turribus in sacris effingitur ærea pelvis,
Ad superos mentem quod revocet vigilem.

Ex hoc theologi quidam concionatores per Gallum intelligunt, qui lucem, id est, salutem nobis præcinunt, animósq; nostros quotidiè ad Deum revocant.

De Corvo.

COrvus hic, *Qui solus sicca secum spatiatur arena*, inter fatidicas aves habeatur, Phœbóque sacer, quem itaque Silius Phœbeum vocat. Inauspicatum & ferale machinatur; vastationis & solitudinis Symbolum.

Cornix autem milites notat clamore gaudentes, ut Servius in id Virg. Eclog. 9.

Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice cornix.

De Cygno.

JAnalem portam nunc brevi claudite, dum cygnum poetarum literatique cætus mitissimum insigne ab Alciato prolatum intueamur. Musis enim nihil cum Marte.

Gentiles clypeos sunt qui in Jovis alite gestant,
Sunt quibus aut serpens, aut leo signa ferunt.
Dira sed hæc vatum fugiant animalia ceras,
Doctáque sustineat stemmata pulcher olor.
Hic Phœbo sacer, & nostræ regionis alumnus
Rex olim, veteres servat adhuc titulos.

Adjungam mutatis numeris hæc Pausaniæ: *Platonem in philosophia summum fore, hoc præsagio, Deus significavit. Socrates nocte priore, quam Plato discipulus ejus erat futurus, cygnum sibi in sinum involasse per somnium vidit. Cycnus autem avis rei musicæ gloria celebratur. Apud Ligures enim ultra Eridanum in terra Gallorum, Cycnum musicæ deditum regnasse, & post obitum ex Apollinis sententia in avem transmutatum esse aiunt.* Hæc ille in rebus Atticis. Nec dissimili ingenio Heraldi antiquiores, musicos & cantatores cygnis donarunt. Ejúsque haud ignarus perspicax noster Franciscanus, cum hos à non cantoribus latos observasset, rationem se ait à rege heraldorum petiisse, eúmque duplicem assignasse: hanc quia viri essent pulcherrimi, illam quia haberent longa colla. Sanè candorem animi per cygni effigiem antiquitùs prædicabant, nec insulsè igitur corporis. Sed gloriæ studium ex eodem hoc symbolo indicari multi asserunt.

Cum Edwardùs primus ingens moliretur bellum adversus Scotos, allati sunt ei in solemni pompa duo cygni sive olores, retibus aureis, seu fistulis deauratis phalerati, spectaculum intuentibus desiderabile. *Quibus visis* (inquit

In An.1306.

Florilegus

Florilegus Westmonasteriensis) *Rex votum vovit Deo cœli & cygnis, se proficisci in Scotiam mortem Johannis Comyn, & fidem læsam Scotorum, sive vivus mortuus vindicaturus.*

De Noctua.

SEd & Noctuam accipe eodem præcone celebrem, prudentiæ, pauciloquii, cautíq; consilii argumentum.

Noctua Cecropiis insignia præstat Athenis:
Inter aves sani noctua consilii.
Armiferæ merito obsequiis sacrata Minervæ:
Garrula quo cornix cesserat ante loco.

Minervæ Athenarum præsidi sacra, ob acumen inter tenebrosissima perspicax; quia prudentiæ summa laus est.

Hieroni prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua in hasta consedit. *Quod ostentum* (inquit Justinus) *& in consilio cautum, & manu promptum, regémque futurum significabat.* Lib. 23.

Transeo noctuam victoriæ omen Athenis fuisse.

De Cypselo.

CYpseli in Anglorum clypeis primariæ vetustatis, avibúsque reliquis usitatiores: pingi solent absque pedibus, quia habentes non utantur: ab inde Apodes dici, equitésque significare, ut Unni populi apud Suidam apodes cognominati, quia equestres semper iter fecerint.

Quin & longas peregrinationes, & rem foris factam: toto mari cernuntur, nec unquam tam longo naves támq;

con-

continuo curſu recedunt à terra, ut non circum volitent eas apodes: Plinius.

Laborem quóque: his enim quies niſi in modo nulla, aut pendent, aut jacent. Geſnerus addit, *pedibus dependentes ſomnum carpere.*

Inter familiarum diſtinctiones, quartam denotat apud Anglos: edocétq; ut foris vel equo vel induſtria victum honorémq; quæritat.

Apodem, labentes quidam heraldi antiquè merulum vocarunt.

De Alis.

ALarum ſpecie famam & gloriam prædicant. Ideo victoriæ ſimulachrum alis donant, ut comparatæ fama orbem pervolet. Sic apud Eleos extitiſſe Pauſanias refert. Sic in Bructerorum, Cornutorúmq; juniorum clypeis in occidente geſtatis aſpicias. Juvenem ſcilicet alatum, illis album, iſtis (ut victoriam perpetuò virentem indicaret) viridem. Hinc numi aliferi quos Druſus in Tribunatu excudebat, Victoriati dicuntur: ipſáq; victoria ex alarum ſymbolo, ſæpiſſimè intelligitur: quemadmodum celeritas & expeditio. Unde Mercurio talaria *V. hic Sabinum p. 167.* finguntur, ut Metam. lib. 4.

Et liquidum motis talaribus äëra fudit.

Alex. ab Alex. Gen. Lib. ca. 24. In Ægypto autem in veſtibulis domorum alas vulturum proponere, indicium nobilitatis & vetuſtatis familiæ cenſebatur.

De

De piscibus in genere.

PIſces, Anglorum clypeis, à geſtantium nominibus plerúmque obtigêre; ut à Luciorum, Luciis, Sturionum, Sturiones. Nec his alia ſignificatio. Nunc erecti feruntur, nunc per clypei tranſverſum, quos natantes appellarunt. Generaliter ſilentii & taciturnitatis ſymbolum, ut in proverbio ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων *piſcibus magis mutus*; In Ægyptiorum hieroglyphicis odii; quibuſdam innocentiæ.

Sed Lucius, aliíque voraces, rapacitatis, & oppreſſionis.

In omni Imperiorum notitia ne unus cernitur.

De Delphino.

Delphinum (regem marinorum animalium) repando dorſo depingunt, quod Bellonio, & Geſnero non parum offenſionis eſt. Curvatura enim ea, non nativa ſed ex ſalienti ejus luſu concepta, dum fluctibus ſe erigat, ſubitóque præcipitat, nautas ingruentis jam tempeſtatis commonefaciens. Sed Ovidjus, & antiqui ipſi, etiam Græci, curvum exhibent. Nec ſecus numi veteres.

Imo gibboſi per Delphinum exprimuntur, quem Pacuvius *curvicervicum pecus* appellavit.

Dorſum ei etiam, inſtar ſerræ, aculeatum multi faciunt, cum planiſſimum ſit, miræque lenitatis, pinnam ſolam, nec aſperam, ſed cartilaginoſam, erigens.

Hoc inſigni, parma, enſe, annulo Ulyſſem uſum fuiſſe, Plutarchus refert. quod Telemachum filiolum ſuum periturum Delphinus conſervaſſet. Et in Herculis ſcuto, Delphinos argenteos, piſces æneos proſequentes, Heſiodus canit.

Numis antiquè adeſt tum Romanorum, tum aliarum gentium.

Athenæus author Græcus, (inquit Bellonius) & Valturnus in commentariis de rebus Britonum, ſcribunt Cæſarem, Principi Delphinatus regionis, Delphinum donaſſe; ut eo uteretur inſigni, quia ad debellandos

landos Gallos ſuppetias ei tuliſſet. Regionſque illi nomen inde fieri, Regíſque filio primogenito, qui Delphino utitur inſigni. Sed Geſnerus nil tale apud Athenæum reperit. quis Vulturnus ſit neſcio.

Delphinum maris imperium ſignificare ferunt, ipſúmque mare; ideóque nulli Neptuni ſigno non adſcriptum.

Velocitatem, citámque navigationem; nam omnium animalium velociſſimus, ocyor volucre, acrior, aiunt, telo. Hinc vulgatum illud quod, in Veſpaſiani numis: Delphinus anchoram amplexus, lentè feſtinandum judicans, tarditatem anchora, celeritatem delphino.

¶ Salutem deníq; & incolumitatem, juxta Veteres: quia ſubmerſuros ſæpiſſimè liberaſſet, tempeſtatúmq; præſcius, nautis prædicat, ut ſaluti conſulent.

¶. Pectines concharum generi attribuit Plinius. Nobile & antiquum geſtamen, quo equites Divi Michaelis, propter ſpecioſam venuſtatem, torquibus ſuis (quas conchyliatos vocat Lupanus) utuntur. E Compoſtella redeuntes, hujuſmodi multos, pileis affixos (itineris & loci ſymbolum) geſtare ſolent: ſed domi viventium juſta eſt notatio, ob id quod Heſiodus concham φερέοικον, quaſi *domiferam*, vocat.

V. Laz. Bayſium de re veſt. p. 15. *Conchiliatæ autem veſtis is honor fuit, ut Julius Cæſar ejus uſum niſi certis perſonis & ætatibus, pérque certos dies ademit. Author. Tranquillus.*

¶. Anguem multis ſpiris ſinuoſum, hiantémque geſtaſſe in militari parma depictum Burgundiones, Vandaloſq; refert Sidonius.

Malum granatum, ſeu punicum, confœderationem ſignificat, ipſam Eccleſiam, & eccleſiæ unitatem. Ideo veſtibus adhibitum ſummi Sacerdotis. V. Bedam

De floribus.

Florum inſigne apud rigidos illos veteres vix reperio, fortè quod nihil ſævi machinaretur. Sed nec in ipſis imperiorum notitiis. Romanus autem miles, cui omnis in ſignis militaribus ardor & religio, ea floribus etiam, ut ſanctiori cultu, exornabat.

——*Mavortia*

——————Mavortia ſigna rubeſcunt
Floribus,& ſubitis animantur frondibus haſtæ. Claudianus.

Florum quidem, inquit Plinius, *Pop. Romanus honorem Scipioni tantum habuit*, &c. cap. 3. lib. 21. ubi multa de florum dignitate.

Florem omnem, omnes ſpei ſymbolum faciunt, & futuri boni (quod inſpectis jam floribus expectatur fructus) florentíſque vigoris, ipſiúſque juventutis, quæ ſpei ſemper plena eſt, cum ſenectus contra deſperationis.

Florem etiam pro eximio ponunt:& quod citò decidat, pro caduco: & in lætitiæ teſtimonium convivæ olim floreis ſertis utebantur.

De Roſa.

EAmus, inquit Cicero, *in cœlum, roſas & lilia contemplemur.* Inter flores, regia dignitas penes roſam eſt, quam lilium, Plinio teſte, nobilitate ſequitur. Amoris, gratiæ, & venuſtatis ſymbolum. Apud Anglos regiæ ſtirpis : rubra Eboracenſis, alba Lancaſtrenſis: rubra albam implicans, connexarum ſobolis. In antiquis numis, Rhodiorum inſigne. Et Clemens ſextus, arma ſuæ progeniei, quínq; roſas, poni fecit in bulla, ut An. 1342. refert Albinus Argentinus. Lib.31.ca.5.

De Lilio.

Lilium quidam florem Junonium appellant, Pierius regium. Præcipuum & notiſſimum ſpei ſymbolum. Hinc in antiquorum numis dea lilium dextra prætendens ſæpe cernitur. Sic in Alexandri pii Aug. Claudii P. T. Aug. & L. Ælii, cum inſcriptione *Spes publica*. In Tib. Claudii,cum inſcriptione, *Spes Aug.* In Hadriani, *Spes P. R.* quorum omnium icones Goropius exhibet. Qui ut liliaco Gallorum clypeo omnem conferat admirationem (exploſa bufonum fabella) è cœlis cum Francis obrigiſſe (quod & alii aſſerunt)ſed hoc Nochi ætate, hallucinatur.

Galli per lilia nobilitatem,&virilem ſexum intelligunt, è verbis Domini noſtri Matth. 6. 28. ubi dicuntur *néque laborare, néque nere, laborare*, aiunt, *ignobilium eſt, nere fœminarum.* Proinde ipſa regni inſignia legem (quam à Saliis, Alpinis populis, Salicam vocant) præ ſe ferre de regni ſucceſſione contendunt: utpote nec ad ignoiles, nec ad fæminas tranſigendam. Sed antiqui aliter exponunt, ſcilicet,gladium Gallis immiſſum, ſempérque imminentem portendiſſe.

Paradinus lib. de [illegible] ſtat. Burgund. 1

Nonnulli roſas ad Martyres, Crocum ad Confeſſores, lilia ad virgines referunt.

Sunt qui pentaphyllon negant emittere florem, caulem,fructum, ſed hos carpit Dioſcorid. lib. 1. in præfat.

Pentaphyllon etiam, hoc eſt quínq; folium,heraldicis notis perantiquum eſt. Et his rectè tribuatur,qui à Græcis πένταθλοι, id eſt,palmam in quínque, ſeu plurimis certaminibus,aut facultatibus obtinentes, dicti ſunt.

Sic Diophon, apud Simonidem in Epigr. quòd ſaltu, curſu, diſco, jaculo, luctu in Iſthmis atque Pithiis vicerat. Sic Democrates apud Laertium lib. 9. in philoſophia πένταθλος nuncupatur, quia naturalia, moralia, mathematica, liberalium diſciplinarum rationes,artiumq; omnem peritiam callebat.

Quin

Quin & trifolium ſæpe cernitur, quod & rutæ folium vocant. Sic Munſterus, diagonium in Saxoniæ clypeo crinalem, ruteum appellavit. Hominem integrum notat, & verſutiis, ſerpentiníſque moribus inimicum. Obſervatum enim eſt, ut ſerpentes anguéſque, & quibus venenum adeſt, in trifolio non habitare lateréve, quòd herba illis exitio ſit, ut illi cæteris.

Geſtantur autem lilia & nonnulli flores, alii quincunci ordine per aream totam diſſipata, quod ideo quincuncem appellamus, vel divaricationem.

De differentiis, ſeu diſcerniculis clypeorum, per familias unius alicujus gentis.

VEteribus in more fuit, ut paternus clypeus primogenito deferretur indiſtinctus; & hoc juxta leges antiquas plurimas, quæ arma ab hæreditate noluerunt ſeparari, ne indefenſa rapinis exponeretur. L. veterum Anglorum, & Werinorum in Germania. Tit. 6. de alodibus. §. 5. *Ad quemcúnque hereditas terræ pervenerit, ad illum veſtis bellica, id eſt lorica, ultio proximi, & ſolutio leudis debet pertinere.* Minores igitur filii, alia adſciſcunt ſibi ſymbola (imo & ſæpe nomina) à fratris ſui priprimogeniti omnino aliena. Sic Gulielmus de Warrena, primogenitus Gulielmi Normanni, *clypeum patris, auro & cyaneo teſſellatum, pertulit.* Rogerus verò de Mortimer filius junior, ſemitis diſſectam aream, pluribúſque conſignatam notulis, ſi hæc verè (quod vix crediderim) Heraldi perhibent. Nam Angliam cum Normanno ſunt ingreſſi, & diverſum adeo hoc geſtamen armorum, diſciplinam nondum in uſu fuiſſe monet; Nam fratres licet colores alios, alias geſtaminis ratione, variebant, quidpiam tamen conſentaneum, ut mox videbitur, retinuerunt, ni ex certa occaſione mutarent.

Lemniſcis uſi ſunt fratres primogeniti vivente patre, ſed non ſoli, nam ſic & juniores, ſed in numero diſcrepantibus.

Et primogenitum ex secundâ uxore quintuplici donant lemnisco.

Radiolo, quem *baston* vocant, juniorem consignabant fratrem, Johannem Comitem Pictavensem quartum filium Regis Hen. II. cæruleo. Lemnisci sunt fasciolæ coloratæ, è coronis dependentes, plerúnque olim aureæ, floribúsque intertextæ. Ejusmodi Crassus suis dedit convivis, apud Festum : & Antoninus Verus Imp. apud Jul. Capitolinum.

Aug. Histor. to. 2. pag. 120.

De Discerniculis.

PLuribus idem insigne deferre, absque debita differentia, fas non est. Ne ejusdem gentis familiis, ne ejusdem familiæ fratribus. Familiæ autem coryphæo symbolum manet integrũ & indiscretum: junioribus, omnibus suis discerniculis, interstinctis: quæ semper in editiori clypei parte (cephalicæ regionis medio, juxta Leum) expetuntur, quod Wriothesleus fecialis, sub Ed. IIII. ævo, à se inventum propagatúmque fuisse, ne ulterius quæras, tradidit.

Fratrem primogenitum lemniscis, seu virgula lemniscata donant: vivente patre triplici : nondum extincto avo quintuplici, semper impari, si Lei fidem sequamur. Corollæ præfert similitudinem, lemniscis ex ea dependentibus, quam ideo primogenito assignatam dixeris, quia familiæ decus, sic præ cæteris exornandus videatur.

Limnisci fascia coloriæ dependentes ex coronis. Festus. vid. Plaut. in Pseud. Scæn. penult. pa. 544.

Antiquè autem idem hoc signum, secundo, tertio, quarto, conferebatur, discrimine vel in colore posito, vel in lemniscorum numero.

Secundo fratri lunulam, crescentem vocant, Græci αὐξόμενον assignant.

Tertio, penticonum.

Quarto, apodem.

Quinto, annellum.

Sexto, lilium.

Et

Et hiſce quidem diſcerniculis internoſcenda exhibentur, Warwici in feneſtra veteri eccleſiæ Sanctæ Mariæ, arma ſex filiorum Thomæ Beauchamp. 14. Comitis illius tractus, qui obiit anno 34. Ed. III. ut intelligas iſtiuſmodi diſtinguendi ritum, non à nuperis emanaſſe.

Alii, qui ætate Henrici ſeptimi ſcripſerunt, hæredem ipſum creſcenti lunula diſtinxerunt, ut acceſſuro huic lumine, acceſſuram illi hæreditatem oſtenderent.

Secundum verò fratrem quem tertium familiæ limen occupare aiunt (primum enim patri, alterum hæredi tribuunt) triplici lemniſco conſignarunt. Tertio fratri, quadruplicem. Quarto, quintuplicem.

Sed nec hæc, nec illa diſtinguuendi ratio ſatis apud veteres invaluit, qui apertiſſimis differentiis conſulentes, paternos colores ſæpe inverſerunt: ſæpe rerum geſtarum numerum auxerunt, ſæpe minuerunt, aliena geſtamina, præſertim materna, & hæreditaria ſæpiſſimè interſeruerunt. Interdum deſertis integris inſignibus, novis gaviſi ſunt. Sin vero protogoni clypeum per omnes agnationes, familias, gẽtes, retinuiſſe placuerit, lemniſcis quos diximus, diagoniis, limbis, quadraturis, angulis, aliiſque latis, & conſpectioribus differentiis uſi ſunt. En in una gente, omnium penè exemplaria.

Extraneorum gens, vulgo *Le ſtrange*, inter limitaneos proceres notiſſimæ virtutis, & triplici tum olim Baronia ampliſſimiſq; familiis perquam potens & ſplendida, *Clypeo utebatur rubeo; duobus argenteis leonibus gradariis* quem Johannes le Strange quartus, Baro de Knokyn, ut familiarum coryphæus, purum prætulit.

Fulco le Strange Baro de *Corſham* & *Blackmore* qui à Johanne avo dicti Johannis per filium tertium deſcenderat, colores inverſit: *argenteo clypeo rubeos inducens.*

Rogerus *le Strange* Baro de *Elleſmere* (ab eodem avo per filium quartum prognatus) gentis clypeum *limbo imbricato aureo* circundedit.

Ejus pater etiam Rogerus, cum Matildem filiam Willielmi de Bellocampo uxorem duxiſſet, Bellocamporum *cruces crucigeras* (*ſed argenteas, numeróque novenario*) *argenteis ſuis leonibus* intercalavit.


Hamo *le Strange* à Johanne quarto, per quintum editus, clypeum, fratris sui Johannis sexti Baronis de *Knocking*, *aurea diagonali virgula* trajecit, eodémque discrimine apud *Hunstanton* (Norfolcensi agro) quam à Barone fratre anno gratiæ 1309. dono acceperat, consedens, celebri familiæ (quæ in hunc usque diem eadem sede, eodémque discerniculo fœliciter claruit) initium dedit.

Sed ipse etiam Johannes *le Strange* sextus, Baro de *Knocking*, *leonis suos apodum peribolo* (ut è sigillo cernimus) aliquando circumclusit.

Eadem tempestate Johannes *le Strange* (Glocestriensis puto) is qui dominus de *Ercaleve* inscribebatur, Clypeum Regeri *le Strange* de *Ellesmere*, *cærulea mitella transegit.*


Atque hunc quidem decerendi morem potiori laude multi efferunt, quod militaria symbola, ad distinctionem enata distinctiora multo effecerat. Minutulis enim illis recentiorum formulis, nec error defuit, nec periculum. Sic elusi (apud Froisardum) Hannones illi, qui sub vexillo Willielmi *Baileul*, *argenteis*, *cyaneisque repagulis transmutato*, *rubrisque binis fastigiis inducto*, recipere se contendebant: ad vexillum Roberti Baileul fratris sui minoris, *exigua cruce aurea* (quam malè animadverterent) *discriminatum* convolabant: fusíque & dissipati omnes, gravissimas erroris sui pœnas persolverunt. Rideo igitur & rejicio icunculas istas, quas tum præcipuè in morem venisse arbitramur, cum ipsa insignia, relictis jam nativis stationibus, clypeis, vexillis, apparatúque militari, in ædiũ fenestris, mollíque supellectili (ubi nec refert magnitudo) potissimum residerent. Fieri id videtur ætatem circiter Edwardi quarti, exorsâ jam, cum novis armis, novâ militiæ formâ, novâ disciplina. Tandem enim evanuit insignitus ille armorum cultus, cujus spendor, plus minus septingentis annis (si à Carolo magno repetas) per terrarum orbem non solum in honore fuit, sed summa religione, gravissimis litibus, acerbissimis duellis multorum nobilium procerúmque virtute, cæde & sanguine tuebatur.

F I N I S.



In Nicholaum Uptonum

NOTÆ.



Ummum Opificem, Alpha & Omega, *Essentia unum, & Trinum in personis invocans, &c.*] Pag. 1. lin. 1.

Veteres Christiani consueverunt omni commentationi de qua scribebant hasce præfigere literas, ut nos docet Franciscus Bernardinus Ferrarius in libro suo *De Antiquo Ecclesiasticarum epistolarum genere.* Hæ etiam literæ, una cum Insigni Labari Constantini Magni, Sepulchris antiquitus inscribebantur, *ad denotanda ea Catholicorum, non Arrianorum fuisse*, inquit Ramirez in notis suis in Lituprandum. De hac inscriptione, & hocce Hispanorum more usitatissimo hæc habet Argote de Molina lib. 1. De Nobilitate Andalus: cap. 47. pag. 39. *Las quales letras en el tiempo que los Reyes Godos de Espanna seguian la heregea Arriana, Los Christianos Catolicos a differensia de los Arrianos usavan en las Locas y Piedras du sus Sepulcros de ellas por Simbolo y Sennal de la Sancta Fee Catolica. Por las quales letras davan a entender el nombre de Christo nuestro Sennor, decuya divinidad es attributo y propried, sin principio y fin, come el mismo dize en el Apocalipsi por boca de San Juan. Yo soy* A. *y* Ω. *con esta sennal confessavan su divinadad igual con el Padre, que negavan en su secta Arrianos.* Hoc est, Quas literas, eo tempore cùm Reges Hispaniæ Gottici sectarentur Arrianam hæresim, veteres Catholici, ut se ab Arrianis distinguerent, in usu habuerunt in monumentis, in symbolum & signum Catholicæ fidei, per id docentes nomen Christi Domini nostri, cujus divinitatis fuit attributum, ut ipse dicit in Apocalypsi per os Sancti Johannis: *Ego sum* A. & Ω. hoc signo suam divinitatem asserens æqualem cum Patre quam Arriani denegabant. De qua re disserit etiam Ambrosius de Morales. Plura de his literis videre cupiens adeat Quintanam in sua *Mantua Carpetanorum* lib. 1. cap. 48. pag. 67. Nummos etiam his literis insignitos vide apud Antonium Augustinum, Baronium, Du Choul. & Lipsium *de Cruce.* Est etiam apud Pignorium in libro suo, cui titulus *De Servis*, collare servi fugitivi hisce inscriptum notis.

Pag. 2 l. 1. *Excellentissimo & Illustrissimo Principi & Domino meo singulari Humphrido filio fratri, et Regum patruo, Duci Glocestriæ*]

Henrici, nempe, quarti filius, quinti frater, sexti patruus, *Bonus* vulgo cognominatus, Mœcenas sui temporis unicus, & ipse doctissimus: Comitiis Parliamentariis Regni tutor durante minoritate Nepotis sui factus, de republica optimè meritus, apud Sancti Edmundi Burgum fraude muliebri captus, pulvinorum injectione obruitur anno 1447. atque in Fano Sancti Albani sepelitur. *Ce Prince avoit sagement regy L' Angleterre* (Mezeraium legis) *& contenu les peoples & Princes en leur devoir vingt-cinq ans durant. Et come si quelque digue eust este levee par sa mort, les seditions, les desordres, & les rebellions se deborderent tout à la fois sur les Anglois. Lesquels destitues de la prudence & des conseils de ce Governeur ne mittoient aucun ordre ne prevoiance à leur affaires.* Binas sibi matrimonio junctas, habuit uxores: Primam, Jacobam Willielmi Bavariæ Ducis & Comitis Hollandiæ filiam unicam & heredem, quæ Johannis Brabantiæ duci prius nupta, ejus frigidos exosa amplexus, fœmina dotibus tum animi tum corporis felix, divortio facto, duci Glocestriæ anno 1402. nupsit. Eâ verò Martini antipapæ judicio amotâ, duxit amasiam suam Æleonoram, Baronis *Cobham de Sterborowe* filiam. Vide eundem Mezeraium, & Barlandum in Brabrantiæ Ducum Chron. & Comit. Hollandiæ historia.

BAVARIÆ Dux gestabat scutum quadratim discussum. 1. & 4. quadrans uno supra viginti rhombis argenteis & cæruleis, obliquè dextrorsum dispositis, exaratus. 2. & 3. aureus, Leone coccineo insignitus.

BRABRANTIA. Scutum furvum aureo Leone lingua & falculis miniatis impressum.

DUX GLOUCESTRIÆ Franciæ & Angliæ symbolis in quadrantes partitis, limbo argenteo circumposito, utebatur.


Ad id temporis limbus minorem natu fratrem denotabat. *Et pour briser ses Armes, car il estoit le puisnay, il portoit une bordure de geulles.* Froissardus de Episcopo Nornuicensi. Quandoquidem omnis tum *Uptoni*, tum nostri qualis qualis labor ex æquo ad unum scopum collineat; nempe, ut *Insignium Gentilitiorum* descriptiones, simul & differentiæ, quibus ab invicem discriminantur, lectori melius perspectæ sint, haud alienum foret, adnotare, Scuta minorum natuque maximorum fratrum, apud majores nostros non solita fuisse, per unam *lunulam*, *et binatam calcarium molulam, apodem avem*, atque hujusmodi notulas, quæ nunc passim obtinent, distingui. Quem veterum morem hæc *Cobhamiorum* Gens expressissimis comprobabit exemplis. Quorum ideo scuta, uti ipsi discriminant, non absre erit ex scribi. Cobhamij de Couling primum *Cantherium ternis nigris liliis consitum, intra coloris punicei areolam gestabant*, statim verò liliorum loco *totidem Leones furvos* ponunt. Familia de *Sterborough Leonum loco excudebat tres stellas.* Alia, autem hujus Gentis stirps, *tres lunulas*: alia, *tres apodes aves*; Alia, *tres aquilas*; alia, *tres minutas cruces cum repetitis ad eorum scapos cruculis*: retentis tamen coloribus. *Thomas*, autem *Cobhamus* de *Chafford*, qui vixit rerum potienti *Edvardo* tertio, filius natu-secundus *Henrici Cobhami* Equestris dignitatis viri, ex *Joanna* uxore sua, filia & heredum altera *Stephani Pencester* Equitis Aurati, *Cantherium aureum cum echina calcarium molula perforata & lilio supernè, & cruce cruciata argenteis in ima cuspide, ferebat.* Frater ejus maximus natu, penitus abjecto Majorum scuto, *Pencesteriorum Crucem argenteam in area punicea* sibi sumpsit, posterisque suis transmisit. Verum enimvero, quoniam

Segnius irritant animos demissa per aurem

Quam

Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Cobhamiorum igitur Scuta (prout superius descripta sunt) hic delineata damus.



Pag. 3. lin: 19. *Famosissimus ille Pater Legum, et Doctor eximius, Dominus Bartholus de Saxoferrato*]

De Bartholo plura hic differere abutentis esset & otio & literis. Qui non dictus Hylas? Liceat tantum adnotare hunc natum esse Sentini (Umbriæ est urbs, nunc Saxoferratum vocant) anno 1313. Qui à Perusinis ad Cæsarem Carolum quartum Bohemum Pisas Legatus missus est, ut quædam contra ipsos à decessoribus Principis decreta aboleret, & alia insuper eisdem Privilegia concederet. Quæ omnia Diplomate aurea bulla insignito assecutus, honoris gratia obtinuit, ut ipse & liberi, Jurium doctores, suos auditores qui Spurij essent, natalibus possent restituere. Ab eodem etiam *conchyliati Leonis duplici cauda, in scuto aureo erecti*, Insignibus est donatus. Ipse quoque in libro cui titulum fecit de Insigniis, sic enim (utcunque Valla vocabulum barbarum perstringat & rideat) loqui amat, de eisdem insignibus hæc habet. *Quædam sunt insignia seu arma privatorum hominum, seu nobilium, vel popularium. De istis quidam reperiuntur qui habent arma, & insignia quæ portant ex concessione Imperatoris, vel alterius Domini, ut vidi concedi multis à Serenissimo Principe Carolo quarto Rom. Imperatore, nec non Rege Bohemiæ, & mihi tunc Conciliario ejus concessit inter cætera, ut ego & cæteri de agnatione mea Leonem rubeum cum caudis duabus, in campo aureo portaremus, & istis licet portare talia insignia.* Hæc ille. Penes me sunt tria hujus libelli manu scripta exemplaria, unum nobis suppeditavit instructissima *Gulielmi Le Neve* Equitis aurati, Regis Armorum titulo *Clarencij*, bibliotheca; alterum Nobilissimi, & in hisce studiis eminentissimi, *Samuelis Roperi* humanitati debeo: tertium è nostris est Cimeliis. Ut obsequar eorum voluntati, quorum in contemplandis rebus hujusmodi cura teritur, integrum tractatum, cum variantibus M. S S. Lectionibus in margine adscriptis, hic apponam.

Le Neve *d'argent à la croix de sable chargee de cinq fleurs de lis du champ.*
Roper *de sable à un aigle sergeant d'or.*

BARTHOLI TRACTATUS DE INSIGNIIS ET ARMIS.

1. *INsignia concessa dignitati, vel officio, portat ille qui habet dignitatem illam, vel officium, alij non.*
2. *Insignia singularis, puta regis, nemo defert, nec rebus suis depingere facit principaliter, accessoriè sic.*
3. *Habentes ex concessione insignia, & arma, illi soli illis utuntur.*

Arma Bar. & successorum ex concessione, est Leo rubeus cum duabus caudis, in campo aureo.

Bar. super Insig. & Armis.

4. *Quilibet potest sibi assumere arma, & insignia illa portare, & in rebus propriis impingere.*
5. *Portans arma, vel insignia unius, quomodo, & quando possit prohiberi, & per quem.*
6. *Assumens arma, vel insignia alterius, quæ portavit ab antiquo, si ille verisimiliter non ledatur, nec injuriatur, licitè assumit, & portat.*
7. *Faciens signum unius artificis, quod facit in gladiis, & aliis operibus, licitè prohibetur ab illo, & etiam à quolibet tertio.*
8. *Notarius non potest assumere signum alterius, & si assumit prohiberi potest. Fabricator chartarum potest prohiberi uti signo alterius fabricatoris.*
9. *Habere arma ex concessione principis prodest, quia aliis præfertur, & non potest ab alio prohiberi.*
10. *Arma, seu insignia domus transeunt in omnes descendentes de illa agnatione.*
11. *Bastardi non utuntur insigniis de jure, licet de consuetudine non servatur in Tuscia.*
12. *Signum societate divisa apud quem remanere debeat.*
13. *Insignia, seu arma qualiter sunt pingenda, infigenda, seu portanda.*
14. *Animalia quæ portantur in armis, si depinguntur in vexellis, facies debet respicere hastam, secus si pars animalis portaretur.*
15. *Animalia quando designantur, debent designari in nobiliori actu*

actu eorum, etiam quo magis sui vigorem ostendunt.

16. Leo, ursus, & similia sunt pingenda erecta, elevata, & ore mordaci, ac pedibus radentibus.

17. Equus designandus est rectus, & elevatus, quasi saliens.

18. Agnus designatur, quasi planè ambulans per terram.

19. Pes dexter semper debet antecedere, quando animal designatur.

20. In vexillis inspicitur illa pars quæ respicit portantem, non pars conversa.

21. Facies animalis depicta in vexillis tubarum, non debet respicere tubam.

22. Si duo animalia invicem se respicientia portantur pro insigniis, non refert quomodo pingantur in vexillis.

23. Insignia consistentia in varietate diversorum colorum, quomodo depingantur.

Locus prior, & superior, nobilior est posteriore, & inferiore.

Color nobilior debet poni prope hastam.

24. Aureus color nobilior est cæteris, & per eum figurator Sol. Nil nobilior luce.

25. Color Rubeus, seu purpureus repræsentat ignem, & est nobilis.

26. Aureus color est tertius, & representat aerem.

27. Color albus est nobilior nigro, & color niger est infimus

28. Arma quæ portantur in vestibus, quæ superior pars debet respicere caput, inferior pedes.

Noblior pars arm. debet respicere latus dextrum.

29. Arma quæ pingenda sunt à parte posteriori hominis, pars nobilor debet respicere latus sinistrum hominis.

Mos scribendi noster, quare sit nobilior more scribendi Hebræorum.

Bartolus didicit literas Hebræas.

30. Literæ, & arma in sigillis per conversum inciduntur.

31. Arma in clypeis depingenda, nobilior pars debet respicere partem clypei, quæ inportando respicit latus dextrum.

32. Arma depingenda in coopertoriis equorum, nobilior pars respicere debet caput equi.

33. Arma quomodo pingantur in coopertoriis lectorum, in parietibus, & aliis locis stabilibus.

HORUM

1 *Honoris gratia*



HORUM Gratia de Insigniis & Armis, quæ quis in vexillis & clypeis portat, videamus. Primò, an hoc licitum, & eo casu quo est licitum, qualiter sint pingenda, & portanda. Circa quod dico, quod † quædam sunt insignia dignitatis, vel officij, quæ portare potest quilibet habens illam dignitatem, vel officium, ut insignia proconsularis, & legatorum, ut l. i. ff. de off. pro cons. & leg. & de rer. divi. l. sanctum: sicut de facto videmus hodie insignia episcoporum, & ista potest portare quilibet habens illam dignitatem, ut d. l. aliis autem portare non licet, imò portans incurreret crimen falsj, ut ff. de falsis. l. eos. §. fi. & ideò puto quod ille qui portat insignia doctoratus cùm non sit

Insignia proconsularia vel legat.

2 doctor, teneatur illa pœna. † Quædam sunt insignia cujuslibet singularis dignitatis, ut videmus, quilibet rex, quilibet princeps, & cæteri potentiores habent arma, & sua insignia, & ista nemini alteri licet deferre, vel suis rebus depingere, ut C. de his qui pœ. no. l. i. & no. in auth. de man. prin. §. pen. quod intellige principaliter, sed accessoriè non est prohibitum, ut puta in signum subjectionis superponere insignia propriis, domini insignia Regis vel comitatus, hoc de consuetudine observatur. Quædam sunt insignia

3 † seu arma privatorum hominum seu nobilium, vel popularium, de istis quidam reperiuntur qui habent arma, & insignia, quæ portant ex concessione Imperatoris, vel alterius domini, ut vidi concedi multis à Serenissimo Principe Carolo iiij. Rom. Imperatore, necnon Rege Bohemiæ, & mihi tunc conciliario ejus concessit inter cætera, ut ego & cæteri de agnatione mea Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo, portaremus, & istis licet portare talia insignia, nec est dubium. De principis enim potestate disputare, sacrilegium est, ut C. de sacri. l. ij. ad idem. C. ne li. si. ju. au. in rub. & nig. sine enim judicis authoritate prohibetur, ergo judicis authoritate permittitur. Arma autem

4 † quidam & insignia sibi assumunt propria authoritate, & istis an liceat, videndum est: & puto quod licet, sicut enim nomina inventa sunt ad cognoscẽdum homines, C. de inge. ma l. ad cognoscendum. Ita etiam ista insignia ad hoc inventa sunt. ff. de rer. divi. l. sanctum, sed talia nomina cuilibet

be licet imponere ſibi ad placitum ut d. l. ad cognoſcendum. & ff. de fal. l. fal. in prin. ita iſta inſignia cuilibet portare & impingere in ſuo, tamen non alieno ut C. ne li. fin. jud. aut. l. j. & ibi no. per. gl. facit ex. de conce. præb. c. dilecti, & quod ibi no. per gl. Sed quæro unus † portat certa arma, vel inſignia, alius vult portare eadem, an licet vel prohiberi poſſit? Videtur quod poſſit portare, quia quilibet poteſt ſumere nomen alterius. ff. ad Treb. l. aut facta. §. ſi verò nominis. de leg. ij. l. cum filius. §. pater. & poſſunt eſſe plures ejuſdem nominis, ut l. duo ſunt Titij de teſt. tu. & de leg. ij. l. ſed & ſi quis ſervum. §. ſi inter duos. ergo poteſt quis ſumere arma aliena, & plures eadem inſignia portare, vel rebus imponere poſſunt, cum utrunq; fiat ad cognoſcendum. Econtrà videtur de reg. ju. l. id quod noſtrum, ſi enim prius eſt noſtrum, ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt. Sed hoc non bene facit, loquitur enim in his quibus inſolidùm uti non poſſunt, alias ſecus, ut in uſu plateæ, balnei, theatri, et ſi l. ſi ut certo. §. ſi duobus vehiculum ff. commoda. Præterea ſignum quod portat alius, non eſt unum et idem, imò ſunt diverſa, habentia tamen eandem ſimilitudinem. Ad deciſionem ergo prædictorum præmitto, quod ſignum alienum portare prohibere poteſt ille cujus eſt ſignum, ſeu petere quod prohibeatur, ſi ex hoc ipſe injurietur, quia fortè ille cum vituperio portat, ſeu tractat. C. de epiſ. aud. l. minimè, et eſt expreſſum. ex. de exceſ. præla. c. dilect. aliàs de conceſ. præb. c. dilecti. arg. C. de Judæ. l. Judæos quos. Secūdo de hoc poteſt conqueri quilibet tertius qui læditur, & ad ipſius petitionem poteſt prohiberi ne portet. C. de his quæ. pœ. l. j. & ibi no. & in auth. de man. prin. §. pe. Tertiò ſi judex ex officio ſuo viderit hoc ad ſcandalum poſſe eſſe, & diſſentionem ſubditorum, poteſt prohibere, a. C. de lati. lib. tol. l. j. §. ſed et qui domini, ubi circa eos qui pileati incedunt, lex Iul. ſtatuit ne populus decipiatur, expreſſius, ex de Iud. c. in nonnullis. His præmſſis, † in quæ præmiſſa diſtinguitur, quod ſi unus aſſumit arma, quæ alius portavit ab antiquo, & illius non intereſt, nec ex hoc veriſimiliter lædi poteſt. Exemplum, Unus Theutonicus tempore indulgentiæ ivit Romam, ubi

His præmiſſis, in quæſtione præpoſita diſtinguo. 6

ubi reperit quendam Italicum portantem arma antiquorum suorum, & insignia, volebat de hoc conqueri. Certè non poterat, tanta est enim distantia inter utrunque locum, sive domiciliũ, quod ex hoc ille primus lædi non posset, & in his in quibus quadam publica facultate quis occupat sibi usum, non licet quæri, nisi ex magna causa, ut ff. ne quid in flumi. publ. l. j. §. sunt autem qui putant. † Quandoque potest contingere, quòd alterius potest multum interesse: quid enim si odiis plenus, cujus vitæ multi insidiantur, assumat arma, & insignia hominis quieti, & pacifici. Certè illius interest, & poterit facere eum prohiberi, si vituperosè portet, ut dictum est, multo fortius potest peti prohibitio, ne ex hoc, propter unionem armorum, alius pro alio occidatur vel injurietur. Idem, si ex hoc pudor primi aliquo modo læ-

Idem, si ex hoc pudorem primo contigerit aliquem lædi.

datur, arg. d. l. minimè. & l. Judeos & per officiũ iudicis ad quẽ spectat quies popularis, ut ff. de off. præfect. ut l. i. §. quies.

7 Quandoque potest contingere quod multorum de populo interest. Ponamus exemplum in aliis insigniis, quam in his quæ portant pro armis, pone quendam fabrum esse doctissimum: qui in gladiis, & aliis operibus suis facit certa signa, ex quib. opus ipsius magistri esse cognoscitur, & per hoc tales merces melius venduntur, & avidius emuntur: tunc puto quod si alius faceret tale signum, posset prohiberi, quia ex hoc populus læderetur, acciperent enim opus unius pro opere alterius arg. l. i. de Lat. liber. tol. & de Iudæ. c.

8 nonnullis. † Et eadem ratione dico de insigniis quibus utuntur notarij C. de assess. do. l. nemo. §. nec callidis, & in auth. de instr. cau. S. sed instrumenta. & §. oportet & quod ibi no. ubi si alius signum alterius acciperet, posset prohiberi. Idem de signis quibus utuntur fabricatores chartarum de papyro, in similibus per easdem rationes, & hoc

9 similiter expeditur judicis officio, ut dictum est. † Sed secundum hoc quæro, quid relevet habere ista arma ex concessione Principis? R. multum. Primò, quia est majoris dignitatis, sicut dicimus in testamento facto coram principe. C. de test. l. omnium. Secundò, quia non possunt ab alio prohiberi illa portare. C. de jurejuran. l. ij. & ff. de min. l. minor magistratus. in prin. §. ij. Tertiò, quia si duo assumpserunt eadem arma, seu eadem insignia, nec de prio-

ritat

ritate, nec de posterioritate apparet, præfertur ille qui à principe habuit. l. si duas. ff. de excus. tut. Quarto, quia si esset in exercitu, vel alio loco, & quæreretur quis deberet præcedere, [f] debent præferri illius arma quæ à principe sunt concessa, ff. de albo scri. si. C. de consu. l. j. lib. xii. & exem. de maio. & obedi. per tuas, & arg. si duas ff. de excu. tut. Et prædicta intelligo cæteris paribus, scilicet quæ aliàs illi qui habent arma sint æqualis dignitatis, aliàs præcederent arma illius, qui esset in majori dignitate. arg. ff. de albo scriben. l. j. & C. de consul. l. j. lib. xij. Quæro qualiter ista † arma, vel insignia transeant in successorem? 10
Resp. quædam sunt unius domus, seu agnationis, & ista transeunt in omnes de illa agnatione descendentes sive sint hæredes patris, vel avi eorum, sive non, arg. ff. de relig. l. familiaria. & l. seq. nec per divisionem potest assignare uni, arg. C. de relig. l. si sepulchrum, ad cognatos verò, vel affines non pertinent, ut C. de relig. l. Ius familiarum. † Ex 11
hoc posset quæri, an bastardi, vel spurij possint uti illis insigniis, & videtur quòd non, quasi non sint de familia, vel agnatione, ut l. pronuntiatio. ff. de verb. sig. contrarium tamen observatur in Tuscia de consuetudine, cui standum est. Quandoque tamen multiplicantur hi, quod portant talia, insignia, vel arma, & consuetum est per aliquos aliquid apponi ultra, ut ab aliis dignoscantur, & discernantur, quod licet, sicut nomini additur prænomen. Quædam verò sunt insignia alicujus societatis aliquorum negotiatorum, & hîc cum societas ad hæredem non transit, non est tractandum. Sed apud quem remanebit signum, so- 12
cietate divisa? quod enim omnes utantur eo signo, non est equum, ut dictum est. Resp. si quidem erat unus in societate, qui erat capitaneus, & quasi magister societatis, sicut dicitur in simili. ff. de leg. ij. peculium. §. j. tunc apud eum debet remanere signum, quia ipse erat inter cæteros majoris honoris, arg. ff. de fun. instru. l. si. Si verò hîc non erat, tunc apud eum remanebit qui erat socius majoris quantitatis, ut ff. fam. ercis. l. si quæ sunt cautiones. Quid si omnes sunt æquales? Tunc forte dirimendum est, ut d. l. si quæ sunt cautiones: puto tamen quod si dissoluta societate remanet negotiator, debet remanere signum,

hoc ideò, quia aliorum non intereſt. Item quia quanvis diſſoluta ſocietas ſit, tamen negotiatio remanet penes illum, ergo iniquum eſt quod ſignum, quod erat acceſſorium negotiationi, ſeparetur ab ea.arg. C. communia utriuſque iud.l. poſſeſſionum, quædam verò ſunt inſignia artificij cujuſdam, ſeu peritiæ. Et hic advertendum, quandoque ſunt ſigna quædam artificij, in quibus principaliter operatur qualitas loci. Exemplum, In Marchia Anchonitana eſt quoddam nobile caſtrum, cujus nomen Fabrianum, ubi artificium faciendi chartas de papyro principaliter viget, ibique ſunt edificia multa ad hoc, & ex quibuſdam artificiis meliores chartæ veniunt, licet etiam ibi faciat multùm bonitas operantis, & ut videamus hic quodlibet folium chartæ habet ſuum ſignum, per quod ſignificatur cujus edificij eſt charta. Dic ergo quod iſto caſu apud illum remanebit ſignum, apud quem remanebit ædificium ipſum, in quo fit, ut ſive jure proprietatis, ſive jure conductionis, ſive in mala fide remaneat toto tempore, quo realibus.arg. ff. de ſervi.ruſt. præd. l. via. conſtit. §. fi. & ff. ſi ſer. ven. l. ſecunda §. fi. & l. ſeq. & quemad. ſer. amit. l. uſus fructus, & l. ſeq. & idem in conductione talium officiorum, arg. ff. loca. l. ſed addes. §. illud. & l. videamus. §. item proſpicere. Quædam verò ſunt inſignia artificij, in quo principaliter bonitas artificij operatur, ut videmus in ſignis quæ apponuntur in ſpatis, gladiis, & aliis operibus metallorum, & iſto caſu omnes qui ſtant in una ſtatione, poſſunt uti iſto ſigno quaſi magiſter principalis iſtius ſtationis approbet illa opera, ut in auth. de tab. §. nos autem. & no. in gl. quæ incipit, cave tibi, in fi. gl. Si verò ſeparentur, tunc ſignum debet remanere apud ipſum, qui principaliter erat in ſtatione. arg. ff. de fun. inſtr. l. fi. &. S. dixi. Sed ſi fortè omnes erant æquales ubi invicem conveniunt, apud quem remaneat illud ſignum ſorte dirimetur, ut d. l. ſi quæ cautiones. fam. erciſ. Secundò principaliter † eſt videndum, qualiter iſta arma, ſeu inſignia ſunt pingenda, infigenda, & portanda. Ad quod ſciendum eſt, quod quandoque portantur in vexillis, & vehiculis. quandoque in veſtibus hominis, quandoque in clypeis, quandoque in coopertoriis lectorum & ſimilib. locis ſtabilibus.

libus. Circa quodlibet prædictorum aliqua videamus, circa quod ſciendum eſt, quod iſta inſignia quandoque ſumuntur ex aliqua re exiſtente, ut multi aſſumunt aliquod animal, vel caſtrum, vel montem, vel florem; vel aliquod ſimile: quandoque iſta inſignia non aſſumuntur ex aliqua re exiſtente, ſed ſunt ſigna ſimplicia, ſcilicet variationes quorundam colorum, vel per dimidia, vel quarteria, vel per aliquas literas rectas, tranſverſas, vel ſimiles: quandoque miſta ex utroque. His præmiſſis videamus † qualiter portentur in vexillis illa ſigna quæ ſignificant aliquam rem præxiſtentem. Ad quod dico, quod ars imitatur naturam, in quantùm poteſt, unde iſta inſignia debent eſſe ſecundum naturam rei quam figurant, & non aliter. arg. l. ſi pater in fi. l ſeq. ff de adop. & de ſta. ho. l. non ſunt liberi. De natura autem vexilli cùm portatur in haſta, ſecundum illũ uſum ad quem vexillum deſtinatur, haſta præcedit, vexillum ſequitur. Unde quandocunque animal quod debet deſignari in vexillo, facies ejus debet reſpicere haſtam, cum de natura faciei ſit antecedere, idem & in omni re, & figura quæ habet partes quæ denotantur per ante, et poſt, ut in præcedenti libro dictum eſt, tunc enim ſemper pars anterior rei debet eſſe verſus haſtam, alias videretur retro cedere tanquam monſtrum. Sed ſi alicu us rei pars anterior ſolum portaretur pro armis, et inſigniis, ut ſunt quidam qui faciem arietis, vel bovis, pro ſuo ſigno portant, tunc non poteſt pars anterior reſpicere haſtam, ſed à latere reſpicit. Sed dubitatur qualiter † dicta animalia debent deſignari, utrùm quaſi ſtent recta, an quaſi per terram planè ambulent, vel quomodo. Reſp. dicta animalia debent deſignari de nobiliori actu eorum, & etiam quo magis ſuum vigorem oſtendat, ut ff. de ſta. ho l. quæritur. & de acq. rer. do. l. quicquid. §. cum partes, ſic etiam ab antiquo uſitatum eſſe videmus, quod princeps in majeſtate, pontifex in pontificalibus depinguntur, & deſignantur. Nunc ad propoſitum dico, quod quædam animalia ſunt quorum natura fera eſt, ut ff. de poſtul. l j. §. beſtias, & iſta debent deſignari in actu feroci, ut Leo, Vrſus, & ſimilia, figuratur ergo Leo erectus, elevatus, mordax ore, & ſedens pedibus, & idem in ſimilibus animalibus, ex hoc

Per aliquas liſtas rectas, tranſverſas, vel pendentes.

14 (beside "que miſta ex utroque. His præmiſſis videamus † quali-")

15 (beside "à latere reſpicit. Sed dubitatur qualiter † dicta animalia")

16 (beside "iſta debent deſignari in actu feroci, ut Leo, Vrſus, & ſimi-")

enim actu magis ſuum vigorem oſtendit. Quædam ſunt
animalia non ferocia,& in his inſpici debet nobilior eorum
17 actus diverſimodè. Unde ſi quis equum pro ſuis armis
portaret, non deberet eum deſignare rectum,& elevatum,
hoc enim vitioſum eſſet in equo, ideò debet deſignare rectũ,
& elevatum parte anteriori aliqualiter, quaſi equus ſali-
18 ens. In hoc enim actu magis ejus vigor oſtenditur. † Sed
ſi quis pro ſuis armis agnum portet, tunc deſignare debet
quaſi planè ambulantem per terram. In eo enim actu max-
imè ejus vigor oſtenditur. De quib. & omnibus animali-
19 bus ſimilia dicenda ſunt. † Circa pedes etiam adverten-
dum eſt, quod ſemper pes, qui antecedat, ſit pes dexter,
quia ut in præced. lib. dictum eſt, pars dextera eſt princi-
pium motus, alias ſignare talem figuram lævam eſſet, quod
vitium ſonat, ut ff. de ædi. edi. l. qui clavum. §. item ſcien-
dum, ſed hic erat dubium. Quid ſi in una parte vexilli fi-
guraretur tanquam pes dexter præcedere, ab alia parte vi-
debitur pes ſiniſter præcedere, hæc autem incongruitas ma-
gis evidenter apparet in his qui pro ſuis armis aliquam lite-
ram, vel literas portant. Nam ab una parte ſunt literæ
rectæ, ab alia parte communiter non eſt forma literarum,
quod apparet ſi quis literas converſas à latere converſo reſ-
20 picit. Sed dicendum eſt, quod † ſicut in literis reſpicitur
alia pars quæ reſpicit ſcribentem, non pars converſa, ita
in vexillo inſpicitur pars quæ reſpicit portantem, non alia,
quod enim ex alia parte eſt, non ex principali propoſito
contingit, ſed per accidens, ſicut ſi quis ſeipſum in ſpecu-
lo aſpiciat, quod enim in ſe dexterum eſt, in ſpeculo ſini-
ſtrum apparebit, & prædicta vera in vexillis quæ portantur
in haſta, cujus recta natura eſt, ut elevata portetur, & re-
cta, ut ff. de ſervi ruſt. præ. l. qui cella in prin. Sed ſi lo-
21 quimur † de vexillis, & vexillis quæ portantur in tubis,
quarum natura propriè eſt, ut ad os tubicinum poſitæ,
quaſi per planum gerentes poſitum, tunc facies rei, vel de-
ſignatæ pars anterior non debet inſpicere tubam, ſicut ha-
ſtam, non enim tuba eſt pars anterior, ſed ſuperior, & ſic
debet partem anteriorem illius vexilli tubæ planè jacentis
portare. Et prædicta vera in dubio quando de proprietate
22 armorum, & quid inſpiciat, tractatur. Sed quid ſi por-
tentur

tentur duo animalia se invicem respicientia, & tunc non est locus prædictæ investigationi, quia in incertis & non certis, locus est conjecturis, l. continuus §. cùm ita. ff. de ver. obl. & no. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando illud. Circa secundum nota † quod quando arma sunt quæ- 23
dam insignia simplicia, & varietates quorundam colorum, tunc advertendum est qualiter debent portari, & in nobiliori loco poni. C. de offi. præfec. urb. l. j. & de off. rec. provin. l. potiores. & de consul. l. j. lib. xii. Item præmitto quod locus prior, & superior est nobilior posteriore, & inferiore, ut d. l. & de al. scrib. l. j. hoc præmisso dico quod arma quandoque variantur per medium, ut quia quis portat banderiam duorum colorum, tunc aut dividuntur per medium ante, & post, in istis casibus in dubio etiam color nobilior debet esse superior id est, in ea parte quæ respicit cœlum, vel ante. j. in ea parte quæ respicit hastam. Si verò variatur per quarteria, tunc nobilior color debet esse in quarteno superiori, & anteriori, prope hastam. Si verò variatur per listas dictas, tunc lista colorum nobiliorum debet esse prope hastam. Si verò variatur per listas transversales, lista nobilioris coloris debet esse versus cœlum. Si verò listæ, vel bandæ sint pendentes, tunc cum hasta habet se tanquam pars prior in banderia, ideò pars magis elevata debet respicere hastam. Ista omnia probantur ex præsuppositis. Sed dubitatur quis color sit nobilior, tunc advertendum est diligenter. Nam color unus est nobilior altero respectu ejus quem repræsentat secundũ se. Primò † color aureus nobilior est per eum, cui 24
presentatur lux. si quis enim vellet figurare radios Solis, quod est corpus magis luminosum, hoc non posset congruentiùs facere quam per radios aureos, constat autem quod nil luce nobilius, & certè nihil est: C. de sum. trin. & fi. cath. epistola inter claras, ibi, nihil est quod lumine clariore præfulgeat, & C. ne fil. pro pat. aut. habita. ibi totus mundus illuminat. Et ideò in sacra pagina pro re maximè excellente figuratur, ut ubi fulgebunt justi, sicut Sol. Matth. vij. & alibi, Resplenduit facies ejus, sicut Sol. ut Matth. xxiij. & propter hujus nobilitatem nulli licet portare vestes aureas, nisi Principi. C. de vesti. olo. & de aura. l. j. & ij. lib. xij. Sequens color nobilis est, color

25 † color purpureus, ſeu rubeus. qui figurat ignem, qui eſt
ſuper alia elementa, & nobilius elementorum eſt, & cor-
pus poſt Solem ſecundario luminoſum, & propter ejus
nobilitatem nulli licet portare veſtes Coopteras ejus colore,
ut C. de veſt olo l. ij. & iiij. & v. lib. xi. & in d. l. exprimi-
26 tur dictum colorem eſſe nobiliorem aliis. Sequens † poſt
prædicta color eſt azureus, per eum enim figuratur nobi-
lis aer, qui eſt corpus tranſparens, & diaphanum, & max-
imè receptivum lucis, & eſt elementum ſequens, poſt
ignem, nobilius aliis; unde prædicti colores propter id,
quod repræſentant, dicuntur nobiliores. Qualiter † au-
27 tem colores dicuntur nobiliores ſecundum ſe? dico, ſicut
lux eſt nobiliſſima, ejus contrarium dicuntur tenebræ,
& ſic viliſſimè ſit in coloribus ſecundum ſe. Color albus
eſt nobilior, quia magis appropinquat luci. Color niger
eſt infimus, quia magis appropinquat tenebris. Colores au-
tem medij ſunt nobiliores, & etiam minus nobiles ſecundũ
plus, & minus, quod appropinquant albedini, vel nigre-
dini. Iſtud videtur dictum Ariſt. in lib. de ſenſu, & ſen-
ſato. Dixi, quod quandoque iſta arma portantur ſuper
28 veſtibus hominum. Nunc iſtud quod in armis habet ſe ut
pars ſuperior, debet eſſe verſus caput hominis, quod verò
habet ſe, ut inferior, verſus pedes. Item in eo quòd de-
pingitur in anteriori parte hominis, ut in pectore, pars
nobilior armorum debet reſpicere latus dextrum, eſt enim
illa nobilior pars, & principium, ut in præcedentib. di-
29 ctum eſt. De eo † verò quod depingitur à parte poſterio-
ri hominis, poteſt dubitari. Pro cujus declaratione præmit-
to illã quæſtionẽ quæ fuit inter Judæos, et me, dum Hebrai-
cum addiſcebam, dicebant enim quod mos ſcribendi noſter
non erat rationabilis. Incipimus enim à latere ſiniſtro
ſcribere, et trahimus literam ad latus dextrum, et illud
quod debet eſſe principium motus, eſt terminus, et illud
quod debet eſſe terminus, eſt principium, ac modus ſcri-
bendi eorum eſt rationabilior, quia incipiunt à latere
dextro, et vadunt verſus ſiniſtrum. Ad quod tollen-
dum, dicebam, quod aliquid rationabiliter debet fieri reſpe-
ctu finis ad quem ordinatur, ideò finis dicitur primus
intellectus operantis, et hæc naturaliter ſunt vera, et
pro-

probatur per legem. Nam et si intellectus operantis finis sit rationabilior, etiam si postea no sequitur, non dicitur rationabiliter operari. ff. de neg. gest. l. sed an ultro §. i. cum si. Sed prædicta scriptura fit, ut legatur. Legere autem, est oculis inspici. ff. de his quæ in test. delen. l. 1. §. 1. & sic legere fit per visum, videre autem est facti, ut Phy. dicunt: scriptura autem representata in oculis nostris agit in oculis nostros, oculti autem pati dicunt, quod patet quia ex hoc læduntur. Cùm ergo scriptura agat in oculis, debet ista actio incipi à latere dextro ipsius scripturæ, quia illud latus est principium motus, seu actionis. sed latus dextrum scripturæ, quæ nos respicit, est, respectu lateris nostri, sinistrum, sicut si homo volvat vultum suum versus meum directò, latus ejus dextrum respectu mei est sinistrum. Et sic apparet quòd nos in scribēdo magis rationabiliter operamur: inspicimus enim finem, si ut à latere dextro scriptura in omnibus incipiat operari secundum modum Judæorum, incipiat à latere sinistro. A quæstionē propositā qualiter arma debeant pingi rationabiliter à parte superiore, super veste hominis, dico quod illa pars armorum quæ se habet ut anterior vel nobilior, debet esse versus latus sinistrum hominis portantis. Ratio, quia illius arma sicut illius respiciens rectè illud videas, facies ergo istius arma à parte posteriori. Sed fingo unum hominem habere unam faciem retro, procul dubio latus quod erat sinisrum ex parte posteriori, erit dextrum. Sed pone aliquem velle scribere Latinè in speculis alicujus, absque dubio incipiet à parte sinistra, quoniam illo respectu literæ erit dextra, ut suprà ostensum est. † Ex his etiam apparet quod literæ, & arma debent incidi in sigillis per conversum, quoniam fit ad finem imprimendi in ceram, vel aliam materiam, & remanet rectum, & sic inspicere debemus finem ad quem fit, non id quod fit. Si verò incideretur in aliqua re, non ad sigillandum, sed ut sic esset, tunc debet incidi directè. Quandoque † dicta arma depinguntur in clypeis, tunc similiter pars clypei, quæ, secundum naturam portandi, respicit latus dextrum, illa enim assumitur, ut potior, ut patet ex his que dicta sunt. Quandoq; † portantur, & pinguntur in coopertoriis equorum, & tunc sive à parte dextra, siveàpar-

Vel pone aliquem velle scribere latinè in scapulis alicujus.

à parte ſiniſtra debet reſpici, pars nobilior, caput equi, monſtruoſum enim eſſet quod unus caput equi reſpiceret, & alius caudam: hoc autem quod nulli licet magis accederet, & cùm deberent ſtare in fronte, vel in groppa, tunc latus dextrum reſpiceret, ſecundum ea quæ dicta ſunt.
33 Quandoque † depinguntur in coopertoriis lectorum, & ſimilium, & tunc debet inſpici ea res in qua debet pingi, cùm ſtat in ſuo proprio eſſe, ſunt enim in coopertoriis lectorum quædam partes quæ circa lectum, quædam verò quæ planè jacent ſuprà, & in parte jacenti formam pingendi ſumunt à forma hominis jacentis in lecto, in parte verò pendenti. *In* omni autem loco aſſumatur forma pingendi arma à forma hominis rectè jacentis. Quandoque figurantur vel pinguntur in parietibus, vel aliis ſtabilibus locis, & tunc ſi quidem locus ubi pingitur, habet ſe ut paries, conſideratur paries, ut faciem ſuam volvat verſus nos, & hc latus dextrum parietis cognoſcentis, & ſic facies nobilior arborum volvatur verſus partem dextram. Prædicta vera, niſi ex cauſa. Quid enim ſi in medio unius parietis depingatur ſtatua Principis, vel alterius excellentis, vel fortè arma regia, tunc alia arma, quæ ab utraque parte depinguntur, debent illam ſtatuam, vel ipſius arma inſpicere, non inſpecto à dextris, vel ſiniſtris volvatur, ad ſimilitudinem hominum trium circa dominum exiſtentium, homines enim ſe voluunt verſus eum, ſed ſi locus ubi pingitur habet ſe, ut cœlum, veluti cameræ, vel aulæ, tunc ex dictis in præcedenti libro cognoſcendum eſt, ubi dicatur caput, & ubi aulæ, vel cameræ, poſtea finge hominem jacentem, & vultum verſus nos volventem, ex quo conſidera dextram partem, & ſiniſtram, & ſic modum depingendi, & ingreſſum, ut ex præcedentib. patet. Si autem locus ubi pingitur, habet ſe ut cœlum, ſeu terra, tunc eodem modo conſidera caput, & pedem jacentem ibi, & voluentem vultum verſus nos, & cognoſcens dextram, ſive ſiniſtram, ex quo modum rationabilem depingendi invenies. Unum tamen ſcias, quod licet arma & inſignia ſua poſſet in terra ſculpere, tamen arma alicujus domini ſui, vel majoris non licet in terra ſculpere, vel

Principis, vel Regis, vel alterius excellentis, vel forte Regina cum geminis aureis in campo azureo. al: vel forte arma regia cum liliis aureis in campo azureo.

vel pingere, ut C. ne li. fig. ſalva, Chriſti, &c, in rubro, & nigro, &c.

Ad calcem codicis Neviani hæc leguntur. *Tractatum de Inſigniis & Armis à Domino Barthold de Saxoferrato excellentiſſimo legum profeſſore, quem non credo compleviſſe, compoſitum, publicavit poſt mortem dicti Domini Bartholi, Alexander ſuus gener, ſolempniſſimus legum Doctor, qui diſputavit primam quæſtionem ſub annis Domini* 1358. *Indictione* 11. *die* 20. *menſis Januarij, Amen.* De Bartholo, & ejus genero Nicholao Alexandro vide Pancirolum, *de claris legum interpretibus.* Foſterum, *de hiſtoria Juris Civilis & Romani*, & Cæſarem Chriſpoltum, in deſcriptione Peruſiæ.

Pag. 4. lin. 24. *Propter furtum Gneus Flavius conſecutus eſt nobilitatem*]

Ille cum ſcriba eſſet, populuſque, qui dies faſti qui nefaſti eſſent, ignoraret, eorumque notionem à Juriſconſultis peteret, ipſe faſtos circa forum propoſuit, ut quando lege agi poſſet, ſciretur, quo beneficio populi gratiam, ſimulque curulem ædilitatem libertino patre natus, *cum ingenti Nobilitatis indignatione* (aſſerente Valerio Maximo) obtinuit. *Tantumque Flavij Comitia indignitatis habuerunt* (inquit Livius) *ut plerique Nobilium annulos aureos, & phaleras deponerent.* Vide Plinium lib. 33. cap. 1. & A. Gellium lib. 6. cap. 9.

Pag. 4. lin. 33. *Sic & matrimonium, quia mulier nobilitatur propter virum ſine aliqua ejus virtute*]

La Femme Ignoble mariee avec un Gentil-homme eſt anoblie; & porte Nom & habillement de Damoyſelle, parce que l'honneur & la reverence qui eſt deüe au mary Noble, eſt pareillement deüe à la femme, encore qu'elle ſoit de race ignoble. Auſſy luy proffite la condition du Mary, de facon que ſi la fille naturelle eſpouſe un Mary naturel & legitime, elle ſera ligitime par ce moyen. Florentin de Thierriat *de la Nobleſſe de Race.* Tum à marito tum à lege mulier habet nobilitatis & libertatis privilegia. Nec refert (inquit Joſias Nolden libro in qui inſcribitur *de ſtatu Nobilium civili*) etiamſi nupta ex ſpurio coitu concepta ſit, atque hoc Nobilitatis privilegio gaudeat ſponſa, quamvis ad mariti domum deducta nondum ſit. Maritum etiam nobilitari ab uxore, quæ Principiſſæ lateri adhæret, ſcribit Menochius de caſ. 68. num. 38. *In hoc Regno* (loquitur de regno Neapolitano Erancıſcus de Petris) *vetus in olevit conſuetudo, ut vir Comitiſſæ inter Comites æquo jure ſedeat.*

Pag. 4. line 35 *Et mater aliquando nobilitatur per filium*]

Ex Propertij lib. 4. Eleg. ult. colligit Schaliger, matronas honorariis veſtibus, curru, ſellaque curuli efferri, quæ filios conſulares, aut aliis curulibus magiſtratibus functos relinquerent. Illarumque laudes, ut ſi virorum eſſent, ad cantus & tibiam orator proſequebatur. *Ut autem feudum regulariter non tranſit ad Parentes, ita nec Nobilitas.* Tiraquellus *de Nobilitate* cap. ib. n. 2. *Non enim aſcendit, ſed deſcendit. At quamvis multa jura contrarium probare videantur, revera tamen nihil aliud probant, quam quod ex filiorum dignitate coboneſtentur.* Joſias Nolden.

In jure civili à latere materno non censetur Nobilitas. Tota enim generis nobilitas, ac familiæ splendor à viris pendet. Idque adeo verum est omnium fere populorũ moribus ac institutis,ut fœminæillustres quæ maritis ignobilibus nupserint, partam nobilitatem amittant, nec liberi ullum nobilitatis decus à matris origine sibi vindicare possint. Consuetudine tamen & statuto introduci potest, ut quis ex materno sanguine nobilis habeatur. Herodotus de Lyciis tradit, hoc unum eos præter cæteros homines pro lege habere peculiare, quod à matribus sibi nomen induant: & si quis obvium percontetur,quisnam sit? quali familia ortus? à matribus avisque maternis protinus genus suum repetat.In Campania etiam Matrem liberis nobilitatem præstare, scribit Franciscus Connanus *Comment: Juris lib.* 12. *cap.* 11. Idque ex eo ortum, dicit ille, quod deleta bello Campanorum nobilitate, viduæ plebeis ex privilegio, aut in perpetua viduitate consenescere, quam ignotis aut extraneis procis adhærere maluerint. Lovanij septem Familiæ primariæ sunt, quibus jus etiam est,ut nobilitatem per fœminas transmittant,*Sic,inquam*(Lipsius loquitur)*ut si quis plebeius aut impar fœminam talem nobilem ducat; liberi è conjugio nati habeantur nobiles, & senatoria atque alia munia usurpent.*

Bruxella etiam septem illustres & Patricias familias habet: quarum fœminæ, prisco quodam privilegio, quasi viri, in nomen & ius Majorum succedunt. *Quia Nobiles* (verba suntPuteani) *etiam maritos nuptiis Nobiles reddunt; quia Patriciæ, Pratricios, & Reipublicæ capaces. Putes etiam in dotem,familiam & nobilitatem adferri. In aliis igitur, aliisque familiis, septem usque sunt; & quamvis intermoriantur, vivunt.* Hæc ille. *Ut enim in jure civili, qui est de matre libera, liber est; item jure naturæ qui à Dea matre est, Deus sit necesse est.* Cicero lib.3. *de Natura Deorum.*Vide Gardiolam *De Nobleza*,cap. 8.

Pag.6.lin.1 *Sed ex hac nobilitatione non consequitur quis generositatem; quia generositas descendit ex jure naturæ, & est in sanguine: ubi requiritur de necessitate, si iste est generosus, igitur tritauus ejus fuit generosus*]

Henricus,ejus nominis octavus rogatus aliquando ut quendam nobilitaret,negabat hoc suæ esse potestatis; Se quidem posse Equitem aut Baronem efficere;sed ut nobilis fieret, non suum sed temporis opus esse.Inter Fetiales nostros distinctio receptissima est; Esse alios sanguine nobiles,alios scuti symbolo. Primum genus est eorum quorum avi scutarium portarent emblema: alterum vero eorum, qui proprium haberent & legitimum symbolum. Nemo nisi è primo genere recipiebatur in ordinem Periscelidis: aut fiebat istius nobilissimi ordinis Fetialium Princeps: (vulgo Garterus dictus) aut Baronettus. Nazianzenus, oratione vigessima octava, diversa nobilium genera enumerans, diplomate factos infimo loco ponit. *Ancus Martius*, inquit Livius, *una Numæ imagine nobilis:* quo dicto imaginum multitudini nobilitatem videtur tribuere.

Pag 6.li.8 *Quia sanguis non purgatur usque ad quartum*]

Spurij & eorum posteri, ad decimam usque generationem, prisca Judæorum lege,templo prohibiti. Apud nos, illigitimæ sobolis notam, nothorum non nisi nepotes abjiciunt.

Non

Pag.7.lin.2. *Non existentes Milites aliquando Milites faciunt & creant: quales sunt Papa, & magni Barones non milites.*]

Nul ne donnoit l'accollee, si luy mesme ne l'voit auparavant receu. Pierre de Sanct Julien. *De l'antiquitè & origine des Bourgognons, & de leur estates. Chap.* 27. Equestrem vero dignitatem ritè dari ab eo qui summam potestatem habet nemo nescit.

Pag 8.lin.4. *Creantur, ut dixi, aliquando Milites per non Milites consuetudine vel statuto. Ut forte est consuetudo vel statutum in Civitate Jerosolyma, quod hostiarius vel custos ostij Sepulchri solus creabit milites ibi creandos.*]

Peragitur hac ceremonia à loci Gardiano, (inquit Princeps Radzivilius, in sua Jerosolymit. Peregr.) *pro tempore existenti (ex privilegio antiquitus à summis Pontificibus concesso:) qui, quandoquidem, ut superius dictum est, Constantinopolim profectus erat, ejus loco, munus hoc idem ille P. Vicarius absolvit.* Qui ritus & cæremoniæ in hac dignitate conferenda adhibeantur, Favinus copiose explicat, quem vide. Nonnulla ex eo mihi quidem visa, & quoniam memoratu non indigna sunt, ne quid studiosi requirant, subdidi.

Le pape Alexandre Sixiesme du nom, l'an Quatriesme de son Pontificat, & de Grace mille Quatre Cents Quatre-Vincts Seize, transporta au sainct siege, & à luy, le pouvoir de conferer cet Ordre de Chivaliers du Sainct Sepulchre, & s'en declara luy, & ses Successeurs Papes, Chefs & Soverains Grands Maistres d'iceluy, donnant pouuoir à son Vicaire General Gardien du Sainct Sepulchre, qui est tousioures de la Regle de Sainct Francois d'Assisse) de conferrer cest Ordre aux Pelerins, & Viagers de la Terre Saincte, Mariez, ou non Mariez, moyennant qu'ils facent le serment sur le dict Sainct Sepulchre d'estre Nobles de extraction, ou de vacation, & d'avoir des biens à suffisance pour viure, sans faire traffic & marchandise de gaine turpe, & deshonneste, & d'aller en Armes en la terre Saincte, ou soudoyer homme capable pour se faire à leurs despens, si les Princes Chrestiens mettoient en campagne vne Armeè pour le recouurement de la terre saincte Mais il est advenu par la necessitè de la Famille des Cordeliers du dict Sainct Sepulchre, que le Gardien donne & conferre cet Ordre à quiconque le demande, sans une exacte enqueste ou tesmoignage authientique de la Noblesse de celuy qui se presente, moyennant trente Sequins d'or, que l'on donne au Convent, de sorte que la plus part de ces Chevaliers du Sainct Sepulchre sont Roturiers, & Mercadents, qui commencent leur Chevalerie par un faux serment, faute d'entendre le Latin; & que le Gardien ne faict pas l'Enqueste en Francois, car ie ne parle que de ceux de nostre Nation. Le Theatre d'Honneur, par Andre Favyn, T*ome* 2. *liure* IX. *p.* 1596. &. De hac etiam re verba facit Bartholomeus à Saligniaco in libro qui inscribitur. *Itinerarium Terræ Sanctæ,* è quo (quia omnium manibus non teritur) integrum locum transcribere non gravabor. *Militaris Nobilitatis illustria dantur insignia, quibus peregrini bonorum morum, atque natalium, in Milites Christi consecrantur hoc ritu solemi. Primum interrogantur num illegitimi sint, an infantes, criminosi, aut suspecti in fide? Secundo, in sacram Christi militiam conscribuntur. Tertiò, dant militia sacramentum. Quarto,*

 balthe o

baltheo militari cinguntur, pendente à femore gladio. Quinto, exemptum ensem manu comprehendentes vibrent, dato juramento per sphæram capuli, crucem, atque mucronem, semper pro fide Catholica, *justitia, & terræ sanctæ laudibus se militaturos. Sexto, aurata calcaria pedibus inseruntur, ut parati sint per terram sanctam (si res postulat) equos ascendere, urgere sonipedem, ut equites aurati digni sint nominari. Pro his decem aurei coronati in usus Sacri Sepulchri solvuntur.* Post deinde hæc dicit.

Restat ergo hos milites sacros ejusdem, & majoris esse dignitatis quam sunt reliqui milites, eo quod vel ex progenie, vel unius belli periculo hunc ordinem consequuntur; illi autem ex multis laboribus, periculis, & sumptibus, suffragante piissima causa, militaris ordinis consequuntur insignia. Merito ergo eisdem & potioribus privilegiis gaudent; inter quæ est, quod nuper ex terra Sancta reversi, si quod corpus suspensum patibulo in via repererint, exempto gladio funem præscindere possunt, & ut sepulturæ mandetur imperare.

Cette Chevalerie à esté anciennement tant reverere des Soverains Pontifes, Roys, & Princes Christiennes, qu'ils luy ont conferè plusieurs privileges, dont ils iouyssent encore en dyverses Provinces : specialement en Italie & Espagne ne sont point suiets à l' inquisition ; on ne visite point leur bagage, mesme ils ne payent aucune doiiane, ny tributs par tout ou ils passent, pourveu que ce qui leur appartient soit marquè de la Croix. Eugene Roger, au description de la terre sainċte.

De militibus Hierosolymitanis vide Jacobum Villamontium, Joannem Cotovicum, Petrum Bellonium, & alios.

Pag. lin. 18. *Creantur & alio modo Milites, videlicet per Balneum, qui modus observatur in Anglia, & aliis regnis ubi regnat pax.*]

Lavatio antiquitus, pœne omnium nationum, ritus erat in initiationibus, tam religiosis quam civilibus. Equites, quos nos Bacchalaureos dicimus, balneo olim excipiebantur. Num equites illi quadraginta & sex, ab *Henrico quarto* in sua Inauguratione creati, quorum in Froissardo mentio fit, ejus ordinis fuerint quem nos *Balnei* dicimus, quique Baccalaureos Equites præcedunt, non magnopere contendimus. De Balnei Equitibus Camdemum legito, & Segarum. Ritus in hac dignitate conferenda servari solitas, sicuti in vetusto libro gallico MS. se habent, adeoque eorum imagines, in alio libro (qui in Bibliotheca Næviana est) delineatas, (quoniam talia horum studiorum fautoribus placitura sperabam) hic placuit inserere.

Camden *d'or à une fasce accompagnee de six croisettes recrosees fitches de sable*
Segar *d'azur à la croix ancree d'argent.*

Cy

Cy apres enſuit L'ordonnance & maniere de creer & faire novueaulx Chevaliers Du baing, au temps de paix, ſelon la Cuſtume d'Angleterre.

QUant ung eſcuier vient en la Conr pour recevoir lordre de Chevalre en temps de paix ſelon la Cuſtume d'Angleterre, Il ſera treſnoblement receu par les officiers de la Cour, comme le Seneſchal, ou du Chamberlain, ſi ilz ſont preſens, & autrement par les mareſchaulx & huiſſiers. Et adonc ſeront ordonnez deux Eſcuiers d'onneur ſaiges & bien aprins en courtoiſies, & nourritures, & in la maniere du fait de chevalrie: & ilz ſeront eſcuiers & gonnerneurs de tout ce qui appartient à celluy qui prendra l'ordre deſuis dict. Et au cas que le'ſcuier viengne devant diſner, Il ſervira le Roy de une eſcuelle du premier cours ſeulement. Et puis les dicts eſcuiers gouverneurs admeneronc l'eſcuier qui pendra l'ordre en ſa chambre ſans plus eſtre veu en celle Journee. Et au veſpre les eſcuiers gouverneurs en noyeront apres le barbier & il apparellernot ung baing, gracieuſement appareille de toile, auſſy bien dedans la Cune, que dehors : & que la cuue ſoit bien couuerte de tapiz & manteaulx, pour la froidure de la nuyt. Et adoncques ſera l'eſcuier rez la barbe, & les cheueulx ronde. Et ce fait les eſcuiers Gouuerneurs yront au Roy, & diront, Sire Il eſt veſpre, & l'eſcuier eſt tout appareille au baing, quant Vons plaira. Et ſur ce le Roy commandera à ſon chamberlan qu'il admene anecques luy en la chambre de l'eſcuier le plus gentilz & le plus ſaiges chevaliers qui ſont preſens, pour lui Informer & conſeillier & enſeigner lordre & le fait de chivalrie. Et ſemblablement que les autres eſcuiers de l'oſtel, auec les meneſtrelx, voiſent pardevant les chevaliers, chantans, danſans, & eſbatans, Juſques à luys de la chambre du dit eſcuier.

Et quant les eſcuiers gouuerneurs orront la noiſe des meneſtrelx, Ilz deſpouilleront l'eſcuier, & le mettront tout nu dedens le baing. Mais a l'entree de la chambre les eſcuiers gouuerneurs feront ceſſer les meneſtrelz, & eſcuiers auſſi, pour le temps. Et ce fait les gentilz ſaiges Chevaliers entreront en la chambre tout coyement ſans noiſe faire: & adoncques les chevaliers feront reverence l'un à l'autre, qui ſera le premier pour conſoillier l'eſcuier au baing l'ordre & le fait. Et quant ilz ſeront accordes dont yra le premier au baing, & ylec ſ'agenoillera par devant la cune en diſant en ſecret. Sire à grant honneur ſoit il pour vous ceſt baing, & puis lui monſtrera le fait de l'ordre, au mieulx quil pourra, & puis mettra de l'eaue du baing deſſues l'eſpaulle de l'eſcuier ; & prendra congie : & les eſcuiers gouerneurs garderont les coſtes du baing. En meſme maniere feront tous les autres Chevaliers, l'un apres l'autre, tant q'uils ayent tous fait. Et donc partiront les chevaliers hors de la chamber pour ung temps. Ce fait les eſcuiers gouuerneurs prendront l'eſcuier hors du baing, & le mettront en ſon lit tant quil ſoit ſechie : & ſoit le dit lit ſimple ſans courtines. Et quant il ſera ſechie, il levera hors du lit & ſera addurne, & veſt bien chauldement pour le veillier de la nuyt. Et ſur tous ſes draps Il veſtira une cotte de drap Rouſſet, auecques unes longues manches, & le chapperon a la ditte Robe en guiſe de ung hermite. Et l'eſcuier ainſi hors du baing, & attorne, le barbier oſtera le baing, & tout ce quil à entour, auſſi bien dedens, commen dehors, & le prendra pour ſon fie enſemble pour le collier, comme enſi ſi ceſt chevalieur ſoit Conte, Baron, Baneret, ou Bachelier, ſelon la cuſtume de la Cour. Et ce fait les eſcuiers gouuerneurs ouueront luys de la chambre, & feront les ſaiges Chevalieurs reentrer pour mener l'eſcuier á la chappelle Et quant ilz ſeront entrez, les eſcuiers, eſbatans & dansans, ſeront admenes pardevant l'eſcuier anecques les meneſtrels faiſans leurs melodies juſques à la chappelle. Et quant ilz ſeront entrez en la chapelle, les eſpices & le vin ſeront preſtz adonner aus dits Chevalieurs & eſcuiers : & les eſcuiers gouverneurs admeneront les Chevalieurs pardeuant leſcuier pour prendre congie ; & il les mercira touts enſemble de leur travail, honneur, & courtoiſies quilz lui ont fait : & en ce point ilz departiront hors de la chappelle. Et ſur ce les eſcuiers gouerneurs

neurs servieront la porte de la chapelle, & ny demorera force le'scuiers ses gouuerneurs, ses prestres, le chandellier, & le guet. Et en ceste guise demourra lescuier en la chapelle tant quil soit jour, tousiours en oroisons & prieres: requerant le puissant seigneur, & la bennoite mere, que de leur digne grace lui donnent pouoir & confort aprendre ceste haulte dignite temporelle en l'onneur & lovenge de leur, de sante eglise, & de l'ordre de Chevilere. Et quant on verra le point du Jour, on querra le prestir pour le confessor de tous ses pechies, & orra ses matines, & messe, & puis sera accommuschie, sil veult. Mais depuis l'entree de la chapelle aura ung cierge ardant deuant luy. La messe comencee ung des governeurs tiendra le cierge devant l'escuier Jusques à leuangille. Et à leuangille, le gouuerneur baillera le cierge à l'escuier, Jusques à la fin de la dit euvangele l'escuier gouverneur ostera le cierge & le mettra denant l'escuier, Jusques à la fin de la ditte messe: & à la leuacion du sacrament ung des gouuerneurs ostera le Chapperon de l'escuier & apres le sacrament le remittra jusques à levangile In principio. Et au commencement de principio le governeur ostera le chapperon de lescuier & le fera ester & lui donnera le cierge en sa main: maies quil y ait ung denier au plus pres de la lumere fichie. Et quant ce vient. Verbum caro factum est, l'escuier se genoillera & offra le cierge & le denier: cestassavoir le cierge en l'onneur de Dieu: & le denier en l'onneur de luy qui le fera chevalier. Ce fait, les escuiers gouverneurs rememeront lescuier en sa chambre, & le mettront en son lit iusques à haulte iour. Et quant il sera en son lit, pendant le temps de son reveillier, Il sera amende, cestassavoir auec ung couuerton d'or, appelle sigleton, & ce sera lure du carde. Et quant il semblera temps aux gouverneurs Ilz yeont au Roy, & lui diront Sire quant il vous plaira nostre maistre reveillera. Et à ce le Roy commandera les saiges Chevaliers, escuiers, & menestrelx daler a la chambre du dit escuier pour le reveillier, attourner, vestir & admener pardeuant lui en sa sale Mais pardevant leur entree, & la noise de menestelz oye, les escuiers goveineurs ordonneront toutes ses necessaries prests par ordre, à baillier aux chevaliers pour attourner & vestir lescuier Et quant les chevalieurs seront venus a la chambre de l'escuier Ils entreront ensemble en licence, et diront à l'escuier, Sire le tre sbon Jour vous soit donne, il est temps de vous leuer & adrecier & auec ce les governeurs le prendrent par les, braz & le feront drecier. Le plus gentil ou le plus saige chevalieur donnera à l'escuier sa chemise, ung autre lui buillera ses brages, le tiers lui donnera ung pourpoint, ung autre lui vestira auec ung Kyrtel de Rouge tartarin. Deux autres le leveront hors du lit, & deux autres le Chaulseront mais soient les chaulses denouz, auecquez semelles de cuir.

Et deux autres lasceront ses manches, & ung autre le ceindra de la sancture decuier blanc: sans aucun hainois de metal. Et ung autre pegnera sa teste & ung autre mettra la coiffe, ung autre luy donuera le mantel de soye de Kyrtel de Rouge tartarin atachiez auec ung laz de soye blanc, auec vne paire de gans blans, pendus au bout du las. Mais le chandellier prendra pour son fies tous les garnemens auec tout l'arroy & necessaries en quoy l'escuier estoit attournez le & vestuez jour quil entra en la Court pour prendre lordre. Et semble le lit enqui il coucha premierement apres le baing, aussi bien auec le singleton, que des antres necessitez. Pour lesquels fiesz le dit Chandelier trouvera a ses despens la Coiffe les gans, la ceinture, et le las. Et puis ce fait les saiges chevaliers monteront à cheval, et admeneront l'escuier a la sale et les minestrez, tousiours deuant, faisans leurs melodies Mais soit le cheval habillie comme il ensuit. Il aura une selle couuerte de cuir noir, les arczons de blanc fust et esquartez, les estriviers noires les fers dorez, le portiral de noir cuir auec une eroix patee doree pendant pardevant le piz du cheval et sans croupiere le frain de noir a longues cerres a la grise de Spaigne, et une croix patee au front Et aussi soit on donne ung ienne Jouvencel escuier, gentil, qui cheuauchera devant l'escuier. Et il sera dechaperonne, et portera l'espee de l'escuier, avec les esperons pendans sur les eschalles de l'espee, et soit l'espee à blanches eschalles settes de blanc cuir et la ceinture de blanc cuir sanz harnois et le Jouvencel tend a lespee par la poignee et en ce point chevacheront iusques a la sale du Roy: et seront les gouverneurs prestz a lerr mestier. Et les saiges chevaliers menan le dit escuier. Et quant il vient, par deuant la sale les mareschaulx et huissiers se seront prestz a lencontre de lescvier, et lui diront descendes, et lui descendrez, le mareschal prendra son cheval pour fie ou. C.S. Et sur ce les chevaliers admeneront le'scuier en la sale, jusques a la haulte table, et puis il

sera dresciez

dresciez au commencement de la table seconde. Jusques a la venue du Roy les chevaliers decoste luy, le iouuensel a bout, l'espee estant pardevant luy, par entre les diz deux gouverneurs. Et quant le Roy sera venu à la sale, & regardera l'escuier prest de prendre le hault ordre de dignite temporelle. Il demandera l'espee avecques les esperons. Et le chamberlain prendra l'espee, & les esperons du Jouvencel, & les monstrera au Roy, & sur ce le Roy prendra l'esperon dextre, & le baillera au plus noble, & plus gentil & lui dira. Mittez cestuy au talon de l'escuier. Et celluy sera agenoillie a l'un genoil, & prẽdra l'escuier par la Jambe dextre, & mettra son pie sur son genoil, & fichera l'esperon au talon dextre de l'escuier. Et le seigneur fera croix sur le genoil de l'escuier & lui baisera. Et ce fait, viẽdra ung autre seigneur qui fichera l'esperon au talon senestre en mesme maniere. Et doncques le Roy de sa tresgrande courtoisie prendra l'espee & la ceindra à l'escuier. Et puis l'escuier leuera ses braz en hault, les mains entretenans, & les gans entre les pous, & les doits: & le Roy mettra ses bras entour le col de l'escuier & lieuera la main dextre, & frapera sur le col, & dira, soyes bon chivalier, & puis le baisera. Et adonques les saiges chivaliers admenorent le nouuel chivalier a la chapelle a tresgrande melodie Jusques au hault autel. Et ylerques se agenoillera, & mettra sa dextre main dessus l'autel. Et sera promisse de soustenir le droit de saincte eglise toute sa vie. Et adoncques soy mesme deceindra l'espee auec grande deuotion & prieres à dieu, a saincte eglise et l'offreira en priãt a Dieu & a tous ses saincts qu'il puisse garder l'ordre qu'il a prins Jusques a la fin. Et ceo acompliz et preindra une souppe de vin. Et a l'issue de la Chappelle le maistre queux du Roy sera prest de oster les esperons. & les prendra pour son fie ; & dira, Je suis venu le maistre queux du Roy, & prens voz esperons pour mon fie, & si vous faictes chose contre l'ordre de chevalrie (que dieu ne vueille) Je coupperay voz esperons de dessus voz talous. Et puis les chivaliers le remeneront en la sale. Et il commencera la table des chivaliers. Et seront assiz entour luy les Chevaliers: & il sera seruy si comme les autres, mais il ne mãgera ne ne beuera à l'able ne nese moutura, ne ne regardera, ne deca ne dela non plus que une nouuelle mariee. Et ce fait, ung de ces gouuerneurs aura ung cuerver chef en sa main, quil tendra pardeuant le visage quant il sera besoing pour le craisier. Et quant le Roy sera leue hors de sa table, & passe en sa chambre. Adencques le nouel Chevalier sera mene a grant foison de Chevaliers, & menestrelz, denant lui, iusques a sa chambre. Et a l'entree les Chevaliers & menstrelz prendront congie, & il yra a son disner. Et les Chevaliers departiz la chambre sera fermee, & le nouuel Chevalier sera dispouille de ses paremens. Et ilz seront donnez aux Roys des Herauls, se ils y sont presens, ou si non, aux autres Heraulx se ils y sont; autrement aux menestrelz. Auecques ung marc d'argent, se il est bacheler. Et se il est Baron, le double. Et se il est Conte, ou de plus, le double. Et le Rouset cappe de nuyt sera donne au guet, autrement ung noble. Et adoncq il sera Reuestu d'une Robe de bleu, & les manches de custote en guisse d'un prestre, & il aura a l'espaule senestre ung laz de blanche soye pendant. Et ce blanc laz il portera sur tous ses habillemens quil vestira au long de celle iournee tant quil au gaignie honneur & Renom d'armes, & qu'il soit Recorde de si hault record comme de Nobles, Chevaliers, Escuiers, et Heraulx d'armes et q'uil soit renommee de ses faiz darmes, comme deuant est dit, ou aucun hault prince, ou tres noble dame de pouoir couperle las de l'espaule du Chevalier en disant. Sire nous auons ouy tant de vray Renom de vostre honneur que vous auez fait en diverses parties, au tresgrant honneur de Chevaliere a voues mesmes, & a celluy qui vous a fait Chivaleer, que droit veult que cest laz vons soit ostez. Mais apres disner les Chevaliers d'onneur & gentilz hommes vendront apres le Chevalier, & le admeneront en la presence du Roy, et les escuiers gouverneurs pardeuant luy. Tresnoble & Redoubte Seir de tout ce que ie puis vous Remercie de touts ces honneurs, courtoisies & bontez que vous me avez, & vous en mercie. Et ce dit, Il prendra congie du Roy. Et sur ce les escuiers gouverneurs prendront congie de leur maistre en disant. Sire ceo nous auons fait par le commandemeut du Roy, ainsi comme nous feusmes oobligiez, a nostre pouoir. Mais sil est ainsi que nous vous ayons despleu par ugligence, ou par fait en cest temps. Nous vous requerons pardon D'autre part Sire comme ueray droit est selon les coustomes de Court, & des Royalmes anciens, Nous vous demandous

Robes

Robes & fiesz a terme de comme escuiers du Roy, compaignnons aux bacheliers, et aux autres seigneurs.

Explicit.

Pag. 8. lin. 20. *Item creantur Milites per aliquem Principem, sive principalem Capitaneum in villarum obsidionibus, castrorum, vel fortaliciorum.*]

Vide Opera Alani Chartier pag. 172. 183. 198. & 244. edit. Chesn.

Pag. 8. lin 26. *Qui quidem Princeps, seu Principalis Capitaneus capiet gladium prædictum de manibus ordinandi & ipsum percutiet, dictum gladium tinendo ambabus manibus, cum eodem, nominando eum Militem sic percussum.*]

Nonnulla Equestrem ordinem, ritumque acquirendæ dignitatis, attingentia è libris non admodum obviis, adducam, ut nihil quod ad auctorem nostrum illustrandum faceret, intentatum relinqueremus.

Thomas Cantauriensis Balduino 2. Comiti Guisneinsi (qui eum hospitio exceperat (*in signum militiæ, Gladium lateri, & calcaria pedibus adaptavit, & Alapam collo ejus inflixit.* Lambertus Ardensis c. 87. anno. 1170.


Willielmo, Comiti Hollandiæ, in Romanorum Regem electo, *Rex Bohemiæ ense nudo dedit ictum in collo, dicendo: Ad honorem omnipotentis Dei te militem ordino, ac in nostro collegio te gratanter accipio.* Dinerus lib. 4. c. 4. anno 1247.

Henricus Rex Angliæ *Edvardum filium suum primogenitum, cùm jam esset annorum quindecim, transmisit ad Aldephonsum Regem Castellæ, ut cum nobili puellâ Alienora, ejusdem Regis sorore, iniret connubium: quem Aldefonsus Rex (ad civitatem Hispaniæ, quæ Burgos dicitur) venientem cum gaudio & honore recipiens MILITARIBUS ARMIS CINXIT; et nuptiarum celebratis solenniis, valdè honoratum cum uxore ad patriam remisit.* Walsingh. in Ipodig. an. 1254.

Nobilium quondam filii appensione scuti, galeæ impositione, et accinctione ensis in equestrem dignitatem lecti: ministri illis adjuncti, alapâ et gladio, in jus arma ferendi. Nec erat cuivis licitum arma portare: adeo ut Fridericus, in cujus comitatu noster Winsbekius, mercatoribus, qui animo negotiandi itinerarent, gladios permiserit, non quibus accingerentur, sed quos ephippio alligarent, aut iniicerent rhedæ: rusticis, et aliis omnibus prohibuerit, de pace ten. lib. 2. Feud. tit. 27. S. 5. et apud Othonem Frisingensem lib. 2. de vita Frider cap. 13. Nunc moribus jus arma ferendi æquo jure nobilibus conceditur atque servis. Mechior Haimnisfeldius Goldastus not. in Winsbekij Parænes. ad Filios.

RAIMUNDUS TURENÆ VICECOMES, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Satis nobis innotuit, quod delectus noster Rodulphus de Bessa, et nepotes illius, ex parte fratris sui Ademari, ex generosa progenie duxerunt originem, et fidelissimi nobis per omnia semper præ cæteris extiterunt. Idcirco






















Lombart sculpsit Londini






















circa donavimus et concessimus EIS ET SUCCESSORIBUS SUIS UT SINT MILITES et privilegium habeant militiæ, pariter et honorem, tam ipsi quam eorum res, & homines à questis, taliis, et ab omnibus exactionibus sint immunes, &c. Actum apud Mostavam, anno ab Incarnatione verbi 1219.

MAXIMILIANUS Secundus divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Moraviæ, &c. Dux Lucemburgiæ, ac superioris, et inferioris Silesiæ, Vuir. Femberge, ac Teçre, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi, et Goritiæ, Lantgravius Alzariæ, Marchio Sacri Romani Imperij. Burgoniæ, ac superioris, et inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c. Honorabili docto sincerè nobis dilecto Thomæ Salernitano juris utriusque Doctori, Regij Consilij Neapolitani Præsidi, Gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum. Cum Imperatoria Majestas à Deo Optimo Maximo ad sui potissimum gloriam, deinde ad humani generis decus, ornamentum, atque præsidium constituta sit, Equidem valde consentaneum esse arbitramur amplitudini, et dignitati nostræ, quod posteaquám summo illi rerum Opifici placuit nos ad tam excelsum Imperij fastigium evehere, ipsi vicissim iis, quæ pertinent ad explendum munus nobis injunctum, sedulo invigilemus ac totis viribus incumbamus, diligenterq; circumspiciamus, ut qui cæteris, vitæ morumq; honestate, integritate, et altis virtutibus præstant, nobisq; et sacro Imperio suam fidem, et studium jugiter comprobare nituntur, condignis ornamentorum præmiis cohonestentur, quo non illi modo in proposito confirmentur, sed alij etiam ad eadem studia capescenda, ejusmodi exemplis inflammentur. In hac cogitatione cum versaremur, recordati quoque sumus perquam clementer eximiæ vitæ, morumq; honestatis, probitatis, integritatis, eruditionis, prudentiæ, ac rerum usus aliarumq; excellentium, et familia tua nobili dignarum virtutum, quibus te supradictum Thomam Salernitanum Dei altissimi beneficio ornatum esse, non solùm aliorum fide dignorũ testimonio intelleximus, sed ipsimet abundè cognovimus, eo scilicet tempore, quando in Aula Divi quondam Imperatoris FERDINANDI, Augustæ memoriæ Domini, genitoris observandissimi versatus es, et negotia quædam Serenissimi Principis Domini PHILIPPI, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, ac Hierusalem, &c. Regis Catholici fratris, et patruelis nostri charissimi, summa certè fide, cura, industria, ac sedulitate egisti; ubi itidem non obscurè perspeximus, quin re ipsa quoque experti sumus, singularẽ quandã observantiã, qua prælibatũ divum Dominum genitorem nostrum, ac nos, et universalẽ inclitã domũ nostram Austriacã jam tum coluisti, non vulgari eo nomine ab utroque nostrum gratia inita, prout non dubitamus te etiamnum esse tam preclaræ voluntatis, ac studij, siquidem ut nobis pro re certa relatum est, nullam ejus comprobandæ occasionem quocumque offici genere usquam prætermittis; ita ut rem valdo æquam, et Cæsareæ nostræ munificentiæ convenientem nos facturos censuerimus, si tibi vicissim insigni quopiam documento, gratum, et benignum animum nostrum ostenderemus. Itaque motu proprio, et ex certa nostra scientia, animoq; bene deliberato, ac sano accedente consilio, pro ea qua fungimur auctoritate Cæsaria, te præfatum Præsidem Thomam Selernitanum juris utriusque Doctorem, atque in tuam gratiam, fratres quoque tuos nempe, Domitium, Franciscum, Scipionem, Marcellum, Pompeum, Fulvium, ac Jo. Leonardum Salernitanos, ac filios vestros natos, et nascituros, eorumq; descendentes masculos in infinitum, Milites, sive Equites Auratos veros, & legitimos facimus, creavimus, nominavimus, & constituimus, ac aliorum Militum, sive Equitum Auratorum numero, & consortio adscripisimus, & aggregavimus, ordinisq; Equestris fascibus & insignibus, ac cinguli quoque, & torquium, annulorum, calcarium, aliorumq; de more ad hoc requisitorum ornamentis insignivimus, quemadmodum per præsentes facimus, creamus, & nominamus, constituimus, adscribimus, aggregamus, & insignimus, accingentes vos Gladio fortitudinis, & omnia ad-

hunc ordinem pertinentia ornamenta vobis conferentes. Ac insuper etiam decernentes, & auctoritate nostra Cæsarea per præsens nostrum Edictum firmiter statuentes, ut posthac vos & præfati filij vestri nati, & nasciturі, eorum descendentes masculi in infinitum, ubivis locorum, ac gentium pro veris Militibus, & Equitibus auratis habeamini, nominamini, honoremini, atque admittamini; quin immo positis etiam & valeatis, ac filij, & descendentes vestri possint, et valeant pro susceptæ dignitatis Equestris ornamento, torquibus, gladiis, calcaribus, vestibus, Phaleris, seu equestri ornatu de auratis, ac omnibus, et singulis honoribus, dignitatibus, insignibus, privilegiis, exemptionibus, et immunitatibus, tàm realibus, quàm personalibus, seu mixtis, quibus cæteri nostri, ac sacri Romani Imperij Milites, seu Equites aurati, ritè creati, ac etiam Hierosolymitani quovis modo utuntur potiuntur, et gaudent, uti, frui, potiri, et gaudere, absque alicujus impedimento, et contradictione. Mandantes idcircò, et præcipientes universis, & singulis Principibus, tàm Ecclesiasticis, quam secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, nobilibus, & ignobilibus, clientibus, & Capitaneis, Vicedominis, Præfectis, Magistratibus, Procuratoribus, Officialibus, Quæstoribus, Civium Magistris, Judicibus, Consulibus, Heraldis, Caduceatoribus, Civibus, Municipiis, ac omnibus deniq; nostris & sacri Romani Imperij, & quorumcumque Regnorum, & dominorum nostrorum hæreditariorum, ubicumque existentium, subditis, & fidelibus dilectis cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, aut praeminentiæ fuerint, ut vos ante dictos Thomam, Domitium, Franciscum, Scipionem, Marcellum, Pompeium, Fulvium, ac Jo. Leonardum Salernitanos, fratres, ac filios vestros natos, & nascituros, eorum descendentes masculos in infinitum, hac nostra in creatione & Equestris, seu Militaris ordinis donatione, cum omnibus suis prærogativis, honoribus, antelationibus, libertatibus, commoditatibus, ac aliis quibuscumque de jure, vel consuetudine servatis, liberè, pacificè, ac sine omni impedimento, uti, frui, gaudere, & potiri sinant, ac ab aliis permitti curent. In quantum dignationem nostram, & pœnam quinquaginta marcarum auri puri evitari noluerint, quarum unam partem fisco, seu Ærario nostro Imperali: alteram verò dimidiam partem in Curiam passis omninò applicandam decernimus. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Vienna, die decima sexta Mensis Octobris Anno. 1568.

MAXIMILIANUS, &c.

Diploma Vicecomitis Thuringiæ, nec non aliud Imperatoris Maximiliani, prout habentur apud Christopherum Justellum, & Phil. Campanile, quoniam nobis hereditaria dignitas Equestris hucusque incognita est, inserui. Perfacile, his de rebus prolixius differendo, lectori tædia afferre possem, nisi hac in parte hactenus offendissem. Hæc igitur in præsentia suffecerint. Hoc solummodo prætermittendum non censui, quod nobilissimus & Doctissimus Ioannes Iacobus Chiffletius, ex authoritate Ambrosii Morales, & Ioannis Nunnesij, tradidit, *Reges*, nempe, *Hispaniæ manu propria gladium de altari accipere, & cingulo militari seipsos accingere.*

CHIFFLET de gueulles au sautoir d'argent, accompagné en chef d'un serpent de mesme, ploié en cercle qui se mord la queüe.

Pag. 9. lin. 2. *Item creantur Milites in bellis campestribus & talibus conflictibus: ubi idem modus creationis observatur qui assaltibus exercetur. De honestate tamen est quod Rex Haraldorum, si ibidem fuerit, & in ejus absentia alius Haraldus major in exercitu prius congregat omnes creandos in Milites: & ducet*

eos

eos coram Principe illius exercitus.]

Et quant à la creation des nouveaux Chevaliers les Royes & les Herauds d'Armes y ont tousiours assisté, soit que le Roy les fait en temps de paix, ou à la teste de l'armée sur le point de donner quelq; battaille, où apres, qu'il estoit iugé plus à propos; pourtant chaque bachelier estoit obligé auparavant que de recevoir cet honneur, de faire ses preuues de nom & d'armes, & iustifier par bons actes q'il estoit noble de quatre quartiers, tant paternels que maternels (ce que s'observe encore à present) le tout par l'encremise & l'office des Roys & des Heraues d'armes, qui verifient le tout, & en donnent leur certificats; aussi-tost ils sont obligez de rediger par ordre de reception, leur noms, & faire peindre leurs armes & blasons, avec le collier de l'Ordre auquel ils sont receus, dans leurs liures armoriaux & chartulaires de chevalrie. Marc de Vulson *de l'Office des Roys d'Armes &c. Es jours de Battaille, auparavant que d'en venir aux maines, les Escuyers demandoient d'estre faicts Chevaliers; ce que leur donnoit meilleur courage de bien faire, & d'estre enterrez en Chevaliers, s'ils mouroient au Combat.* Du Favyn. *La Ceremonie des Chevaliers morts en Battaille pour la Sepulture est, que leur estandart, & leur penon, sont mis en parure sur la spulture, & s'il n'est en battaille ne luy appartient les trois, mais l'un ou les devx; anisi dit Olivier de la Marche en son histoire. Autre ceremonie est observeé quant à leffigie qui est mise en bosse, ou gravée sur le tombeau, pour memoire, car s'il est mort en battaille sa figure est gravée taillée avec l'armet en teste, l'espée au coste, esperons aux pieds gantelets es mains, & armé de toutes pieces. S'il est mort de maladie ou de blessure estant en l'armée & expedition de guerre, la figure n'a pas l'armet en teste, ains à costé & est armé de cuirasse, & non de gantelets. S'il est mort en sa maison la figure est avec les habits de parure, l'armet, & les esperons pres ses pieds, & deux petits chiens sous ses pieds.* Guy Coquille, au histoire du pays & Duche de Nivernois. Vide Marci Vulsonij Scient: Heroic. cap. 46. n. 3.

Pag. 11. lin. 4. *Miles enim dicitur quasi unus ex mille electus.*]

Isidori sunt verba. *Mille pugnatores delegit*, (loquitur de Romulo Eutropius) *quos à numero milites appellavit. Millites quod trium milium primò legio fiebat, ac singulæ tribus Tatiensium, Ramnium, Lucerum, millia singula mittebant.* Varro l. 4.

Pag. 12. lin. 24. *Hyemem & estatem ultro pati.*]

Sic in omnibus M S S. Imitatus est autem Salustium, cujus verba sunt. *Hiemem & æstatem juxta pati.*

Pag. 12. lin. 26. *Et Gedeon (sicut habetur Judicum cap. 7.) Vicit innumerabiles hostium copias in expedita paucitate virorum fortium.*]

Vide Laurentij Ramirez Pentecont. cap. 33.

Pag. 17. lin. 23. *Ubi facit purifica tionem inter Haraldos nostri temporis & Veteranos.*]

Sic in omnibus M S S. In antiqua translatione Angl. Joannis Blount Oxoniensis, est. **Maketh a similitudine betwyxt Heraldes in our time now: and these old men of war, these veterannyes.**

Cum mihi in animo sit de *Heraldis*(quos Græci Κήρυκας *Præcones*, Romani *Feciales* appellabant) aliàs etiam fusius disserere, pauca solummodo in præsentia de eorum dignitate obiter annotavi. Tanto eos in honore Heroicis temporibus fuisse legimus apud Homerum, ut iis Principes Græcorum assurrexerint : & ut ipsi, regioplane more, Sceptra gestarint. Quod non mirum debet videri, cum illis temporibus sollers in iis eligendis cura stirpis haberetur, ita ut ad istam dignitatem evehi nemo possit, cujus & genus & virtus officio non responderent. Adeoq; nec frustra est, quod Æthaliden Apollonius Rhodius, Argonautarum præconem, Mercurio genitum asseruerit Ἄσυλον καὶ θεῖον το γένος τῶν κηρύκων, inquit Homeri Scholiastes vetus, Ἑρμῆς γὰρ μιγεὶς Πανδρόσῳ τῇ Κέκροπος θυγατρὶ ἔσχεν ὑιὸν ὀνόματι κήρυκα. ἀφ᾽ οὗ τὸ τῶν κηρύκων γένος ὡς ἱστορεῖ Πτολεμαῖος. *Sacro sanctum et divinum genus præconum. Mercurius enim ex filia Cecropis Pandroso filium genuit, nomine* Κήρυκα, *unde Præconum origo, ut refert Ptolomeus.*

Tam Sacri erant & inviolabiles, ut quamvis ingratissima nuncia deferentes, nunquam nisi humaniter habiti discederint. Audi enim quam benignè Achilles (vir natura immitis, & ferox(uti ipse testatur Homerus) Agamemnonis præcones duos (novem enim circum se habuisse refert Plutarchus) quos ad auferendam Briseida venisse intellexerat, appellat.

Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Præcones salvete, Jovisq; hominumq; ministri. Ad quæ verba Eustathius.

Ὅτι οὕτω συνετὸς καὶ εὐσταθὴς ὁ Ἀχιλλεὺς καθὰ καὶ μετ᾽ ὀλίγα ῥηθήσεται ὥστε τοὺς κήρυκας ἰδὼν διὰ τὴν Βρισηΐδα ἐλθόντας, οὐκ ἔτι ὡς πρὶν ὀξύνεται εἰς θυμὸν, ἀλλὰ μετριοπαθεῖ, καὶ μόνον πεπονθὼς τὸ μὴ γηθῆσαι προφάσει μὲν προσφωνεῖ τοὺς κήρυκας χαίρετε γάρ φησι κήρυκες. Et post Ὅτι τοὺς κήρυκας Διὸς ἀγγέλους ὁ Ἀχιλλεὺς λέγει καὶ ἀνδρῶν διὰ, τὸ ἔντε πάσαις θυσίαις αὐτοὺς διακονοῦντας μεσιτεύειν, καὶ μὴν καὶ ἐν ἀνδρῶν βουλαῖς τε καὶ ἀγοραῖς. ἢ Διὸς μὲν, διότι καὶ αὐτοὶ γαρύοντες ἤτοι φωνοῦντες, ἀγγέλλουσιν ὡς Ἑρμῆς τε καὶ Ἶρις οἱ περὶ τὸν Δία εἴροντες, καὶ διότι καὶ ἐξ Ἑρμοῦ Διὸς υἱοῦ εἰσιν ὡς προείρηται. καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρονται: ἀνδρῶν τε, διότι βασιλέων ὑπηρέται εἰσιν.

Adeo prudens, inquit, *et sibi constans Achilles, ut cum videat præcones Briseida accersitum missos, non insolentius præ se ferat, verum summa cum moderatione(et veluti gaudii tantum expers) istud præconibus impertiat quod ipse non habet. Præcones vero Jovis et hominum nuncios appellat, vel quod in omnibus eorum ministerio usus erat, vel quod illi Jovis imperia prædicarent annunciarentq;, quemadmodum Iris et Mercurius; vel quod ex Mercurio Jovis filio originem ducant, ad quem etiam referuntur: virorum vero nuncios appellat, eo quod Regibus assistebant.*

Unaquæque civitas Græcorum, (inquit Libanius, Demosthenis orationem contra Timocratem explicans) binos habuit præcones; quibus ab omnium ordinum hominibus honor deferebatur, &, super alios cives, immunitatibus gaudebant, publicis stipendiis victitantes. Neque publicus sumptus quisquam dedecori esse arbitretur, *Interrogatus Socrates* (inquit Cicero. lib 1. de Oratore) *quam quasi æstimationem commeruisse se maximè confiteretur, respondit se meruisse, ut amplissimis honoribus, et præmiis decoraretur, et ut ei victus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur.* Vide Diogenem Laertiū in vita Socratis. Scholiastes Aristophanis ad Equites Act. 1. sc. 2. Πρυτανεῖον, οἰκίσκος παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἔνθα σιτοῦνται δημοσίᾳ, οἱ τῆς τοιαύτης τιμῆς παρ᾽ αὐτοῖς τυχόντες. περιπόθητον δὲ τὸ δωρειᾶς τυχεῖν ἐπὶ γὰρ μεγάλοις κατορθώμασι, τὴν τοιαύτην ἀποδίδουν χάριν. *Prytaneum*, inquit, *domicilium erat, ubi cives qui digni habiti sunt publico sumptu alebantur, ad quem honorem nitebantur summi viri, non enim nisi* ex republica meritissimis *deferebatur.* Quorundam nomina, quibus in Prytaneo vivere concessum est, lege in oratione quarta Isæi, in Dinarchi oratione contra Demosthenem, & in Lycurgi contra Leocratem. Hucusq; digressus veniam à lectore peto: quæ sequuntur, à Blasio Vigenero super Onosandrum

drum annotata, ut precibus cultorum hujus ſcientiæ, & quia liber paucis admodum in manibus eſt, huc tranſtuli.

Aux Fecialiens Romains ſe rapportent à peu pres nos Heraux ; & au Pere Patrat, le principal Herault, du tiltre de Montjoye, qu'on appelle Roy-d'armes. Leurs ornemens & remarques qui leur donnent leur inviolable franchiſe, & de dire impunement ce que celuy qui les envoye leur a donné charge denoncer, ſont leurs cotte d'armes de velours viollet, à trois grands fleurs de lys d'or deuant & derriere, auec le nom de la prouince dons ils portent le tiltre : comme de Guyenne, Normandie, Bretagne, &c. Mais à la diference des autres le Roy-d'armes porte vne coronne au deſſus de ſes fleurs de lys. Leur inſtitutiõ eſt ſort ancienne; & croy bien que nos Roys ne furent iamais ſans Heraults. Mais ce que nous en trouuõs en nos vieils memoires eſt que le Roy d'armes du ſuſdit tiltre de Mont-ioye ſainct Denys, patron de ceſte couronne, fût premierement eſtably par le Roy Dagobert il y a pres de neuf cens ans, lequel en pourueut vn vieil Cheuallier appellé Robert Daulphin : car anciennement ces Eſtas eſtoient bien plus dignifiez qu'ils ne ſont ; & ny eſtoit admis perſonne que de noble & ancienne race, gens ſages, prudents & experimentez de longue main en tout ce qui concernoit le fait des armes, & de la milice : & à plein informez de toutes les nobles maiſons, familles & races de ce Royaume ; des merites ou demerites de leurs anceſtres : & de leurs blaſons & armoiries : Parquoy il falloit qu'à tout le moins ils ſceuſſent bien lire & eſcrire, & euſſent quelque cognoiſſance des lettres : choſe bien rare en ce temps là pour les Gentils hommes. S'il n'eſtoit Cheuallier, on le faiſoit en ſa creation, qui ſe paſſoit en de grandes ſolennitez & ceremonies. Car le Conneſtable, & les Mareſchaulx de France aſſemblez au Conſeil auec les Princes & Seigneurs en nommoient chacun endroit ſoy quelqu'vn, dont la liſte en eſtant reportée au Roy, il en choiſiſſoit celuy qu'il penſoit le mieux meriter. Le iour venu de l'eſtablir, on le reueſtoit d'habits Royaux d'eſcarlatte, fourrez de menu uair, & eſtoit conduit à l'Egliſe ou ſe deuoit faire l'office, ceux qu'on appelle les Pourſuiuans marchans deuant deux à deux : puis les Heraults, & apres eux vn Cheuallier portant vne eſpee auec le fourreau, la poignee en haut : & vn autre ſa cotte d'armes, ſur vn tronceon de lance croiſé à trauers, ayant en la partie de deuant vne couronne d'orfaiueire enrichie de pierreries au deſſus, des armes de France : Puis vn autre portant en ſes mains la couronne dont il deuoit eſtre curonné : & le Conneſtable conſequemment, lequel le tenoit par la main. En ſon abſence, il eſtoit au milieu des deux plus anciens Mareſchaux, & du derriere force nobleſſe. Arriué qu'il eſtoit à l'Egliſe on le preſentoit au Roy & là à genoux preſtoit le ſerment qui ſe deduira cy apres. Leué puis apres, & deſpouillé de ſon manteau Royal, le Roy luy donnoit l'accollee de l'eſpee qu'on auoit porté deuant luy en parade, & le Conneſtable là luy ceignoit puis apres : Et le Roy le reueſtoit de ſa cotte d'armes, & le couronnoit. Là deſſus tous les Heraults & pourſuiuans crians à haute voix par trois fois, Mont-ioye ſainct Denys au treſ-Chreſtien & treſ-excellent Roy de France. Cela fait le Roy entroit en ſon oratoire, à la main droicte duquel eſtoit vne chaire de parement où le Roy d'armes s'aſſoit durant la Meſſe : & au doſſier d'icelle le manteau Royal, ſouſtenu par deux des Heraults. La Meſſe acheuée le Roy s'en retournoit au logis : & le Roy d'armes derriere luy, à dextre comme au precedent ; & diſnoit au bas bout de ſa table. Ayant deſeruy, on apportoit au Roy la couppe où le Roy d'armes auoit beu, qu'il empliſſoit de pieces d'or, & luy en faiſoit vn preſent. Et de là eſtoit conduit à ſon logis par deux des Mareſchaux accompagnez de force Nobleſſe, & des Heraults, & pourſuiuans ; là où de la part du Roy luy eſtoit preſenté vn accouſtrement complet de Cheuallier, auec vne Ghirlande d'or dont ils ont accouſtumé de parer leur tymbre. Mais auant que prendre congé du Roy, il luy preſentoit celuy dont il pretendoit faire ſon Mareſchal ; auquel le Roy mettoit en ſigne d'approbation vnge baguette blanche au poing. Le ſerment qu'il fait, eſt en premier lieu, de demeurer touſiours fidelle à ſa Maieſté, & à ſon ſang : & s'il cognoiſt choſe qui luy importe il l'en aduertira ſoudain. Sera ſecret, & ne reuelera iamais rien de ſes affaires : que loyaument, & ſans rien deſguiſer ne diſſimuler il accomplira ſes mandemens & ambaſſades. Que par faueur, en quelque ſorte que ce ſoit, il ne donnera plus de los à perſonne, que ce

qu'il

qu'il pourra cognoistre de leurs merites. Et d'autre-part, pour haine aucune malvueillance, ny desir de vengeance il ne taxera personne outre ce qu'il aura desferuy. Qu'il ne conniuera en la reception des Heraux, qu'aucun y soit indignement receu, & qui n'aye fait le devoir de poursuiuant les six ou sept ans qui y sont requis: s'il sçait quelque defaut estre en luy, il en aduertira le Roy, ou son Connestable. Qu'il ne celera rien des proüesses & bons deuoirs qui viendront à sa cognoissance, & taschera de s'en informer: soit à la guerre, soit ès ioustes & tournois. Soustiendra à son possible le droict des dames, mesmement des vefues, & des orphelins. Qu'il exercera soigneusement ses cheuauchées par les provinces de ce Royaume, pour s'instruire de l'anciennetè des maisons, & de leurs races, & armoiries: des merites aussi de leurs ancestres: ce qu'ils auoient accoustumè de faire de trois en trois ans, accompagnez de quelques Heraux, en faire leur rapport au Roy & à son Conseil, & pour s'en seruir où il conuiendra auec tout plein d'autres telles particularitez concernans le fait de leur charge. Les privileges tans de luy, que des Heraux estoient grands: mesmement de luy qui auoit à la suitte de la Cour son plat d'ordinaire, tant luy, que pour ses Confreres estans en quartier, & un accoutrement par an: esteans au reste exempts de toutes contributions quelque part qu'ils resid assent & allassent, sans qu'il leur fust desoin d'auoir aucun passeport ny saufconduit, fust dans le Royaume, fust dehors: leurs tiltres & leur accoustrement leur seruans par tout de franchise, & de seur accez. Ne peuuent estre emprisonnez ny executez en leurs meubles pour aucuns debtes. Leurs causes tant civiles que criminelles sont remises au Roy, & à son Conseil priuè. De degrader les Gentils-hommes de leurs armoiries, s'ils l'ont merité: cela est de leur gibier: Comme aussi les duels & querelles particulieres d'iceux, où ils ont leur voix deliberatiues: & de distribuer les droicts d'armoiries, et semblables marques & enseignemens honoraires qu'il plaist au Roy de conferer. Ils ont de beaux droicts ès Sacres, & Entrées des Roys, en leurs obseques: ès mariages des Princes, & Princesses, et ès baptesmes de leurs enfans: ès largesses et données publiques: auec plusieurs autres qu'on peut voir plus à plain specifiez en leur institution.

Pag. 20. lin. 11. *Cinctorio scutum dicas deferre pedinum, &c.*]

Vide Philippi Cominæi lib. 4. c. 7. & Philippum Moreau.

COMMINES, Portoit de gueulles au cheveron d'or, et trois coquilles d'argent.

MOREAV, Portoit d'or à trois testes de Mores, bandées d'argent.

Pag. 24: lin. 7. *Augustinus de Civitate Dei l. 1. c. 28. loquens de Bruto Cassio, qui filios occidit, unde Poeta,*

Laudator natosq; pater nova bella, &c.]

In supra dicta translatione Angl. est. An example hereoff Sayn Augustyne bryngyth on Brutus Cassius a Romanne, whyche slewe his owne sonnes bycause they gave cownesell agaynst the liberte of the cyte of Rome.

Natosque

Natosque pater nova bella moventes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit;
Infelix, utcunque ferent ea facta minores.
Virgilius *Æneid. 6.*

Pag. 63. lin. 19. ***Item si nobilis habuerit unum filium prudentem, legitimum, & alium spurium, & bastardum; certè ad legitimum transit nobilitas, & non ad bastardum.***]

Ægyptij (inquit Diodorus Siculus) quenquam spurium dici posse negabant: cùm Pater generationis solus auctor extiterit, & præter locum & nutrimentum, nihil à matre exhibeatur. Atque eodem judicio, arbores fructiferas, mares; infructiferas, fœminas dictitabant. Fortasse eodem calculo Græcorum antiqui, nothi nomen putaverunt non dedecori esse. Nam cùm apud Homerum, Agamemnon Teucrum, ob rem strenue gestam, meritis laudibus prosequitur, nothum appellat Καί σε νόθον περ ἐόντα. Ad quæ verba Eustathius Νόθον δὲ τὸν Τεῦκρον ὁ βασιλεὺς λέγει ἀλοικῶς, αὐτὸ λέγων τὸ ὄν, οὐ μὴν ὀνειδίζων ὅτε καὶ κολακεύειν ἐχρῆν. δῆλον δὲ ὅτι οὐδ' ἦν ὄνειδος τοῖς παλαιοῖς ἡ νοθεία. ἐπεὶ γὰρ νενόμιστο παλλακὰς ἔχειν, διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν νόθοι μὲν ἐκαλοῦντο ἀκαταγνώστῳ καὶ ἀνεμεσήτῳ κλήσει, οὐδὲν δὲ ἧττον ἐτιμῶντο τῶν γνησίων οἱ ἐν νόθοις ἀγαθοί. *Nothum Rex Teucrum (simpliciter rem ut erat enarrans) appellat: non probro illi objiciens, cui adulari jam inceperat. Quandoquidem apud antiquos nothi nomen contumeliosum non erat, cum omnibus pellices permitterentur. Ideoq; ex iis suscepti licet appellarentur nothi, familiari et nullatenus odioso nomine, nec legitimis (modo fortes) deteriùs haberentur.* Nec erubuit Ulysses se hospiti Eumeni nothum confiteri, & ex pellice susceptum.

Tanta apud Athenienses eorum cura habita est, ut locus Herculi sacer, quem illi Κυνοσάργες appellabant (nominis rationem habent Pausanias, Eustathius, Suidas, Stephanus, Hesychius, Ulpianus, & Meursius Ath. Attic lib 2. cap. 2.) eorum educationi publicè assignaretur. Hoc enim reputabant, si qua esset nominis infamia: illos nihilominus naturam communem omnibus genetricem habere, Juxta illud Euripidis,

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον. ἡ φύσις δ' ἴση

Servius ad illud Virgilij:

Supposita de matre nothos furata creavit:

nothos interpretatur, *materno ignobiles genere.*

Sed his missis, an illegitimè natis parentum insignia deferendi jus fuerit videamus.

Illegitimi liberi, veluti Naturales, Spurij, Bastardi, eorumq; filij Gentilitia parentum Insignia, nisi aliud consuetudine observetur, jure non deferunt. Sic Hoppingus de Insign. pris: & nov. Jur. cap. 7. Bartholus etiam dicit, *Quòd, licet de Jure communi non possunt bastardi uti insigniis suorum parentū: contrarium tamen observatur in Thuscia de consuetudine, cui standum est. Et certè in Francia hoc observamus* (dicit Tiraquellus) *ut Bastardi nobilium nobiles reputentur, sintque immunes à subsidiis popularibus, et in universum potiantur privilegiis nobilium, præterquam quod non succedunt, ut etiam retulit* Guid. Pap. dec. 580. *An Bastardi.* Vide Bretti Orationem 35. cujus Lemma: *Si les Bastards des Gentilshommes legittimez par le Roy, jouyssent comme*

nobles

nobles de l'exempſion des tailles. Paleotus ſe audiviſſe, ait, extra Italiam, maximè in Germania, Spuriorum & illgeitimorum inſignia Stellâ diſtingui. *Notandum eſt*, inquit Hoppingus, *apud pleroſque populos inoleviſſe Conſuetudinem, quâ permittitur quidem illegitimis naturalibus gentilitio emblemate & nomine decoratos eſſe, ſed hoc cum evidente quadam differentia, veluti interjecta inſignibus linea, quam Barram vulgariter vocant, alii lineam luteam, ut ſignificetur, non ex legitimo & dextro, ſed ex infauſto, damnabili, & obliquo congreſſu eorum hominum, quorum inſignia, in hunc modum diſpoſito baculo intercepta ſive interpolata cernuntur, natum & ſuſceptum eſſe.*

Verum quid ſuper his decernatur apud Hiſpanos audiamus Barnabam Moreno de Vargas, qui diſcurſuum decimo nono, n. 5. ſic habet. *Los Baſtardos, ſi ſon eſpurios, no podràn traer las armas de ſus padres, pues no gozan de ſu nobleza: pero los que fueren naturales, hijos de ſoltero, y ſoltera, podran muy bien traer las. Y aunque en Francia, y en otras partes uſen poner una vanda, o barra, del lado izquierdo al derecho ſobre las armas, para moſtrar, que aſſi las trae no es legitimo. No ſe uſa, ni guarda eſto en Eſpanna, adonde veo, que los hijos naturales las traen llanas, como los legitimos.* Spuriis, inquit, Patrum ſcuta geſtare fas non eſt, ſed naturalibus (uti vulgo appellantur) liberis, nimirum ſoluti & ſolutæ, conceſſum eſt. Quin apud Gallos moris eſt, atque aliis etiam in Regionibus, Benda, vel Baltheo, à latere ſiniſtro ſcuti ad imum dextri ducto, inſignia illorum obtegere: quæ illegitimi nota eſt. Notam hanc non habent Hiſpani. Namque naturales hoſce, non ſecus quam ſi legitimi fuiſſent animadverti geſtare libera inſignia. Hæc ille. Vide Otoloram. Quo pacto Brabrantiæ Ducum nothi ſcuta diſtinguerint, videre eſt in Chriſtopheri Butkenſii Trophæis Brabrantinis.

Bacillus ſiniſter, extrema ſcuti non attingens, & fimbria quandoque ſtriata, ſed plerunque goboniata (uti fecialibus fari viſum eſt) hodiernæ nobis illegitimi notæ ſunt. Quæ antiquitus apud nos fuerit nothorum differentia non eſt hujus loci curioſè inquirere, hoc tantummodo annotaſſe ſufficiat, Rogerum de Clarendon Principis Edvardi (nigri vulgo dicti) nothum filium, *plumas paternas* (quas ille in prælio Cariſiacenſi, occiſo rege Bohemiæ Joanne, obtinuit) *in Baltheo nigro ſuper aureo ſcuto, geſtaſſe.*

Pag. 72. lin. 18. *Dixit Doctor duorum, quia tunc propriè duellum eſt; inde duellum vocant adhærendo Etymologiæ vocabuli.*]

Duellum à duobus dictum ſimili ſenſu quo pacem unitatem dicimus. Grotius.

Pag 74. lin. 25. *At Arthurus Follonem in pectore lanceâ percuſſit, & eum ad terram proſtravit.*]

Flollonem vocat Galfridus Monemutenſis, quem vide.

Pag. lin 18. *Secundus caſus eſt ſi unus vocaverit alium Argam, Ninerum, vel Cuculum: & in illa vocatione perſeveraverit, & dixerit ſe hoc probare poſſe: ſi de facto poſtea hoc per teſtes non probaverit, tum fiet inter illos pugna.*]

Arga qui uxoris adulterio infamis eſt, prolemq; alienam pro ſua educat. Sic voce *Arga* Spelmannus: vide Voſſium & Menagium.

Κόκκυγας appellaſſe Græcos, homines inſulſo & inordinato ſermone moleſtos, ſcribit

ſcribit Torrentius, Comment. in Horatium. Angli, & Galli *Cuculos*, vulgari idiomate vocant, qui nullâ rerum domeſticarum curâ aberrare uxores, & aliorũ ingredi cubilia patiantur; quos, veterum imitatione *Hircos* adpellant Itali, quod hoc animal nullâ Zelotopiâ ducatur. De Monomachia, ſive ſingulari certamine, quo olim ambiguas dirimebant diſceptationes quæ ordinario judicio terminari non poterant, vide Sirmond. in not. in Goffridum Vindocinenſem, Roverium, Uredium, aliosq;.

Satis mirari nequeo noſtrum, dum cauſſas propter quas duella olim fiebant ſatis curioſe enumerat, nihil de pugnis inſignium cauſſâ ſuſceptis dixiſſe. Talium igitur certaminum exempla hîc proferre nobis viſum eſt.



¶ *Ceſt a teſmoigner a vous mes Seigniours, pur le determination final del diſcention pur ung Enſigne d'Armes perenter Monſieur Iean de Sitſilt, & William de Faknaham Chevaliers, que l'an depuis le neſtre de Dieu mil cent quarante deux, Iaques Sitſilt (&*

ses ancestres seigneurs de Beauport, a le siege de le Chasteau de Wallingford & vives & mortz illonques ; & la levoront ung Ensigne, tiel come l'ensigne de leur sang genereux. C'est a dire, en le champe de dize barretz d'Argent & azure, six escocheons Sables, auec tantes de lions rampand, primer incenced Guiles) Pere de Iehan Sitsilt, Pere de cestuy Iean Sitsilt Chiualer, heire de sang & de corps de dit Iaques Seigneur de Beauport, linealment descendu per bon & loyal nestre, de que lygne le dit William n'est my. Et cest pur voier & bon droit tousiours ie seray prest de maintener, à que fayer ie moy oblige par mon seau ci affigé. Donné le quarte iour d'Auril, l'an del reigne du roy Edward le tiers depuis le conqueste, Le Siz.

A touts Anglois & Francoys, Nous Edward de Beauuile, & Iean de Moubray, gret. L'ou grande debate & controuersie ad esté parentre Iean de Sitsilt Cheval.er, & William Faknaham, in le champe de Monteholitone, pur un ensigne d'armes : c'est assauoir tiel, le champe de dize Barretz Argent, & azure, supportez de cinq escocheons Sables, charges ouesque tant de Lyons primers rampantz, incensed Gules, que ambideux clamont come lour droict, per long & auncient descent a eux descendu. Et a mayntener lour quarel pur droitriel, ambideux les parties ont eux mettre sur leur force, & vantont de cest maintener per lour corps. Ci est que il au please a nostre liege seigneur le Roy que Iustice sera fait a ces homes sans sang espandu, per voier tesmoignes & bons semblances. Accordant a que auomus oyé & uoy moltes ditez, & lour escripts, & les tesmoignes du Roy d'Armes, q. le droit le dit Iehan Sitsilt en bien formemaintenent le dit ensigne estre son droict de son sang genereulx. Pur que fait cest nostre final dome, q. Dieu, le Roy nostre liege, & nous, & le dit Iehan Sitsilt defend q. iames doresenauant le dit Will' ne soit cy hardy, chalenger, claimer, ou leuer in ascun champ le roy, au sur ascun corse, vive, ou mort, in ascun lieu deins les quatre mers le Roy, ou aillors, per my tout Christianty, les dits armes ensigne, pyghenoute, guydon, banyer, escochon, targe, escu, manche, ou elme, sur payne de forfaiture, & perder son espeé trenchant, & ses piques d'Or a touts iours. Donné le quart iour de Iune, l'an del Roy Edward le tierce, depuis le conquest, le Sept.

Ab illo Joanne *Sitsilt* hodiernorum Comitum Sarisburiæ, & Exoniæ genus repetunt Camdenus, Powellus, & Hollinsheadus.



ROBERTUS DEI GRATIA REX SCOTIÆ Omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, Salutẽ. Cùm nos accepimus duellum apud nostram villam de Perthe, die confectionis præsentium, inter Hugonem Harding Auglicum, Appellantem, de Armis de Goules, tribus leporariis de auro currentibus, colloree de B. & Willielmum de Seintlowe Scotum Appellatum, eisdem armis sine differentia indutos : Quo quidem Duello percusso, prædictus Willielmus se finaliter reddidit devictum & prædicto Hugoni remisit ac relaxavit, & omnino de se & heredibus suis in perpetuum prædicta Arma cum toto triumpho, honore et victoria ore tenus in audientia nostra. Quare nos in Solio nostro, tribunali regali Sancti Patris, cum Magnatibus et Dominio Regni nostri personaliter sedentes, adjudicavimus, et finaliter decretum dederimus per præsentes, quod prædictus Hugo Harding, et heredes sui, de cætero in perpetuum, habeant, et teneant, gaudeant, et portent prædicta Arma integraliter absq; calumpnia, perturbatione, contradictione, reclamatione prædicti Willielmi, seu heredum suorum. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes apud dictam Villam nostram de Perthe secundo die Aprilis. Anno regni nostri septimo. Annoq; Domini 1312.

Diploma hoc, genere & studiis nobilissimi Sampsonis Erdeswick (de quo vide Camdenum) adversariis debemus.

ERDESWICK, D'argent au chevron de gueules chargée de cinq bezans.

De

De Insignibus duello certarunt, inquit Boswellus, Joannes Chandosius Anglus & Joannes Clermontius Gallus. Insignium sculptura erat Beatæ Mariæ effigies, inquit ille, natum suum amplectentis, quo duello periit Gallus. Consului Froissardum, cujus authoritate nititur Boswellus: apud eum illos de signis, quæ vulgo *Impreſe* dicuntur, die qui prælium Pictaviense præcessit, altercantes reperio, & in ipso prælio Gallum occumbentem. Sed ipse (sui optimus interpres) tom. 1. cap. 161. & 162. sic habet. *Aucuns Chevaliers, tant François qu'Anglois, chevaucherent en costoyant les battailles, pour adviser chacun le convenant de ses ennemis. Dont il aduint que Monseigneur Jehan Chandos avoit ce iour chevuache & costoyé la battaille du Roy de France sur elle. En telle maniere avoit chevauché Monseigneur Jehan de Clermont, l'un des Mareschaux de France, en imaginant l'estât des Anglois. Et adonc (si-comme ces deux Chivaliers retournoient, chacun devers son coste) ils s'entrerencontrerent. Si portoient chacun d'eux une mesme devise, d'une bleue Dame, ouurée d'une bordure, ray du soleil: & tousiours dessous leur haux vestemens, en quelque estat qu'ils fussent. Si dit Monseigneur de Clermont, Chandos, depuis quand avez vous emprins à porter ma devise? Mais vous la mienne (respondit Chandos) car autant bien est elle mienne come vostre. Je le vous nie (dit Monseigneur Jehan de Clermont) &, si la souffrance ne fust entre les vostre & les nostres, ie vous monstrasse tantost, que vous n'auez nulle causa de la porter. Ha (dit Monseigneur Jehan Chandos) vous me trouuerez demain tout apparaillé de defendre, & de prouuer par fait d'armes qu'aussi bien est elle mienne, comme vostre. Monseigneur Jehan de Clermont dit, Chandos, ce sont bien les parolles de voz Anglois: qui ne savent adviser riens de nouuel: mais quant qu'ils voyent, leur est bel. A'tant passerent outre: ne n'y eut adonc plus fait ne plus dit: & chacun s'en retourna devers ses gens.*

D'autre part messire Jehan de Clermont se combattit sous sa banniere, tant qu'il peut durer: mais il fut abbatu: & ne se peut relever, ne venir à rancon: ains fuit la occis: & aucuns veulent dire que ce fut pour les parolles qu'il avoit eues le iour de devant à Monseigneur Jehan Chandos.

REX (loquitur de Henrico, ejus nominis septimo, Franciscus *Baconus* Verolamii Vicecomes) *Festum Sanctorum Philippi, & Jacobi, apud Palatium suum de Shine, nunc Richmondiam dictam, celebravit; ubi ut sanguis Aulicorum & Juventutis nonnihil incalesceret, Spectacula edidit magnifica Hastiludiorum, & Turneamentorum, & hujusmodi pugnarum umbratilium, per totum illum mensem. In quibus ludis contigit, ut Jacobus Parkerus Eques Auratus, & Hugo Vaughanus (unus ex Regis ostiariis) inter se altercantes de Insignibus quibusdam, quæ Rex Armorum (Garterus vulgo dictus) dederat Vaughano gestanda, hastis decertare consenserunt. Et infortunio quodam galeæ pravæ, quam Parkerus portabat, primo cursu, in ore percussus est, ita ut lingua ejus gutturi ferè affigeretur, unde subitò, in ipso loco, animam efflavit. Quod factum, propter controversiam præcedentem, & mortem secutam, habitum est vulgo, ut Monomachia pro decisione Juris.*

Pag 83. lin. *In casibus, quando proceditur ad duellum propter criminis purgationem, de consuetudine Judex habet providere de fustibus cornutis cum targiis, quæ fustes & scuta erunt æqualis longitudinis & grossitiei.*]

Olivarius Uredius libro qui inscribitur, *Quid Flandria?* post varia duellorum genera, è Spelmanno, Sirmondo, & Iperio excerpta, sic loquitur. *Quæ idcirco adduxi, ut ostendam duellum Francorum quo lites terminabantur, non factum gladio, & pugione, ut existimarunt, sed fuste tantùm & scuto*, Fateor posterio-

ribus annis scuto usos & fuste tereti, tricubitali, corneis annulis ad extremitates revincto. Sed aliis armis antiquitus, vel in criminibus eliciendis (uti moris erat) aut aliâ quavis caussâ evocati, depugnarunt. In archivis enim Turris Londinensis in rotulo anni 33. H. 3. sic scribitur. *Walterus Blewbourne probator, venit & appellat Walterum Smallis de Winton de latrocinio, dicens quod dictus Walterus fuit cum eo apud Sarum ad Pentecost. Et ibi simul furabantur pannos sotulares & multa alia & quod hoc sit verum offert ut prius, &c. & dictus Walterus venit & defendit tot: & de bono & malo ponit se super patriam. Idem Walterus venit & appellat Hamonem le Stare de Wynton, per eadem verba, scilicet, quod fuerunt ad domum Edelme de Cruce apud Wynton, & ibi furati fuerunt pannos & alia bona, unde dictus Hamo habuit & partem suam duas tunicas, unam scilicet de Hybern. & unam tunicam partitam de panno de Abendon, & de Burello London, & quod simul fuit cum eo ad faciendum dictum latrocinium. Offert disrationare per corpus suum sicut Curia cons. &c. Et Hamo venit & defendit —— quod vult se defendere per corpus suum, &c. ideo consideratum est inter eos, &c. et duellum inter eos percussum, et prædictus Hamo succubuit. Ideo ad Judicium de eo, &c. Nulla habuit catalla.* Ibi scriba pugnantium imagines, victumq; & in furcis pendentem Hamonem le Stare, parum artificiose, calamo expressit. Descripta rei lineamenta, quemadmodum in superius allatis se habet tabulis, cælo ficta, hic inserui. Accipe insuper sigillum Henrici de Fernbureg chartæ suæ, qua se Abbati Glastoniensi perpetuo promachum fore testatur, appensum, unà cum ipsa scheda, huc transtuli.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit Henricus de Fernbureg, dictus Marescallus, salutem in domino. Noveritis me fecisse homagium meum domino Rogero Abbati Glastoniæ, & ecclesiæ suæ Glastoniensi, ac fideliter promisisse, & me præsenti scripto obligasse ad duellum vadiandum & faciendum pro eis, si necesse fuerit pro jure suo quod habuit in maneriis de Pulceleschurch, Kranmere, Blakeford, *&* Wynescumbe, *cum suis pertinentiis; & in advocationibus ecclesiarum de* Esseburie, Boscland, Kincton, *&* Crestelmeford, *et aliis quibuscunq; quandocunq; necesse habuerint, contra Bathoniensem, et Wellensem episcopum, Decanum et Wellensem, & quoscunque campiones suos, vel quemcunque campionem suum, pro triginta marcis Esterlingorum; de quibus triginta marcis dictus dominus Abbas, vel aliquis alius pro se, & ecclesia sua mihi solveret in vadiatione dicti duelli decem Marcas; in tonsione mea quinq; marcas; & residuum supradictarum triginta marcarum die armationis meæ tradatur alicui bono viro in equalem manum qui ipsas quindecim marcas mihi restuat si unum ictum tantum duellum dedero: Et si nullum ictum duellum dedero, dictæ quindecim marcæ, quæ in equali manu fuerint, Abbati memorato, vel suo attornato sine dilatione restituantur. Ad omnes autem dies super jure dictorum maneriorum & advocationem ecclesiarum prædictarum, à Justiciariis domini Regis assignandos, veniam fideliter et sine omni difficultate aut fraude, quousque omnes controversiæ super prædictis maneriis & advocationibus judicialiter terminentur, sumptibus cum ipsius Abbatis et ecclesiæ suæ rationabilibus, ubicunq; et quotienscunq; fuero, super hiis requisitus. Nec licebit mihi aliquod duellum vadiare, nec facere, donec unus mensis post proximum clausum Paschæ plenariè compleatur, nisi totum placitum sine controversia, jure prædicto inter partes prædictas prius terminetur. Quæ nisi infra prædictum terminum fuerint terminatæ, sicut præmissum est, ex tunc, sicut prius, ad omnes dies super jure dictorum maneriorum, & advocationem ecclesiarum prædictarum, à Justiciariis domini Regis eis assignandos, veniam fideliter & sine omni difficultate aut fraude, quousq; omnis controversia super prædictis maneriis & advocationibus judicialiter terminentur. Et duellum pro eis vadiabo, si necesse fuerit & faciam, secundùm formam præscriptam, contra prædictos, pro jure suo supradicto, nisi pro aliis medio tempore duellum vadiavero. In cujus rei testimonium præsenti scripto Sigillum meum apposui. His testibus* Thoma Tuet *milite, Magistro* Waltero de Huntingfeld, Thoma Everard, Guidone de Tauton, Willielmo de Lenge Roberto Peniston, Richardo de Hause *& aliis. Dat. Londini* XXVIII. *die Aprilis Anno regni regis* Henrici *xlii.*

Iisdem



Iisdem armis,eodemque habitu eum se sigillo representasse,quibus(si occasio ad eam rem tulisset) pugnaturus erat,nemo ambigat.In Bibliotheca Seldeniana (inter alios lectissimos) codex est M S. cui titulus. *Liure des Asises,& des vsages,& des plais de la haut Court de Jerusalem* , (eo quo usus est Labbeus anxior) unde ego quædam,arma duello certantium describentia,excerpsi.

Coument tous manieres de Champions doiuent estre armes quant ils se vienent por offrir a Court, per la bataille faire.

Ce est la maniere coument tous manieres de champions, Chevaliers, & autres se doiuent combatre, & coment il se doiuent auant por offrir au Seigner, & coment, & de ques armes il doiuent venir armes por offrir caus de battaille, & coment & de ques armeures, il doiuent estre armes el champ: & se la bataille est a cheual, coument & de queiles chevaus doiuent estre couuers.

Coment Chevaliers doiuent estre armes qui se combatent por murtre, & coment por autre querelle & coment il se doynent venir por offrir, & on, & a quel hore.

Les Chevaliers qui se combate por murtre, ou por homecide, se doiuent combatre à pie, & sans coyfe, & estre roignes a la reonde, & vestus de cotes vermeilles, ou de doubles, ou de chemises desus del vermeil, courtes jusques au genouill, & les manches copees desus le coude, & aueir chauses vermeilles de drap, ou de sendel à estrier sanz plus, & une targe que lon apele harase qui soit plus grant de lun demi pie, ou playne paume, en laquel ait deux pertuis de coumunal grant en tel endroit que il puisse veir son auersaire par ceaus pertuis; & doit auoir une lance & deux espees, lune ceinte, qui ait de feure trenchie jusques as renges, & lautre atachee a son arson, si que il la puisse aveir quant il en aura mestier. Et il na que trois iours de respit de tel bataille puisque les gages sont dones & reseut. Et quant les champions qui ont gage tel bataille se ueullent por offrir au ior de la bataille, il doiuent veinir apres entre prime & & trese en lostel du seignor, & lapeleor auant ensi vestus, et chausies come il est desus deuise,

deuise, & faire porter deuant yaus plusors harases, & plusors lances & espees, si que il puisse prendre a lentree dou champ les ques il voudra. Et si le murtre est en presence, il doit estre a une part dou champ tout descouuert. Et sil y a home ou feme qui ait fait lapel par champion, il doit estre de les le cors en tel maniere que il ne nuise, neu aide a nule des deux parties ne en dit ne en fait; ne en contenance que dex preer en tel maniere que les champions ne le puissont oir. Et les armeures dou vencu & cels qui cheent au venquor, brisees ou entrieres, doiuent estre dou seignor. Et sil y a Conestable, dou & Conestable. Et le paiss est faite puis quilsont laisses aler ensëble, & aucunes des armeures dou quelque se soit est brissée ou chet el champ, elle est dou seignor ou dou Conestablese, il y est. Et apres les gardes dou champ, doiuent partir le solaill, si que il ne soit contre la chiere de lun plus que de lautre, puis doit dire lune des gardes au Seignor, Sire que comandes vos nos auons fait quanque nos deuons faire; Et le Seignor lor doit lors dire, laisses les aller ensemble, & il les doiuent laisser aller ensemble, & traire soi a une part du champ, laissér les couuenir. Et se le champion porte arme reposte autre que celle que la court a veue, & il se veut aydier por son auersaire girgier, & les gardes dou champ saparsoiuent, elles le doiuent maintenant prendre, & le Seignor en doit faire iustice comme de murtre. Et se lun prent lautre; & il sentrebatent; les gardes dou champ se le doiuent traire cele part, estre au plus pres de aussi que se lun dit le mot dou recreant que il le puissent oir. Et se il le dit, & il loient; il doiuent maintenant dire a lautre, asses en aues fait, & maintenant celay prendre & liurer au commandement dou Seignor. Et le seignor le doit maintenant de la faire trainer iusques a forches & pendre le par la goule. Et seluy ausy qui aura este ofis, tout nait dit le mot recreant: Et qui viaut faire a peau de murtre si come est devant dit de murtre & il nest, Chevalier, il doit fair dire si come deuant est peou toutes les choses, fors tant que les champions doiuent estre armes outrement que les Chevaliers, & il doiuent estre ensi armes, auoir ces armures com il est deuant devise que champions autres que Chevaliers doiuent auoir. Car sergens à pie combattent de toutes quereles dunes armeures.

Pag. 103. lin. 7. *Item qualia Arma aut Insignia portabant duodecim Tribus filiorum Israel? tradunt Hebræi hæc fuisse.*]

Varias scriptorum opiniones de Insignibus duodecim filiorum Israel sanè parum interest referre. Insignia eos gestasse certum est; sed qualia, inter omnes adhuc ambigitur. Adeoq; exemplo noster erit, qui majorem natu Rubén Mandragonam gestasse asserit; alij (quorum sententia passim obtinet) fascias undulatas: & sic de reliquis. Si moti ultimo Jacobi vaticinio judicium tulerunt, quare diversa Simeoni & Levi, eodem vaticinio conjunctis, insignia assignant? Bos Josepho tribuitur, ille tamen ibi ramo, eoq; ad fontem fructifero, assimulatur. Non inficias eo Mosen, longo tempore interjecto, de eo loquentem dixisse, *Gloriam ipsius parem esse armentorum primogenituræ*. Moses etiam, (si Rabbino cuidam (quem edidit Gilbertus Gaulminus) quicquam fidei adhibendum est) Josephi corpus ad pollicitas terras secum deportaturus, ad ripas Nili accessit, ibique ineffabile nomen descriptum cum his vocibus *ascende Bos*, *ascende* in flumen abjecit, nec mora, feretrum aquis innatat. Et Dan catulum Leonis Moses appellat: atqui istum titulum Jacob antea Judæ tribuerat. Sit igitur Leo proprium insigne Judæ; non tamen ille prædabundus exhibebitur, sed potius recumbens aut dormiens, uti fæcialibus nostris placuit, & ipse monstrat textus. Et cum dicitur *Omnes filij Israelis ad vexilla sua cum insignibus secundum domum maiorum suorum castra habento*: super his insignibus non minor orta est contentio, neque in eorum descriptione locus est vaticinio Jacobi. Hìc Christiani ad Judæos recurrunt; illi etiam

etiam inter se pugnant, nec in scriptis suis quicquam certi tradidére. Nam de Familiarum, & domuum particularium insignibus : & de quatuor præcipuis, nempe Judæ, Rubenis, Ephraimij, & Danis, quorum unum quodq; sub se tres tribus numerabat, diversa, & incerta retulére. Habet varias eorum sententias doctissimus Brunus, libro Receptorum Errorum. Sed an insignia illius ævi fuerint, postea, in libello de ortu & progressu Insignium differendum erit: quem, si Deus cæptis faverit, typis mandabimus. Interea non prætermittendus nobis est Boldutus, qui Jacobum asserit lapidi, cui acclinis somnium vidit, scalæ & angelorum ascendentium & descendentium, insignia sua effinxisse. Quid? quod in libro Job bombardas invenit & insignia. At vero Ioannes Feron, Advocatus Parisiensis, Adami in Paradiso, atque etiam post lapsum insignia recenset : ipsum audi. *Telle couleur de rouge est attribuée à nostre bon pere Adam, qui porta pour Armes de gueulles seulement, auquel commenca noblesse, & qui en langue Hebraique signifie Rouge. Aussi fut il formé de terre au champ de Damascene. Les quelles armes il ne porta longuement, transgressant le commandement de Dieu : & lors furent chargées d'une pomme de sable, demonstrant le vilain peché par luy commis contre le puissance Divine en transgressant son commandement. Qui est le motif que nos predecesseurs ont tenu pour maxime ceste reigle generale, que armoiries sont faulses ou couleur domine autre couleur : qui à este observe jusques à present.*

Pag. 121. lin. *Cui quidem colori livido correspondet quidam lapis pretiosus, & famosus, qui Alectorius dicitur, assumptus artificiose de ventriculo antiqui caponis, ut patet in Lapidorio Morbodij, cap. de Alectorio, ubi dicitur.*]

Ventriculo galli qui testibus est viduatus,
Cum tribus ad minimum factus spado vixerit annis,
Nascitur ille lapis, cu'us non ultima laus est.
Et per bis binos capit incrementa sequentes,
Hinc Alectorio nomen posuere priores.
Mensuramque fabæ crescens excedere nescit,
Chrystallo similis, uel aquæ cùm limpida paret.
Invictum reddet lapis hic quemcunq; gerentem :
Nam Milo Crotonias pugiles hoc præside vicit.
Hoc etiam multi superarunt prælia Reges.
Extinguitq; sitim sitientis in ore receptus.
Hic expulsorum promptus solet esse reductor.
Adquiritq; novos, vetereſque reformat honores.
Hic oratorem verbis facit esse disertum,
Constantem reddens, cunctisq; per omnia gratum.
Hic circa Veneris facit incentiva vigentes,
Commodus uxori, quæ vult fore grata marito,
Ut bona tot præstet, clausus portetur in ore.

De hoc lapide scripsere Plinius, Salmasius, Albertus Magnus, Anselmus Boetius, Benedictus Cerutus, Aldrovandus, Gesnerus, Baccius, Laet, aliique.

Pag. 123. lin. 18. *Veruntamen olim in annis meis juvenilibus, scripsi in hac materia nimium somniando. In qua quidem scriptura fateor me multipliciter errasse; ut in damnando colorem viridem.*] Recte

Recte quidem errorem suum fatetur, quod dixisset, colorem viridem à se damnatum in Insignibus haberi. Si enim, quot, & quam nobiles, inter nostrates, atque etiam exteros, hunc colorem in insignibus gestarint, vel tantillum reputasset, haud facile in hunc tam pudendum errorem esset delapsus. Sed veniam meruit ingenua viri retractatio. Hìc ego igitur exorsus, nonnullas illustres, quæ, apud nos, hunc colorem in clypeis habuerunt, recensebo familias. Multæ quidem colligi possunt, paucis tamen utemur, quoniam non id agitur hoc tempore.

ERPINGHAMIORUM equestris familia, *Parmulam argenteam, una cum octo apodibus avibus, ejusdem metalli, marginis loco distributis, in scuto prasino gestabat.*

BERNERIORUM pervetusta familia, (quæ ab *Hugone de Berners* genus suum repetit, cui, in præmium fortitudinis in Normanica victoria, latifundia in *Eversdon* in Comitatu *Cantabrigiæ* à Guilielmo Conquestore concessa) *Scutum, auro prasinoq; quadratim diremptum.*

Antiqua & honorata familia, *LOVE* cognominata, agri Kantiani olim, nunc Ventæ Belgarum, *Winchester* vulgò dicimus, incola, *Leonem argenteum, in scuto viridi.*

NORTONII, Equestri loco nati, *Leonem aureum, in ejusdem coloris scuto.*

Aquila biceps aurea, in scuto viridi, *LUTTONORUM* Tessera gentilitia.

INGEORUM, familiæ equestris, *Capreolus viridis, in parma aurea*, Insigne gentilitium.

Plures ego facile afferrem, si fas esset, & mihi lector devianti posset ignoscere. Hoc solummodo prætermittendum non censui, Comites quondam Pembrochiæ, ab officio Mareschallos dictos, relicto auito gentis scuto, *Teniâ*, nimirum, *aureâ, fusillata* (sic enim mihi in præsentia occurrit ut appellarem, utar post alio si invenero melius) *in clypeo coccineo* gesserunt, ac deinceps, *Leonem sanguineum, in scuto aureo & viridi, ab summo ad imum directè partito, tulisse.* Et Comes Norfolciæ Rogerus Bigotus, Matildis, coheredis familiæ Pembrochianæ, filius, fastiditâ *cruce coccinea*, quam prius *in clypeo aureo* gestaverat, istud Pembrochianum scutum recepit. Sigillum vero Rogeri, avi, cruce insignitum (eo quod magnopere arridebat) hìc placuit inserere.



Ante

Ante hæc crucis insignia, à fæcialibus nostris receptum est, gestasse eos *Leonem aureum gradientem in clypeo puniceo.* De colorum significatione scripsere Peregrinus, & alij, quorum nominibus recensendis supersedeo. Sed quicunque se isto studio oblectaverit, nolit Rableisium præterire; capite nono agit de colore albo & cæruleo, quibus Garagantuam suum amicivit. Sed in his, uti in multis (plerisq; fortasse) opinione ducuntur. Hoc planum erit repuantibus eosdem colores aliis summo in pretio, aliis despicatissimos. In Africa, inquit Joannes Leo, manus, & pedes novarum nuptarum, quo habitores reddant arborum frondibus nigrefaciunt. Quin & dentes, quorum albedinem nos tanti habemus, Indi atramento illinunt. Tartaris, & Muscovitis ungues suos pice atriores reddere solenne est. Hunc colorem tanti semper fecerunt Hispani, ut ejus gestamen carnifici omnino interdixerint: quem tamen apud nos lugentes induunt. Turcæ vero adeo oderunt ut apud eos nigris vestibus amictos in conspectum Imperatoris venire capitale sit. Chinenses vero & Tartaros candidis indutos lugere, Trigaltius auctor est. Aristoteles, libro suo de coloribus candida animalia imbeciliora plerumq; esse asserit. Quod fortasse in causa est, quod Herculem suum Græci, *Melampigum,* generoso sane epitheto, robur ejus eo denotantes appellant. Hoc nomine, inquit Hesychius, fortem quemlibet honorant. Doris apud Lucianum Galateam naso suspendit adunco: Haud mirum, inquit, si te bubulcus Polyphemus ob candorem dilexerit, & si commesteri lactis & casei nihil arideat præter candidum. Sed quo in pretio apud nos hic color sit, non opus est multis

Plura de aliis coloribus addere possem si jam vacaret; sed alia fortasse se offeret occasio. Interea Antonium Dadinum Alteserram de coloribus & metallis, quibus insignia depinguntur differentem audi. *Romanis,* inquit, *ut ex Imperii Notitia liquet, certi non fuere colores & metalla insignium: posterioris ævi inventum est, quod certos his colores, & metalla, nescio quâ superstitione dicavit, & scrupulosam hac de re artem instituit: metalla sunt aurum, & argentum; colores, cæruleus, viridis, idiotismo* Sinople *: Rubeus, quem* Gueules *vocitant; Niger, quem nostri* Sable. *Unde* Gueules, *dici amet rubeus color anxiè quæsiere multi, sed infeliciter, dum vocem domi natam, peregrè nimirum inquirunt, & in remotis perspicaces, in proprioribus lippiunt, ridebis si rubeum colorem Gulas dixero, nativo gulæ colore. Sed primùm ecce Bernardus Claravallensis hujus conjecturæ locuples suffragator, in Epistola ad Henricum Senonensem Archiepiscopum:* Horreant & murium rubricatas pelliculas, quas gulas vocant, manibus circumdare sacratis. *Sabulum verò quod est nigrum, non à sabulo deflexum, sed à muribus Ponticis nigri coloris, quos vocant Martras vel sabelinas, sabulinas. Diutius me torsit Sinopi, quod est viride, origo; sed in hunc diem me effugit, nisi forte ex errore natum lubet, & sinopim (quæ est Græcis Asiaticis minium Cappodocium, à Sinope urbe, ad quam commercii causâ convehebatur, teste Strabone, & Plinio) à Francis per Græciam & Asiam peregrinantibus, Hellenismi inscitiâ, ad viride detortum.*

Pag. 125. lin. 36. *Nobilis poeta Architrenius.*]

Joannes Hantivillensis, sive Hantwillensis, nostras, claruit annò 1200. regnante Joanne. Libros de Bruto rege XVI. (quemadmodum in Gesnerianæ bibliothecæ Simlerianâ legitur epitome, sed Pitseus ait, poëma id libris IX. constare) ludebat. Archichrenium autem appellavit ab ἀρχὴ, & θρῆνος: ut versus indicat,

Hoc est flebilium quasi summè flebile carmen.

Atqui hinc ipse etiam *Archithrenius* nominatus. Eum laudant Petrarcha, *Giraldus,* Vives, Vossius, Textor, Balæus, & Naudæus.

Pag.127. lin. 17. *Portavit namque Uter, duos dracones virides, coronis rubeis coronatos, terga adinvicem vertentes in campo aureo.*]

L'Ordre de la Table ronde tant renommé, fut institué premierement par le Roy Uterpendragon pere du vaillant Roy Artus, le quel en fut apres le chef. Uterpendragon portoit sur son Escu, D'or à un Dragon de sable, iettant feu & flame par les narines; ce qui fut aussi le cimier des Armes du Roy Artus. L'Enchanteur Merlin luy en ayant donne un qui combatoit, & qui distruisoit tout se qui se presentoit devant luy. M. Wlson. *Le uray Theatre D Honneur. pag.223.& 224.*

Fretus veniâ Nobilissimi viri, quam ipse satis amplam largitur, ostendam in quibus deerraverit, in libro eximiæ famæ, quem inscripsit, *De Scientia Heroica.* Ipse enim, lectoribus dum præfatur, veniam, erroribus suis obnixè petit, seque humano more in multis non decipi non potuisse confitetur, ideoque iis qui errata illi elapsa commonstraverint perpetuo obligatum iri testatur. Piget sanè quod meritissimus vir se opera sua ingratis obtulisse queratur. Erubescant sanè Nobiles istius gentis, dignissimum vatem hactenus sine Mæcenate fuisse.

Pag. 122. n. 22. *Les Barons de Willoughby, de Eresby, & de Berty, en Angleterre, d'argent à trois beliers d'azur, enchaisnez & liez de mesme.*]

Comes de *Lindsy*, cui de *Berty* cognomen, à Willoughbæis de Eresby in agro Lincolniensi oriundus, portat insigne superius descriptum: Baro verò *Willoughby de Parham, Clathros venetos, in solo parmæ aureo.*

Pag. 182. n. 22. *Leicester en Angleterre, d'or à un fer de iavelot à l'antique d'azur la pointe en bas, Les Anglois le nomment vn feon.*]

Leicestriæ Comes, *de Sydney* cognominatus, (qui à *Guilielmo de Sydney* Camerario Regis Henrici Secundi genus repetit) *jaculi apicem cæruleum, in scuto aureo gestat.*

Pag 136. n. 6. *Les anciemes Armes des Comtes de Northombelland en Angleterre, d'or au lyon d'azur, écartelé de gueules à deux luths d'argent posez en fasce, le manche tirant vers le flanc dextre.*]

Matildis *Luci* (quæ hæres Anthonij *Molton* sive *Luci* fratris sui) Henrico Percio Northumbriæ Comiti coniugi amplissimum patrimonium dedit, & quanvis ex illo nullam susceperit prolem, Perciorum tamen familiam sibi hæredem scripsit, ea lege ut *Luciorum* insignia, *tres*, scilicet, *Lucios pisces in rubro*, cum ipsorum clypeo gentilitio variarent, ut ex ipso Autographo loquar, *Sub conditione deferendi*

deferendi arma sua de rubro cum tribus Luciis, una cum Armis de Percy aureis scilicet, & Leone Azureo quarteriatim, per finem levata. Henricus ille Northumbriæ Comes Joscelino filio juniori Godfredi Ducis Brabrantiæ, Caroli Magni verâ prole, Agnetem Guilielmi Percy filiam, & ex asse heredem, in uxorem duxerat, oriundus. Convenit verò inter hanc Agnetem & Joscelinum, ut ille Perciorum nomen assumeret, sibi sua Brabrantiæ antiqua insignia retineret, vidilicet *Leonem cœruleum* (quem Brabranti postea mutarunt) *in clypeo aureo.*

PERCIORUM Insignia quini fusi scutarij aureiq;, in veneti coloris alueolo. Hodierni Comitis insignia hîc delineanda curavi.



Ibid. n. 8. *Sweting en Angleterre d'azur à trois violons d'argent le manche tendant en bas vers la pointe.*]

In alveolo conchiliato, cheles argenteæ tres, sunt SWETINGORUM *in Regno Magnæ Britanniæ.* Silvester Petra Sancta. pag. 519. Chordæ furvæ, in hoc scuto describendo omissæ sunt.

Pag. 224. n. 9. & pag. 54. *Pro* Burgly, *scribe* Burgh, *vel* Borough.]

Consilium mihi eandem dare operam Gilberti de Varennes libro, inscripto *Le Roy des Armes*, errores hinc & inde dispersos annotabo, quantumq; in nobis est, emendabo.

Pag. 134. lin. 28. *Au premier du troisiesme grand quartier, de gueules à sept maches d'or, qui est de Charley.*]

Insignia sunt Rogeri de *Quincy* Comitis Wintoniæ, de quibus inferius dicam.

Ibid. lin. 30. *Au ſecond d'azur, à trois garbes d'or, qui eſt Kamulpherle.*]

Kivilioc fortaſſe voluit dicere. Ceſtriæ enim Comes, ita cognominatus, *Tres tritici manipulos aureos, in cyaneo ſcuto geſtabat.*

Ibib. lin. 31. *Eſchiqueté d'or & d'azur, à un cheuron d'hermines, qui eſt Guy & Terquemis de Varuik.*]

Terquemis, monſtrum nominis.

Pag. 135. lin. 1. *D'or, à un faſce de ſable, accompagneé de deux cheuron de meſme, qui eſt Lyfleu.*]

Pro *Lyfleu*, ſcribe Lyſle. Nec ulubi repertum.

Pag. 188. lin. 32. *Semer Duc de Somerſet en Angleterre, portoit d'or à ſix fleurs de lys d'azur, miſes en deux paux, à la pointe renverſée, qui paſſe entre deux & qui eſt gueules à trois leopards d'or.*]

SEYMOUR, ſive *DE SANCTO MAURO*, *Marchio Hertfordiæ duas Aquilæ alas aureas* in *Scuto puniceo geſtat.* Inſigne ab eo deſcriptum, Henricus, ejus nominis octavus, dedit Ianæ Seymour uxori ſuæ, in *augmentationem*, ut fæciales loqui amant.

Pag. 220. lin. 19. *Buerer Comte de Holdernes en Angleterre, porte de gueules, à deux bandes undeés d'or.*]

Cuilielmus de *BRIEWER* (ſic enim pater ejus quia in ericeto natus, denominatus) Baro de *Odcembe*, nunquam Comes, flagrantiſſimus in amicitia Richardi primi, *Duos baltheos undulatos, in ſcuto puniceo geſtabat*, ejus filiæ (nam filius illiberis obiit) ſuis nuptiis familias de *Breos*, *Wake*, *Mohun*, *La fert*, & *Percy* magnis poſſeſſionibus auxerunt.

BREOS Baro de *Brember*, *d'azur ſemé de croiſettes recroiſees au lyon rampant d'or.*

WAKE, *d'or, à deux faſces de gueules, au chef trois tourteraux.*

MOHUN, Baro de *Dunſter*, *d'or à la croix engreſlée de ſable.*

LA FERT.

PERCY, *d'azur à cinq fuſées d'or.*

Pag. 237. lin. 6. *Gaveſton Compte de Cornoüalle en Angletterre, portoit d'azur, à trois aiglettes d'or.*]

Petrus de *Gaueſton*, Comes *Cornubiæ*, apud Eduardum ſecundum gratioſiſſimus, (ſex

(*ſex aquilas virides, in aureo ſcuti laterculo geſtabat* (ſi fides Fæcialibus noſtris) tres vero tantum eum geſtaſſe ejus ſigillum, quod hîc delineandum duxi, abundè demonſtrat: eas praſinas fuiſſe nullus dubito. Si cuiquam aliter videbitur, non repugno.



Pag. 224. lin. 21. *Harkley en Angleterre, porte d'argent à la croix de gueules, & au franc canton vne merlette de ſinople.*]

Comitem habuit Carleolum Andream, ſcilicet, de *Harcla*, quem Rex Eduardus ſecundus, *pro laudabili & bono ſervitio impenſo contra Thomam Comitem Lancaſtriæ, & alios ipſius fautores, Regis inimicos & ſubditos debellando, & devictos Regi reddendo, ſub honore & nomine Comitis Carleol*, gladio cinxit in Comitem. Qui tamen perditè & perfidè rebellis, & ingratus, fidem patriæ, & Principi datam fefellit, & poſtea interceptus, ſummo cum dedecore ingratam luit perfidiam, *degradatus, amputatis ſecuri calcaribus, poſt diſcinctus baltheo militari, inde calceis & chirothecis exutus, demum tractus, ſuſpenſus, decapitatus & membratim diviſus.* Scutum ejus *argenteum, cruce punicea, & apode ave, in dextra ſcuti parte, furuâ*, inſignitum.

Pag. 266. lin. 14. *Brandon* Duc de *Suffolk* en Angleterre, porte *d'argent à quatre faſces de gueules, au lion d'or, couronné, brochant ſur le tout.*]

Carolus *Brandon*, cui Henricus octavus Mariam ſororem, Ludovici duodecimi, Galliarum Regis viduam, in uxorem dederat, Ducíſque Suffolciæ titulo ornaverat, portabat *qui nos lemniſcos argenteos, totidemque puniceos, cum leone rapaci aureo, coronâ à argenteâ & puniceâ directè partitâ, inſignito.*

Pag. 299. lin. 20. *Bollen en Angleterre porte d'argent, au cheuron de gueules, accompagné de trois teſtes de bœuf de ſable.*]

Thomas *Bollen* Vicecomes *Rochfort*, natus ex altera herede Thomæ *Butler* Comi-

Comitis Ormondiæ, à genero suo Henrico octavo in Comitem Wiltoniæ creatus, *Scutum argenteum, cantherio coccineo exaratum, cum tribus bouinis capitibus abscissis, nigrisque, gestabat.*

Pag. 362. lin. 21. *Parr en Angleterre, dans ses Armes coupés de huict pieces à un escu, d'argent à trois cheurons de gueules entrelacés l'un dans l'autre, & de mesme grandeur.*]

Cantherij tres exiliores aureiq; cancellatim innexi, cum apice scutario perindè aureo, sunt insignia gentilitia FITZ-HUGONUM, Petra Sancta pag. 160. 2.

Barones *FITZ-HUGH* dicti, ex antiqua Anglorum stirpe, qui Castri *Ravenswath* Domini fuerunt ante Normanorum victoriam, & claruerunt usque ad Henrici septimi tempora, per connubia cum heredibus familiarum illustrium de *Furneaux*, & *Marmion* amplis locupletati latifundiis postmodum, ad *Fiennes* Dominos *Dacre* in Austro, & *Paros*, per fœminas, tandem devolutis.

FURNEAUX, Sena minuta Cruces, cum repetitis ad scapos earum cruculis ex auro, circa balitheum ex eodem metallo.

MARMION, De vair, à la fasce de gueules.

FIENNES. D'azur, à trois lions d'or, armés & lampassez de gueules.

DACRE. Dg eules, à trois coquilles d'argent.

PARR. D'argent, à deux fasces d'azur, à la bordure engreslée de sable.

Pag. 423. lin. 9. *Clifford en Angleterre eschiqueté d'argent & d'azur, à la fasce d'or.*]

CLIFFORD Cumbriæ Comes, echiqueté d'or & d'azur, à la fasce de gueules.

Pag. 425. lin. 20. *Marshall en Angleterre porte de gueules à la band de quarreaux d'or, ne se entretouchans que par vn angle.*]

MARESCALLI (sic dicti, quòd eorum majores fuissent hereditarij Marescalli Palatij Regij) *de gueules à la band fusellé d'or.*

Pag 445. lin 16. *Hadrien, quatriéme du nom, Pape nommé auparauant Nicolas Brekspeare, qui en Angleterre d'ou il estoit, signifie lance brisée, portoit aussi de gueules à la lance brisée d'argent, & mise en facon de cheuuron contourné, la plus grosse piece en haut.*]

Ejus scutum, prout superius descriptum, vide apud Alphonsum Ciaconium, pag.

pag. 554. Fæciales verò nostri lanceam, medio, loco cantherij, ponunt.

Pag. 449. lin. 33. *Helies de la Rocheesnard en Poictou, porte burellé d'argent & de gueules, & le tout chargé de cinq fusées de sable mises en pal chacume. Cette maison Originaire d'Angleterre, & dont le nom Helyes en Anglois, signifie Montfort, à fait de grandes alliances en France depuis qu'elle s'y est habituée, car elle à pris des femmes dans les tres-illustres familes de Rochechoüart Mortemart, de Preuost du Chastelier Portault, de Chubanes, de Bresmont, de Neuchefes, de Puy du fou, de Luxembourg, & de Rumont Riplemond en Bretagne, qui porte d'or a trois testes de lions arrachées de sable. Et quant à l'antiquité de sa Noblesse, elle se justifier par bon tiltres, dont les vns nos enseignant qu'Androüart Helies l'an de salut mil deux cents trois, du temps de Jean cinquiéme Roy d'Angleterre, estoit Gouuerneur de Cornuauille en cette grand Isle, puis usques à la mée mil deux cents cinq fut grand Prevost de Londres, & Gouuerneur de tout le pays d'angleterre, fut chef de vingt mille hommes contre les Escossois, entra en France, prit la Bretagne, fit mener le Duc prisonnier en la grosse tour de Londres, puis estant Gouuerneur de Bretagne, maria l'vn de ses deux enfans auec la fille du sieur de Rumont, dont il eut vne heureuse lignée. Sa femme estoit fille du Duc de Cantorbie, & de Suffort, dit Blancherose, qui portoit d'azur au cheuron d'or accompagne de trois roses d'argent, deux en chef, & une en pointe.*]

Hæc adeo composita & fabulosa, operosius refellere esset lucumonis ignavi. Quot verba, tot ferè sunt errores, his igitur missis, in viam redeo.

pag. 130.

Pag. 130. lin. antepen. *Dicatis igitur, si placet, quod Dominus noster supremus, Dominus Henricus Rex Angliæ, portat pro Regno Angliæ Tres Leones aureos in Campo rubeo.*]

Leones tres aureos gradientesque, oribus obversis, in scuto puniceo gestabant REGES ANGLIÆ; & eorumad exemplum, leones frequentissimè nostris in clypeis videre est. Non erit abs re nec procule, proposito, nonnulla hic nostratium scuta describere, rem debitam externis, quibus nostra passim ignorantur, latinis quippe in celebrata literis.

Leo Argenteus, rapaxq; in areâ puniceâ MOWBRAIORUM Tessera gentilitia. *Originem hujus prosapiæ si quæris, uno verbo expediam*, inquit Camdenus. Cujus verba hic transcribere opera pretium visum est. *Cùm Rogerus de MOWBRAY Northumbriæ Comes, & R. de GRANDEBEOFE, ob perfidiam omnibus possessionibus exuti essent, Rex Henricus de primus Nigello ALBENIE ex eadem familia qua Albenij Arondellij Comites, viro summo loco inter Normannos nato, qui Guilielmo Rufo ab arcu erat, maximam earum partem contulit, adeoq; ditavit, ut in Anglia 140. in Normannia 120. feoda militaria teneret. Jussit etiam ut Rogerus ejus filius MOWBRAII nomen assumeret, à quo MOWBRAII illi Nottinghamiæ Comites & Norfolciæ Duces sunt procreati.* Hactenus Camdenus.

ALBINEII, verò, Arondelliæ Comites *Leonem aureum rapacem, in ejusdem Coloris scuto, gestabant.* Quem Leonem aureum *FITZ-ALANIIS* prognatus, abjectis avitis insignibus (*Quatuor scilicet lemniscis aureis, totidemq; puniceis*) sibi sumpsit, suisq; posteris transmisit.

Barones de *MONTE ALTO*, vulgò *MOUNT-HAULT*, qui in honoratissimam familiam succreverunt, *parmâ cyaneâ, in qua argenteus leo erectus*, insignes; dignitatemq; auxerunt nuptijs Ceciliæ unius coheredum Hugonis de *Albeny* Comitis Arundelliæ.

CREWE, d'azur au lion rampant d'argent.

Leo furvus erectusq;, in clypeo argenteo STAPLETONORUM Tessera Gentilitia. Hæc famila haud dubiè nobilissima, duobus enim Equitibus amplissimi Ordinis *Garterii*, sive Periscelidis, meritò triumphat.

Barones *FALCONBERG*, heredes *Brusiorum* Dominorum de Skelton, *Leonem cyaneum, erectumque, in parma argentea gestabat.*

BRUS d'or, à un sautoir, & chef de gueules.

PICKERING. D'hermines, au Lyon rampant d'azur, couronné d'or.

NORWICH. De sable, party de gueules, au Lyon rampant d'hermines, couronné d'or.

WOKYNDON. De gueules, au lyon rampant d'argent, couronné d'or.

DAREL. D'azur, au lyon rampant d'or, couronne d'argent.

SAINTGEORGE, d'argent, au chef d'zur, au lyon de gueules brochant sur le tout, couronné d'or.

WANDESFORD. D'or, au lyon rampant d'zur, la queuë fourchée.

CRESSY. D'argent, au lyon rampant de sable, la queuë fourchée.

CARTER, d'azur, à deux lyons affrontés d'or.

CATESBY, d'argent, à deux lyons passants gardants de sable couronnés d'or.

BARRY, d'azur, à deux lyons passants gardants d'or.

Nobilissima *LISLEIORUM* familia, *d'or, au chef d'azur, trois lyons rampans del primier.* Ex hac gente nonnulli olim ad comitia Parlamentaria, cum reliquis Regni Baronibus, evocati uerunt.

Leones argentei tres, balthei loco positi, cum laciniolis quatuor ejusdem metalli,

intra

intra scutum furvum, BROWNEORUM Equestris familiæ sunt insignia; è qua cùm Antonius Browne Luciam quartam Joannis Nevilli Marchionis Montisacuti filiam cum dotali patrimonio satis amplo duxisset, è filio nepotem Vicecomitis Montisacuti titulo Maria Regina exornauit.

Leo puniceus ad eundem modum dispositus, cum duobus laciniolis cyaneis, in clypeo argenteo, MARSHAMIORUM *tessera est gentilitia.*

Pag. 149. lin. 23. *Arietem in armis portare significat, quod primò ipsum portans vel assumens fuit vir multum capitosus, vel aliquas conditiones arietinas sequens.*

Hoc semel annotasse (quod in omnibus etiam intelligendum est) sufficiat: nempe, Insignia nunquam in deteriorem partem accipi: adeo ut quicquid virtutis animalibus ascribi soleat, primis gestatoribus attributum sit. Data enim sunt insignia iis in honorem quibus concessa sunt.

Hîc ex Artemidoro, Giraldoq; Cambrensi (Lectori tædium suffuraturus) duas fabulas inserui, & annotatiunculam hanc, familiarum, apud nos, arietes, vel eorum capita, parmulis gestantium commemoratione, concludo.

Ἔλεγε δέ τις θεασαμένῳ τινὶ ἐπὶ κριοῦ καθημένῳ, καὶ πεσόντι ἐξ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν, μνηστευομένῳ δὲ καὶ μέλλοντι ἐν αὐταῖς ταῖς ἡμέραις τοὺς γάμους ἐπιτελεῖν, προειπεῖν αὐτῷ, ὅτι ἡ γυνή σου πορνεύσει· καὶ τὸ λεγόμενον, κέρατα αὐτῷ ποιήσει, καὶ οὕτως ἀπέβη. καὶ διὰ μὲν τὴν πρόρρησιν τοῦ ὀνείρατος παραιτησάμενος τὸν γάμον, καὶ μόλις ποτὲ πεισθεὶς ὑπὸ φίλων, μετὰ χρόνον τινά, ἔγημε μὲν τὴν πρώτην αὐτῷ μεμνηστευμένην· δεδιὼς δὲ τὸ ὄναρ ἐφύλαττε τὴν γυναῖκα, καὶ διὰ πάσης ἀσφαλείας διεγίνετο, καὶ ἐκείνη μὲν ἐνιαυτὸν ἐπιζήσασα, διετέλεσεν ἄμεμπτος. Ἄλλην δὲ ἐπιγήμας γυναῖκα ὡς καὶ νομίσαι αὐτὸν ἀποσκῆψαι τὸ ὄναρ, περιέπεσε τῷ δυστυχήματι. ἀπέβη γὰρ ἐκείνη, εἰς ἔσχατον πορνείας ἐκπίπτουσα.

Viro, qui somnians arieti insedisse, & ex anterioribus sibi excussus videbatur, (cum inter paucos dies nuptias appararet) quidam prædixit, hoc illi præmonstrare, uxorem ipsius mœcham futuram, & (uti vulgo dicitur) illi cornua daturam, atque ita evenit. Somnij verò monitu nuptias tergiversatus, atque ægre tandem ab amicis victus, antea sibi desponsatam duxit. Adhuc tamen somnio territus, mulierem custodiebat, & cura pervigili tutabatur, & cùm annum convixisset, labis expers decessit. Jam præterlapsas somnij minas ratus aliam duxit, deciditque in infortunium, illa enim sine mora in adulterium effusa est. hæc Artemidorus.

Hoc autem mihi videtur hac de gente (loquitur de Hauerfordia, & Ros, Giraldus) *notandum quod in armis Arietum dextris carne nudatis, & non assis sed elixis, tam futura prospiciunt quam præterita & ante incognita longè respiciunt: tempore quoq; præsentia, sed loco absentia, quasi prophetico quodam spiritu, arte mirandà cognoscunt: & guerræ signa: cædes & incendia, domestica adulteria, regis statum, vitam & obitum, rimularum quarundam & notularum indiciis certissimè declarant. Unde & nostris temporibus contigit virum quendam partium istarum non ignobilem, & in arte prædictà præ aliis instructum (cui nomen Guilielmus Mangumel) uxorem habere de proprio viri nepote prægnantem. Cujus eventus vir non ignarus, arietem de ovili proprio sumptum, ex parte cujusdam vicini sui, coram uxore, sibi præsentari procuravit: quo statim ad coquinam transmisso, cum eodem die in prandio sedissent, armum arietis debito more decoctum & purgatum ad inspiciendum vir mulieri, quam in hoc peritam noverat, ex industria porrexit. Quem cum paulisper intuita fuisset, rimulas notans & signa secreta, & oraculum in mensa ridendo projecit. Ille verò cuncta dissimulans, cum risus causam reique notitiam tanto vehementius efflagitasset, illa demum tanquam importunà viri mota instantià respondit: Vir de cujus ovili aries hic fuerat, uxorem habet adulteram, & proprij nepotis incestu jam gravidam effectam. Ad hæc autem vir subtristis, vultuq; demisso. Verum, inquit, oraculum profers, & nimià veritate subnixum, unde & tanto mihi dolendum fortius, quanto in propriam injuriam publicata redundat ignominia. At illa tantam suo comperto crimine confusi-*

fusionem dissimulare non prævalens, interiorem animi passionem signis exterioribus, urgente vicissim tam pudore quam angustiâ, nunc rubore vultus, nunc pallore, demum verò lachrimis more muliebri est protestata.

Tres arietes nigri, in campo argenteo, sunt antiquissimæ, Equestrisque. *SYDENHAMIORUM familiæ insignia gentilitia.*

LYTON, d'argent, à un belier passant de sable, accornée d'or.

WHETHERBY, de vert, au cheuron de hermines, accompagné de trois beliers d'or.

RAMSEY, de sable, au cheuron d'argent, accompagné de trois testes de belier de mesme.

RAMME, d'azur à trois rencontres de belier d'argent.

ΤΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΙΣ; ΤΙ ΛΥΚΑΝΔΟΣ; ΤΙ ΘΩΜΑΣ Ο ΠΡΟΟΙΚΟΣ; ΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἔστι δὲ αἰτία τῆς ἐπιγραφῆς, αὕτη. Ὁ μέγας ἐκεῖνος καὶ περιβόητος βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς, ὅτε τῶν σκήπτρων ἐκράτει τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας, ὁ τούτου θεῖος Ἰουστῖνος, μονοστράτηγος τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων Καῖσαρ ὢν ἐχρημάτιζε. καὶ διερχόμενος τὰ μέρη τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, καμμύτισε ἐν τῇ Λυκανδῷ. Ὁ γοῦν Θωμᾶς ἐκεῖνος, ὁ πρόοικος τῆς αὐτῆς πόλεως, τηλικοῦτος ἦν ἐπὶ βοσκήμασι πλούσιος, οἷον τὸν μακάριον Ἰὼβ ἡ θεία παρίστησιν ἱστορία· προσεκόμισε δὲ τῷ Ἰουστινιανῷ δῶρον ἐν τάξει κανισκίου θαυμασιώτατον, καὶ γραφῆς ἄξιον μυριάδα προβάτων ταῖς χροιαῖς διαλλάττουσαν. χίλια πρόβατα μέλανα, καὶ ἕτερα λευκότριχα χίλια, καὶ ἕτερα σποδοειδῆ χίλια. καὶ ἕτερα φαιὰ ὡσαύτως καὶ ἕτερα ξανθὰς ἔχοντα τρίχας, τὸ αὐτὸ ποσὸν φέροντα, καὶ ἕτερα περκνὰ τὸ αὐτὸ ὄντα ἰσόποσον. καὶ ἕτερα φοινικότριχα χίλια. ἕτερα χρυσίζοντα, ἔχοντα τοὺς μαλλοὺς οἱονεὶ πυρρότριχα, χίλια. ὁποῖον φημίζουσι τὸ χρυσοῦν δέρας ἐκεῖνο τὸ περιβόητον Ἕλληνες. καὶ ἁπλῶς, αἱ δέκα χιλιάδες ἑτερόχροιαι, καὶ παρηλλαγμέναι τοῖς χρώμασι. Τοῦτο θαυμάσας ὁ Καῖσαρ, καὶ τὸ δῶρον τοῦ Θωμᾶ προσδεξάμενος, παίζων ἐκέλευσε γραφῆναι ἐν τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, τουτὶ τὸ ἐπίγραμμα, ὅπερ ἐν τοῖς ἄνωθεν ἔφημεν.

QUID CONSTANTINOPOLIS?
QUID LYCANDUS?
QUID THOMAS PROOECUS?
QUID IMPERATOR?

Causa verò hujus inscriptionis hæc est. Magnus ille & celebratissimus Imp. Justinianus, quùm Romano imperio potitus esset; patruus ejus Justinus, unicus prætor Romanorum agminum Cæsar existens appellatus est. Quum itaque omnes Asiæ minoris partes obiret, tandem Lycandum pervenit. Thomas igitur ille, proœcus ejus urbis, adeò dives pecoris, atque sacra historia beatum Jobum fuisse testatur, obtulit Justiniano donum instar sportulæ, summoperè admirandum, & memorabile: decem videlicet millia ovium, coloribus inter se discrepantia. Mille nigras, alias albo villo mille, aliásque mille cineritij coloris. Totidem flavas, totidem variegatas, sive maculis distinctas. Totidem rubras; totidem auri speciem referentes, ut & rutilanti vellere totidem, cujusmodi ferunt fuisse celeberrimum illud aureum vellus. & simpliciter, decem chiliades, diverso omnes inter se colore erant distinctæ. Quod quidem miratus Imp. recepto Thomæ dono, iocans jussit inscribi portæ urbis inscriptionem, cujus suprà meminimus.

Hæc è Constantini Imp. Them. eò adduxi ut ostendam, ovium colores esse plures, quam qui in clypeis visuntur; tres enim tantum me vidisse memini.

Pag. 150. lin. 8. *Agnum igitur in Armis portare est signum, quod primò illum in Armis portans fuit vir pius, mansuetus, & humilis, aut portavit nomen agni: ut multis*

multis portant diversa animalia , aves , vel alia signa quæ sunt ejusdem nominis cum ipso portante.]

Quæ gestantium nominibus alludunt, antiqua sanè, si non omnium antiquissima, sunt insignia. Cui sententiæ favet Silvester Petra Sancta: quiq; plurima ejusmodi insignia recenset. Quædam Basilius de Sereniis, in illustrissimæ Borromæorum familiæ Elogio, antea dederat: multa habet Vulsonius Columbarius: nonnulla Petrus Gritius: & eorum nullus auctor non meminit. Hîc ego quoq; aliquot nostratium illustres & antiquas, quorum Tesseræ gentilitiæ, cristæve cum nominibus suis consonant, recensebo familias.

GRITIO, *vn Grifone di suo color naturale destro, rapante, posto in campo rosso, & isbarrato dis-barra gialla, ò aurea.*

Minores filii antiquissimæ equestrisq; *LAMBERTORUM*, in agro Eboracensi, familiæ, relictis majorum insignibus, *Ternis* nimirum, *Narcissi floribus*, (sex-folia Feciales nostri vocant) *argenteis, in scuto puniceo, Capreolum, argenteosq; tres agnos*, ad sonum nominis sui (agnum enim nos Lamb) dicimus *cum fastigio scutario tessellato, partim aureo, partim cyaneo* gestabant. Illo enim tempore natu-minoribus, nisi egregiâ datâ differentiâ, illicitum erat familiæ insignia gestare. Triobolariæ hæ differentiæ, quæ nunc nobis in usu sunt, tunc temporis incognitæ erant. Unde factum, quod minores natu fratres, derelictis penitus Patrum tesseris, novas, & multum à prioribus alienas sibi assumebant.

Guilielmus LAMBARDUS, vir insigni eruditione, & moribus sanctissimis ornatissimus. *Tres agnos argenteos, circa capreolum, ex vellere cymbalite*, gestabat.

Totidem agni argentei, circa metalli ejusdem fasciam, furva in parmula sunt *LAMBTONIORUM.*

HERRICII, Tres Ericios aureos, in campo cæruleo.

LOVETTII, Tres Lupellos furvos, gradientesque, in argenteo scuto.

GILDREDGII, (*quorum scutum auro rubroq; tessellatum, cum cantherio cæruleo, tribus annulis aureis insignito,*) stemma Lovettiorum inter sua numerant.

Assidentes tres Canes venatici argentei, circa cantherium striatum, ejusdem metalli in muricata parmula, sunt *HUNGATORUM.* Canes venaticos enim nos Houndes dicimus.

Canes Leporarij tres argentei, cursores, in atra scuti areola, sunt *MALEVERORUM.*

Familia BORE cognominata, *Aprum gradientem argenteumque, in clypeo sanguineo.* Aprum enim nos Bore dicimus.

BORESHEAD, Argentei apri caput, in parmula nigra.

SWINEY, Tres apros furvos, argenteosq; circa capreolum argenteum.

FITZ-URSE, d'or, à vn ours passant de sable.

BEARE, d'argent, à vn ours de sable en pied.

HART, de gueules mentelé d'azur, à trois cerfs d'or.

CAMEL, d'azur, à vn chameau d'or.

CAMEL, de sable, à vn Chameau d'argent.

CAMEL, d'argent, à trois chameaux de sable.

Hoc scutum, prout superius descriptum, ad equestres *WESTONORUM*, & *EARLEORUM* familias jure devolutum est hereditario.

WESTON, d'hermines, au chef d'azur chargé de cinq bezans.

EARLE, de gueules, à trois coquilles oreiellees d'argent, à la la bordure engreslée de mesme.

ARONDELLII Barones Arondellij de *Wardour*, & Imperij Comites, *in nigro clypeo sex argenteis hirundinibus pro insignibus utuntur*: Hirundo enim Gallicè *Arondele* dicitur. Ad horum nomen, & insignia allusisse Guilielmum Britonem, putat Camdenus, *cùm virum bellicosum*, inquit, *ex hac involantem in Gallum circa annum* 1170. *sic describit.*

Hirundelâ velocior alite quæ dat
Hoc agnomen ei, fert cujus in ægide signum:
Se rapit agminibus mediis, clypeoque nitenti,
Quem sibi Guilelmus lævâ prætenderat ulnâ,
Immergit validam præacutæ cuspidis hastam.

SWALLOWE, tres hirundines nigras, explicatisque ad volatum alis, circa instituam ejusdem coloris, in valuulo aureo.

Truttæ argenteæ tres, capitibus caudisq; mutuo nexu junctis, in cæruleo scuti laterculo, sunt *TROUTBECIORUM.*

GODOLPHINORUM nomen in Cornwallica lingua ab *Aquila alba* est factum, & *Aquilam bicipitem albam expansam, inter tria Lilia itidem alba, in rubro scuto,* pro insignibus hæc familia jam olim usurpavit.

Tres pectines argentei, in scuto atro, sunt *TONSTALORUM.*

Lupum nos Woolfe dicimus. *WOOLFIORUM* igitur familia, *duos lupos argenteos in parmula nigra* gestabat.

Joannes *Oldcastle* Eques Auratus, qui sub Henrico quinto, dum rebus in religione innovandis studeret, suspendio & igne periit, gestabat *Castellum atrum, cum ternis pinnulatis turriculis in fastigio illius, ac patibulo aureâ catenâ munito.*

Tria Castella aurea, in muricato scuti valuulo, sunt equestris familiæ *CASTELLORUM.*

Præclara & equestris familia de *ARCUBUS*, sive *BOWES*, genus repetit à Willielmo de Arcubus, cui Alanus Niger Britanniæ & Richmondiæ Comes concessit his verbis, ut gestaret pro Armis *Scutum Britanniæ cum tribus arcubus desuper.* Gallicè, *D'ehermines, à trois arcs de gueules, cordez de sable, posez en fasce.*

ANLETTI, tres annulos argenteos, in veneti coloris areola, habent pro insignibus.

Alia familia ejusdem cognominis, *quatuor aureos, in parmula, ad modum crucis Andreanæ partita, coccinea, & cyanea.*

Penes me est sigillum Willielmi filii Willielmi de *CAPRAVILLE* chartæ suæ appensum, quod hîc delineandum curavi. Explicationem scutarij typi, quamvis satis curiose inquirerem, nondum inveni.



Caper exsiliens argenteus, in furvi luminis areola, est *BUXTONORUM.*

Capri tres argentej, in scuti aluolo conchiliatho, sunt *GOTHAMORUM.*

Equitum familiæ *DE LA BECHE, Tria cervi capita, aurea, in bultheo miniato, intra solum argenteũ,* sunt insignia Gentilitia. Hoc inter stemmata equestris familiæ *WHITLOCKIORUM* censetur. *WHITLOCKE, d'azur au cheuron engreslée, accompagné de trois esperviers d'or.*

Neque ego, verecundia, domestici sanguinis gloriæ, dum verum refero, subtraham

ham. Richardus filius Balduini de *Clare* Arbaliſtarius Regis Henrici iſtius nominis ſecundi, quodnam iſtud fuerit Officij genus Spelmannus his verbis tradidit. *Arbaliſtarius qui arbaliſtam h. eſt arcubaliſtam tendit, vel fabricat à Gallico* Arbaliſtier, Scorpionarius. *In diſtributione prædiorum Angliæ, ſub victore Normanico, Arbaliſtarii locum tenent inter Capitaneos (quos vocant) regni, & ſummos proceres, ut in domeſd. videas.*) Is in Manerio (Manerium à manendo dici vult Vitalis) *De la Biſſe* ſede poſitâ, uti ſæculi mos erat, Richardus *De la Biſſe* cognominatus eſt, latinè *De Biſſa*, cervam ſignificat. Quidam minorum natu fratrum ejuſdem familiæ *Cervam candidam in parma punicea*, pro inſignibus ſibi ſumpſit, ex illius ſtirpe denuo natu junior *fagum* addidit, ne non videretur ſatis alludere. At prima domus, unde ego genus duco, uſque ad Richardi ſecundi tempora, inſignibus uſa eſt familiæ *de Clare*, *adjecto quinquies pedato tigillo teſſerario furvo*, differenciæ loco, & tum factum eſt ut affinitate cum Staffordiis junctâ, priora inſignia, iis, quæ nunc geſtamus, commutarent, *Staffordiorum* nempe *inſignibus*, cum *trium roſarum* additione, ſervatâ tamen in ſummo galeæ, criſtæ loco, *Cervâ candidâ*. Tria eorum ſigilla hîc appingere viſum eſt.



5. R: 2



16 E: 3.



MALBISSEORUM ſcutum, tribus cervæ capitibus puniceis, avulſiſq;, in argentea parmula, inſignitum, ad nobiliſſimam illam *Fairfaxiorum*, jure hereditario, devolutum eſt familiam. *FAIRFAX, d'argent à trois jumelles de gueules, au lyon de ſable.*

Caput cervi aureum, in ſcuti area veneta, eſt *DERHAMIORUM.*

· *Gryps furvus, intra metalli aurei laterculum, cum limbo ex quadris orthogoniis majoribus, argenteis, atriſq;,* eſt *GRIFINORUM.*

Atri tres vituli, in ſcuti valuulo argenteolo, ſunt *METCALFIORUM.*

Totidem punicei, in ſcuto ejuſdem metalli ſunt, *CALFIORUM Vitulum nos* Calfe *dicimus.*

Totidem nigri, quos inter tænia ducitur muricata, in parmula argento illuſa, ſunt *CALVELEIORUM.* Eorum *Criſta*, vituli nigri caput aureâ coronâ poſitum,

Totidem aurei, in faſcia muricata, intra valuulum argenteum, ſunt *CALVERLEIORUM.*

Terni etiam aurei, in Balteo nigro, ſupra ſolum ſcuti argenteum, ſunt *VELEORUM.*

Terni Aſini gradiles & nigelli, quos intercedit faſcia ejuſdem coloris, in parmula argentata, ſunt *ASKEWEORUM.*

Totidem argentei, circa faſciam auream, in pullo ſcuti alveolo, ſunt equeſtris familiæ *ASCOUGHORUM* in agro Lincolnienſi.

Circa inſtitam puniceam, tria aſini capita, in argentei metalli alueolo, ſunt *ASCUORUM.*

Argenteus mulus, & gradiens, in parmula oſtro perfuſa, intra fimbriam ejuſdem metalli, eſt *MOILIORUM.*

Ardea argentea, in pullata ſcuti areola, eſt *HERONORUM*, Ardea enim nobis Heron.

Circa scutarium verò cantherium, ex Pontica diphthera, Tres ardeæ argenteæ, cum rostris & cruribus aureis, in furvi coloris alveolo, sunt equestris familiæ *HERONORVM* in agro *Lincolniensi*.

Senæ furvæ Apes, circa balteum ejusdem coloris, in scuti laterculo argenteo, sunt *BEESTONORVM*. Apes nos Bees dicimus.

Ciconia (quam nos Storke dicimus) *cum rostris & cruribus puniceis, in solo argenteo*, est *STARKEIORVM*.

Tres Capones argentei, cum christis, barbulis, & in eodem scuti alveolo, CAPENHVRSTIORVM. Hæc icon tæsseraria, per connubia devoluta est in familiam Baronum *de Cholmondley. CHALMONDLEY, d'azur, deux casques d'argent en chef, & un gerbe d'or en pointe.*

Adjici nostris ejusdem generis alienigenum exemplum non absurdè potest.

Epistomiolum puniceum, quo uti solet Promus-Condus, supra institam ostro atque argento, triplici versu scutulatam, in valvulo scuti aureolo, est familiæ SPINOLÆ in vrbe Genuensi. Hæc Petra sancta. Sed audiamus J. Phil. Tomasinum, *De Tesseris Hospitalitatis*. cap. 27. *Viri eruditi*, inquit, *Angelici Aprosij judicio, amœna est, dignaq; posterorum memoria Illustrissimæ Spinularum familiæ originatio, Episcopi Augustini Justiniani Annalium Genuensium lib. 2. ubi narrat anno 1102. Guidum filium Belli Vicecomitis primùm Spinulæ cognomen fuisse nactum, cum hospitibus frequentioribus liberaliter exceptis, varij generis uina promi iuberet.* Spina *enim Italis dolij Siphuncula est*, & Spinolare *Liguribus est vinum è doliis haurire. Hac igitur antiquis gentilitiis insignibus, nempe tesserulis 28. albis & rubis simul junctis, instrumentum illum insigni hospitalitatis exemplo accessit. Quem majorum morem secuti ejusdem Cl. familiæ posteri.* Hæc ille. Verum ego liberius, altiusq; processi, nunc ad auctorem redeo.

Pag. 150. lin. 27. *Aprum autem portare vel verrem in Armis, significat hominem invidum, bellatorem, subtilem, & fortem, qui citius in pugna morietur, quam fugiendo vitam servet.*]

Vide Hoppingi de Insig. prisc. & nov. Jure cap. 160. &c.

Aper sanguineus, incedens in argenteo scuti valvulo, est *TREWARTHEANORVM*.

Ater verò, & perindè gradilis, parmulâ auro conspersâ, est *GILPINORVM*.

In balteo argenteo tres apri nigri, supra parmulam ex ostro & cyano quadrifariam diremptam, sunt *GRYSEORVM*.

Pag. 151. lin. 31. *Asinum verò in Armis portare, significat hominem tardum, pium, & mansuetum, verbis & operibus suis blandientem, injuriarum sibi illatarum obliviosum.*]

Vide Heinsium de laudibus Asini, Pierium hierogl. l. 12. C. Minoes in Alciati Embl. Santamant. Comment. tom. 2. pag. 581.

Caput Asini furvi coloris, avulsum, in parma argenteola, est *HOCKNELLIORVM*.

Pag. 225. lin. 27. *Apis est animal multipes & breve.*

Vide Plinium lib. xi. & Quintiliani Declamat. 13. *Quatuor apes aureæ, circa crucem ejusdem metalli, in scuto nigro,* sunt *CROSYEORUM.*

Pag. 154. lin. 21. *Tria capita bovina nigra, in campo argenteo.*]

Festivissimam de insignibus hujusmodi historiam refert Stephanus Pascasius, en ipsius verba: *Le Facetieux Pogé Florentine dit que deux Gentils hommes estant sur le point de combattre pour leurs armes, lesquelles chescun d'entr'eux pretenddoit estre trois testes de Bœufe, fut par les Mareschaux de Camp. trouve un prompt expedient pour les accorder: ad ugeans à l'un trois testes de Bœuf, & à l'autre trois testes de Vache.* Vide Poggium in Facetiis: lepidissimam hanc etiam historiolam narrant Cassanæus, & Petra Sancta. Non possum à me impetrare quin hîc etiam adscribam historiam, seu potius tragædiam nec importunam ut spero, nec ingratam lectori, duorum fratrum è gente Liminæa, quam refert Scardeonius libro, quem de claris Civibus Patavinis, edidit, folio, ut loquuntur, 333. *Legimus ex hac gente* (inquit) *fuisse aliquando duos fratres, qui per æstatem ruri noctu post cœnam cùm ambo subdio in atrio domus, de diversis inter se loquentes, starent, suspicientes, & contemplantes innumeras stellas, quas tunc forte sereno cœlo fulgere videbant: per jocum alterum velut ridendo dixisse, Precari se, tot sibi boves esse, quot stellas fulgere conspiceret. Alterum mox itidem per jocum respondisse, utinam mihi pratum esset instar cœli latum: & ad fratrem conversum dixisse, ubi tuas pasceres boves? At illum in tuo prato, dixisse. Rursum alterum, si nollem? te etiam inuito, alterum respondisse. Tune me invito, inquit? Te etiam invito, ille respondit. Et ita altercando risu in iram, & mox ira in rixam, & in serium furorem conversa, dum neuter alteri cedere vult, exertis utrinq; gladiis, quibus fortè ambo erant infeliciter accincti, se invicem transfixerunt. Et hinc unus, illinc alter humi decidentes exanimes in suomet sanguine volutantur, donec à domesticis, qui eos altercantes audierant, delati intra domum, fatali hora properante extincti sunt.*

Eschiquetté de gueules & d'or, de sept pieces, à la bordure d'azur chargée de six testes de vaches d'argent. Scutum hoc, ut superius, Martino Alhajæ pastori anno 1210. post memorabilem illam victoriam à Mauris, in eo loco qui vulgo *Navas de Tolosa* nuncupatur, reportatam, datum est. Is enim in eo saltu, qui Christianorum tunc oneratus castris erat, armentum pascens, cuique omnes montium eorum anfractus noti erant callesque, exercitum non iniquo nec perdifficili aditu supra caput hostium deductum sistit, quæ res ad victoriam multum contulit, ob repertum vero in itinere vaccæ caput à lupis recens semiesum, capitibus vaccinis donatus est. Rem totam apud Andream Favinum in libro suo sexto, Oviedum, Sebastianum Covarruviam, Vargam, alios licet cognoscere.

BEARN, d'or à deux vaches passans de gueules, accollées, clarinées, & accornées d'azur. L'histoire nous enseigne que ces armes furent prinses par Roger Compte de Foix, & escartelles avec les siennes, pource qu'aynt rencontré le corps de sainct Volusian Apostre de Gascogne, tué par les Arrians, il le fit mettre sur son chariot traisné par deux vaches, suyvant la coustume de nos premiers Princes, & le conduisit à pied jusques au lieu de sa sepulture, voulant qu'a l'advenir son escu fut escartelé de vaches en memoire de ce sainct personage. La Science Heroiq; pag. 280.

Hæc insignia *Bernæ* Principes gestarunt priusquam se domui Comitum *Fuxensium* admiscuere, sicut ex sigillo Gastonis, quod in historiâ *de Bearn* Petrus de Marca depictum dedit, à quo mutuatum, simulq; ea quæ de sigillo ipse habet, quoniam harum rerum studiosis non indigna videbantur, hîc offero.





III. *Le seau de Gaston est attaché en pendant au bas de l'acte, qui porte vn Chevalier armé d'vn escu de Bearn, l'espée à la main, le cheual houssé aussi des armes de Bearn; & au contreseel, un chasteau à trois tours, costoié de six tourteaux, ou besans, I'appelle tourteaux, les six pieces d'or en pal en champ de gueules, qui sont les armes de la maison de Moncade: Parce que les Francois donnent le nom de tourteaux, ou besans sans obseruer tousiours la distinction de couleur, & de metal, à ce que les Espagnols nomment d'un mot plus general* Roeles, *faisant alusion à la figure ronde de ces pieces. Au reste ces pieces rondes des Moncade sont expliquées dans un vieux acte, par le terme Latin de* Catini, *c'est à dire de* Plats; *les auteurs de l'armoirie ayans voulu conseruer la memoire de l'ancien office du Dapiferat, qui a donné à certe famille le nom de Dapifer, comme i'ai verifié en vn autre endroit. Pour le chasteau à trois tours, ce sont les armes de Castetuieil; Il est de sable, selon le témoignage de Bertran Elie qui l'auoit veu dans l'Eglise des Cordeliers de Morlas. Quoi qu'il attribue ce chasteau à Moncade, l'escu de Barn est assés conneu, auec ses deux vaches de gueules, accollées & clarinée d'azur, en champ d'or. Ie n'y adiouste pas, comme font ordenairement ceux qui escriuent des armoiries, que ces vaches sont acornées d'azur; dautant que l'on voit le contraire dans les anciennes peintures, & tapisseries du chasteau de Pau, où les vaches & leurs cornes sont de gueules. Dans l'ancien Roman de Saintré, escrit du temps du Roi de France Charles V. on voit au Chap. 56. que faisant le denombrément des Seigneurs qui alerent en la guerre de Prusse, il y met le Seigneur Bearn, auec ses armes en ces termes:* Le Seigneur de Bearn, qui portoit d'or, à deux vaches de gueules, couronées d'azur, acolées & couponée d'argent, & crioit Bearn.

Ibidem. lin. 23. *Pro eo quod ipse erat in bello Vernolei cum lanciâ per membra genitalia totaliter transfixus.*]

Ob hujusmodi causas insignia concedi satis magno est argumento scutum *COLEONUM* gentilitium, quod *icone trium testium* insignitur. Multi enim ex hac familia tres habuisse testes perhibentur. Vide Aldrovandum, *Monstrorum historiâ.* Bauhinum *de Hermaphroditis*, Kornmannum, *de miraculis viventium.* Vita Barthomæi Coleoni fortitudine, & fide apud Venetos clarissimi, cujusq; equestris statua, testibus Sansovino, Scotto, & à Pflaumern, Venetiis conspicitur in areâ Sanctorum Joannis, & Pauli, per Petrum Spinum linguâ Italicâ, in lucem edita est anno

anno 1569. in fronte libri insignia *Coleanum* depinguntur, quæ inde extracta huc transtulimus.



De coloribus non satis liquet. Deditum fuisse amoribus auctor satis ingenuè confitetur: Triorches autem Libidinensos esse testantur Medici. Fidem rei fecerit illud Evangelicorum Ministrorum decretum quod Triorchi cuidam, apud Germanos, Principi permisit concubinam Uxori super inducere, de quo videas Thua

Pag. 155. lin. 13. *Dominus de Botraux in Anglia portat in armis suis, Tres Botraces nigros in campo argenteo. Quæ Arma fortè portat dictus Dominus propter nomen suum.*

BOTEREAUX castrum, *corruptè* Boscastell *vulgo, à Dominis BOTEREAUX conditum, qui Tres BUFONES NIGRICANTES SCUTO ARGENTEO gestabant. Guilielmus Botereaux primus in hac familia emicuit, qui duxit Aliciam filiam Roberti CORBET, cujus soror amasia regis Henrici primi, è qua ille REGINALDUM Cornwalliæ Comitem suscepit. Ab hoc Guilielmo, non interrupta serie, undecim floruerunt. Ultimi verò unica filia Margareta Roberto HUNGERFORD fuit enupta, per cujus posteros ad HASTINGORUM familiam devoluta est hereditas: quæ aucta fuit & honorata nuptiis quas contraxerunt illi de Botereaux cum heredibus, nobilium familiarum de MOELES, de S. LAUDO, sive S. lo, & THWENG.* Hæc Camdenus. Relictis bufonibus *Gryphem puniceum, in campo scuti argenteo* habuerunt. Diplomati Ultimi Guilielmi affixum est sigillum, Gryphis typo impressum, quod hîc delineandum curavi.



HUNGERFORD de fable, à deux fasces d'argent, & trois plates rangées en chef.

HASTINGS, d'argent, à la manche mal taillée de fable.

MOELES, de gueules, à deux fasces d'argent, & trois plates rangées en chef.

SAINT LO.

Tres virides Psittaci, collaribus puniceis insigniti, circa fasciam rubram, in clypeo argenteo, sunt THWENGORUM. LUMLEI, quibus genus est à Liulpho viro summæ nobilitatis sub Rege Edvardo *Confessore*, (qui Aldgitham filiam Aldredi Comitis Northumbriæ duxit, insignia Thwengorum asciverant, cùm antea gestassent, *Psittacos sex argenteos, in parma coccinea.* Sigillum Joannis *Lumley* Militis qui sub Henrico quarto floruit hîc damus.



CORBET, d'or à vn Corbeau de fable.

Atque hic liceat nonnullos typos familiis cognomines dare, *Pulli equini tres, (quos nos* Colts dicimus*) nigri, circa fasciam ejusdem coloris, in campo argenteo,* sunt *COLTORUM.*

Caput equi jubatum & argenteum, frænoque puniceo instructum, in cyaneo scuti alveolo, est *CHEVALLORUM.*

Terna Equi capita argentea, & armata, in scuto coloris veneti, sunt Equitum familiæ *HORSEIORUM.*

RAVENSCROFT, d'argent, au cheuron accompagné de trois testes de corbeau de fable.

APLEBY, d'argent, à une bande de fable chargée de trois pommes d'or.

POTTs, d'argent, à trois petits potts de gueules.

Leporarij Canes bini, aureii, adversique in clypeo veneti coloris, sunt *DOGGETTORUM.*

BULKLEY, de fable, au cheuran accompagné de trois rencontres ou testes de taureau d'argent.

BIRD, d'argent, à la croix cantonnée de quatre merlettes de gueules.

CONESBY, de gueules, à trois connils assis, à la bordure engreslée d'argent.

Fascia aurea, quæ habet laciniolas binas ejusdem metalli, cum adjectis tribus cuniculis argenteis, equestris & antiquissimæ *CONIORUM* familiæ, in agro Lincolniensi, icon est tesseraria. In catalogo eorum, qui cum Normannico Conquestore in Angliam sunt ingressi, quem nobis dat Foxius in Martyrologio suo Anglicano, hoc nomen invenio.

Tres galli (quos nos Cocks dicimus) *sanguinij, in clypeo argenteo,* sunt pervetustæ & equestris familiæ *COCKAINORUM.* Johannes *Cockayn* eques auratus temporibus Henrici quinti, eo quod Elizabetha mater ejus, uxor Edmundi *Cockeyn*, filia erat & hæres Richardi *HERTHUEL* equitis, *Parmam argenteam cum duobus teniis prasinis* gestavit.

pag. 157.

Pag. 157. lin. 37. *Antequam ergo canem, vel canes alicui assignaveritis in armis ad portandum, conditiones ipsius primitus videatis, & secundum, quod videritis conditines ejus cum conditionibus caninis convenire, ita audacter faciatis.*]

Canis fidelitatis symbolum. Canes igitur non incongruè in virorum nobilium tesseras gentilitias immigrarunt.

Terni leporarij canes nigri, ac procurrentesq́; in campo argenteo, sunt *BRISCORUM.*

Totidem ejusdem coloris, cum millo aureo, adjectis cruculis in spicum mucronatis incerto numero, parmæ argenteæ impressis, sunt *SMITHORUM*, equitum in agro Suffexiano.

Canis furvi coloris, ac procurrens in apice scutario, in parmula argentea, sed exarata ternis fasciis puniceis, est pervetustæ & equestris familiæ *SKIPWITHORUM.*

Fuit moris antiqui apud Francos & Suevos, incendiarium, aut prædonem, si nobilis foret, antequàm morte plecteretur ignominiæ causâ canem scabiosum, prioribus ejus pedibus prehensis, si plebeius sellam, si rusticus rotam aratri, de Comitatu in proximum Comitatum, gestare. Vide Othonem Frisingensem lib. 2. gestis Frideric. cap. 18. Abb. Vrspergens. l. 2. Arnoldum Lubecens. hist. Slau. l. 7. c. 2. Mart. Crus. lib. 10. Suevit. part. 2. cap. 14.

Causas hujusmodi portationis refert Favinus, Navarræ hist. l. 12. 732. *Anciennement*, inquit: *chez nos François, le Nobles estans condamnez à la mort, pour auoir troublé l'estat, guetté les chemins, vollé, & brigandé les passants, & le bon homme, bruslé les granges, & commis autres actes indignes du tiltre & du ranc de Noblesse, au paravant que d'estre conduits au supplice, estoient contraintes de porter un chien sur leurs espaules tout à l'entour du voysinage où ils avoient exercé leurs violences & pilleries. C'est ce que remarque le Poete Gunterus liure cinquiesme* de bello Ligurino.

Quippe vetus mos est, ut si quis Rege remoto,
Sanguine, vel flammâ, vel seditionis apertæ
Turbine, seu crebris regnum vexare rapinis
Audeat, ante gravē quàm fuso, sanguine pœnā
Excipiat, si liber erit, de more vetusto
Impositum scapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura CANEM confinia ferre.

Mais à quel propos le Chien, dira quelqu'un, estoit il porte en ceste acte tragique? A deux fins. La primiere pour monstrer que le condamné estoit de noble & libre condition, au quel il estoit permis de prendre son deduit à la chasse &

Canibus circumdare saltus

C'est exercise n'appartenant proprement qu' à la Noblesse. La Noble estoit contraint de porter un chien sur ses espaulles, l'officier & domestique vne chaire ou selle à s'assoir; & laboureur vne des roües de sa charué, pour donner à cognoistre aux spectateurs quelle estoit la vacation du candammé au supplice.

Canem rubrum in albo campo, Cæsaris justu, gestavit, teste Hieronymo Agnello, Guido princeps *MASTINÆ* gentis.

 Antiquos

Antiquos Heroas, canes habuisse affectantes asserit Julius Pollux, quibus, inquit, etiam in cœtus publicos herum subsequi, permissum erat. Cani Herculis inquit idem auctor, purpuram debemus. Et *Bacchus*, inquit Nonnus, canem, quem à Pane acceperat, circum se habebat. Aegyptij, inquit Horus Apollo, vatem signare volentes, canem pingunt. Et idcirco fortasse Lycophron vates Apollinis, Mopsum, & Amphilocum, canes appellavit. Et Tzetzes ait, eos canes appellari metaphora desumptâ ab amore canum in dominos, vel quia irrationalium omnium soli ad statuas respiciant. Κύνας Ἀπόλλωνος τοὺς μάντεις εἶπεν, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ φιλοδεσπότου τῶν κυνῶν, ἢ ὅτι τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀλόγων μόνος ὁ κύων ἀποβλέπει πρὸς τὰ ἀγάλματα.

Pag. 159. lin. 20. *Et ut multotiens audivi, per unum cervum prope forestam de Windesore occisum apud quendam lapidem vocatum Besaunteſtoun juxta Bageſhot; qui quidem Cervus habuit unum collarium aureum, quo erat sculptum,*

Julius Cæsar quant ie fu petis,
Cest coler sur mon col ad mys.

quod est dictu: Julius Cæsar misit istud collarium aureum super collum meum quando ego fui parvulus.]

Hoc Gallorum Julij Cæsaris temporibus idioma non fuit. Gaguinus, Forcatulus, Chassanæus narrant Cervum à Rege Gallorum Carolo, ejus nominis sexto, captum, cujus collum ambibat annulus hisce inscriptus verbis: *HOC ME CÆSAR DONAVIT*: quam inscriptionem Julij Cæsaris fuisse nonnulli stupido satis animo credidere. Quocirca pro Telamonibus scutariis Regem binis Cervis alatis, auream coronam collo gestantibus, usum esse fama est. Wisonus ait somnio inductum (quod eventus secutus est) eos assumpsisse. Somnium apud eum, cui vacat, legat.

Arcesilaum, cum Lycosuræ habitaret, *CERVAM* vidisse, refert Pausanias in Arcadicis, ei, quam Dominam vocant, Deæ sacram, confectam jam ætate.

Τῇ δὲ ἐλάφῳ ταύτῃ ψέλλιόν τε εἶναι περὶ τὸν τράχηλον, καὶ γράμματα ἐπὶ τῷ ψελλίῳ.

Νεβρὸς ἑὼν ἑάλων ὅτ' ἐς Ἴλιον ἦν Ἀγαπήνωρ.

Huic Cervæ torquis erat, hisce inscripta literis.
Hinnulus excipior solvente Agapenore Trojam.

Et Dianæ Cerva quam Hercules, aureis ornatam cornibus, cursu prehendit, annulum collo circumferebat his verbis inscriptum, Ταϋγέτη ἱερὰν ἀνέθηκεν, ut refert Pindari Scholiastes. Sed aliter Triclinius. Cervum fuisse aiunt Pausanias, Julius Pollux, Quintus Smynæus, (huic enim attribuit Joannes Tzetzes carmen de laboribus Herculis, quod sine auctore legitur quarto Epigrammatum Græcorum) Ausonius, & Hyginus: Cervam verò Pindarus, Sophocles, Anacreon, & Callimachus. Naturam non dedisse cervis cornua scribit Arist. 3. de part. anim. cap. 1. Legimus tamen, apud Euripidem, Achæos Agamemnoni tradere cervam cornutam

tam pro ipſius filia mactandam. Julius quoque Scaliger lib. 3. de re Poetica, ſcribit, ſuâ ætate in Gallia captam eſſe cervam cornua habentem.

Cervus puniceus, & in tumulo praſino accubans, intra parmulam argenteam, eſt *HARTHILLIORUM.*

Pag. 167. lin. 1. *Propter cujus bonitatem, & quia ſpecialiter ibidem invenitur, Duci Britanniæ de pellibus albis ipſarum heremitarum, earumque caudis ad decorum conſutis, tunicam Armorum pro Domino Duce Britanniæ ibidem incolæ ordinarunt.*]

Eſtant auſſi bien conſiderable pour le ſuiet de l'origine des dites Armes, que l'hermine eſt un animal particulier à la Bretagne, & qu'il ne s'entrouue point aux autres Provinces des Gaules, ce qui pourroit auoir obligé les Princes qui eñquirẽt, au regnerẽt ſur ceſte terre de le prẽdre pour leurs Armes: Tout de meſme que les Ægyptiens prindrent le Crocodil (qui eſt auſſi un animal Emphibie) non ſeulemẽt pour leur interſigne, mais auſſi pour un de leur Dieux, pource que cet animal eſtoit particuliar à leur pais, & abondoit aux environs du Nil, ce qui obligea Ceſar lors qu'il eut vaincu & conquis l'Ægypte, de faire battre une medaille portant d'un coſté ſon effigie, & au reverſe une palmier auquel eſtoit attaché, & pendant un Crocodil auec ſes mots COLLIGAVIT NEMO. Science Heroique, de Wlſon; Pag. 48. *Id apud veteres non modo Ægyptios, ſed omnes alios populos & principes obſervatum fuiſſe videmus,* inquit Guido Pancirollus in cap. 37. com. in Not. Imp. Orient: *ut animali, fructu, vaſe, alioue ſigno depicto occultum aliquid ſignificarent. Sic Byzantij uvæ racemum nummis imprimebant. Ilienſes ſuem, Thebani teſtudinem, Chii & Africani ſpicam, his ſe abundare indicantes.* Hæc ille. *Ex iis enim rebus, quibus vel maxime abundat, provinciam aliquam deſignari, haud raro legimus. Sic cuniculo Hiſpaniam, ſic equi ſymbolo noſtra oſtentatur Italia.* Julius Jacobonius in Append. ad J. Bapt. Font. libr. de priſca Cæſiorum gente. Vid. Wolf. Lazium Rer. Græc.

Quæ verò de illuſtriſſimæ *ROHANNORUM* familiæ icone gentilitia, huc maxime ſpectantia, habet Wlſonus, ſine piaculo præterire non poſſum. *Mais quant à moy,* inquit, *ayant pris garde que les choſes qui ſont particulieres, & remarquables en quelques pays, ont quelqueſfois donne ſuit à ceux qui en eſtoient Seigneurs de les figurer dans leur eſcus, & les prendre pour Armes, ou armoiries. I'eſtime que les Seigneurs de Rohan, qui ſont les primiers à mon advis qui ont porte Macles dans leurs Armes (qui qu'iſſues des anciens Roys & Princes de Bretagne) les ont priſes, pource que dans le tres ancien Vicompté de Rohan depuis Duché, il y à quantité de petits caillons, lequels eſtans couppez en deux, l'on y voit dedans cette figure marquée; come auſſy les carpes qui ſont dans les eſtanges du dit Duché portent la meſme marque figrnée dans leurs eſcailles: Ce qui eſtant extraordinaire & particuler à cette contreé, ce neſt pas ſans ſuiet que les anciens Seigneurs d'icelle ayans remarqué cette merveille ont pris ces figures pour leurs armes: & les ont tranſmiſes à leurs decendants.*

ROHAN, de gueules a neuf macles d'or, 3. 3. 3.

Apud nos etiam, in pago Warwicenſi, antiquiſſima familia de *SHUCKBURG, Tres aſtroites lapides argenteos (echinatarum calcarium molularum inſtar) circa capreolum eiuſdem metalli, in ſcuti valuulo atro,* gerit. Lapides enim illi in Manerio ſuo de *Shuckburgh* paſſim reperiuntur.

Clara quoq; & pervetuſta *NAPTONORUM* de *Napton* in eodem pago familia, Equitum auratorum olim admodum fæcunda, *Tria conchilia aurea, ſupra faſciam cæruleam, in clypeo argenteo,* prægeſtiebat. Lapides etiam conchyliorum modo

modo,ſed cochleis non majores,in Manerio de Napton viſuntur. Manerium hoc per hæredes fæmellas ad Richardum *Shuckburgh* equeſtris dignitatis virum devenit. Eſt in una feneſtra eccleſiæ de *Weston* ſubtus *Wethelie*, non longè à *Napton*, effigies Adami Napton equitis aurati, qui ſub Edvardo primo floruit, quam hîc delineandum curavi.



Stourton, inquit Camdenus, ſedes Baionum de *Stourtôn*, quos ad hanc dignitatem evexit Henricus ſextus, cùm optimi proventus acceſſiſſent ex nuptiis cum filia & herede familiæ *Le moigne*, ſive *Monachi*, non *Mohun*, ut falſò hactenus à nonnullis creditum, & hinc dimidiatus Monachus flagellifer galeæ ſuperponitur. Nomen locus invenit à *Stour* flumine, quod ſub hoc è ſex fontibus ebullit, *quos in ſuum clypeum nigrum, areolâ aureâ tranſverſé interjectâ*, STOVRTONI Domini loci, tranſtulerunt.

STOVRTON, de ſable, à une bande d'or, accompagnée de ſix fontaines au naturel.

LE MOIGNE, faſcè d'or, & de ſinople.

Imperatores


Pag. 173. lin. 9. *Imperatores autem Romani ab antiquo portabant, unam Aquilam nigram fissam, & explanatam.*]

Aquila, & biceps, & furva, ostro diademata rostrata & crurita, in parmula auro conspersa, tessera est semper augusta *IMPERII ROMANI.*

Aquila biceps, & nigra, in solo argenteo, est *GLYNORUM.*

Eadem, adpicto autem pectori ejus leopardi capite aureo, fuit *SALMANORUM.*

Aquila ordinaria, & unius capitis, prasinaq;, in arvo scuti aureo, fuit Radulphi de Monte Hermerij, qui clandestinis nuptiis Gilberti de *CLARE*, ejus nominis secundi, Comitis Glocestriæ viduam, Regis Edwardi primi filiam in uxorem duxerat, dum adolesceret privignus ejus Gilbertus de *Clare* tertius, Comitis Glocestriæ titulo est ornatur, cumq; Gilbertus annum ætatis 21. explesset, eum exuit, & inter Barones accensebatur, hujus filius Thomas filiam & heredem Margaretam reliquit, enuptam Joanni de Monte acuto Equiti aurato cui peperit Joannem Sarisburiæ Comitem, à quo hodierni Comites *Mancestriæ*, & Barones de *Boughton* originem ducunt, Monthermeriorumque insignia cum avitis quadrifariam partita gerunt. Radulphi sigillum hic delineandum duxi.



Aquila cærulea, in clypeo aureo, est antiquissimæ & equestris *ROUSEORUM* familiæ.

Nigra in solo argenteo, est *BRUENORUM.*

Punicea, in scuto hermoniaco, est pervetustæ & equestris familiæ *BEDINGFELDIORUM* in agro Norfolkfiensi.

Aurea, in clypeo cæruleo, est pervetustæ pariter, & equestris familiæ *SHOULDHAMIORUM*, in agro eodem.

Aurea iterum, sed in clypeo puniceo, est pervetustæ quoq;, & equestris familiæ *GODDARDORUM*, in eodem quoq; agro. His opimum olim in *Mershland* patrimonium, Prætoriumq; non contemnendum, illis cognomine, ponto jam submersum. In Weevero pag. 818. hæc inscriptio occurrit. HIC

HIC JACET ROBERTUS GODDARD ARMIGER, QUI OBIIT ANNO DOM. 1448.

In fenestris vitreis Ecclesiarum de *Mershland* passim hæc visuntur insignia, sed præcipuè in Divi Petri de *Walpoole*. Inde effigiem fœminæ, ex hac familia, cum insignibus mariti, è gente Rochfordiorum equestri, suisq; gentilitiis, affabrè depictis, sumptam, hîc delineatam subjicio.



Scutum quadrifariam diremptum, ex auro & coccino, cum limbo atro nummis aureis Byzantinis, incerto numero, impresso, est *ROCHFORDIORUM.*

Pag. 188. lin. antepen. *Omnes enim aves invadit accipiter, nec aliquam timet.*

De

De accipitre suspenso.

Quam verum sit autem illud philosophi, necesse est ut multos timeat qui à multis timetur, narratiuncula subdenda docebit. In Britannia igitur majore, Rex quidam venationi aeriæ indulgens, accipitris cujusdam generosi pernicem volatum, conatus strenuos, agiles flexus, & felices successus admiratus est. Sed ecce aquila quadam, repentinis insidiis in modum turbinis impetuosi, accipitrem persecuta est. Qui fugam arripiens, septa caularum, latitandi gratiâ inter oviculas, providus elegit. Aquila autem terræ se commendans, ovile sæpius exterius, circumiuit, attemptans utrum aliquo casu, voti sui compos effici posset. Tandem caput intra cratem ex viminibus contextam intrudens, præda fit accipitri, caput aquilæ unguibus acriter arripientis. Admittunt igitur equos certatim, tam milites quam adolescentes nobiles, quam satellites regij variis studiis: quidam ut accipitri subsidium conferant, quidam ut exitum rei contemplentur. Et ecce in tanto cœtu lætus oritur clamor, accipitrem aquilæ victorem summa dignum commendatione protestantur. Rex verò solus dolens regiam avem ignobiliter tractari, accipitrem proditionis arguit, censens eum reum læsæ majestatis, eò quod Dominum suum interemisset. Et ut genti suæ timorem incuteret, accipitrem suspendi jussit. Ad hoc enim præcipue tendunt potentes, ut timeantur, ut vel sic timorem quo alios timent, velare queant.

De Accipitre.

Inter varias accipitris proprietates, unam præcipuè admiror, quam scripto commendare mihi minimè molestum erit. In brumali igitur tempore, dum gelu cuncta constringi videntur, sibi volens accipiter prospicere, perdicem, vel anatem, aut avem quam sors, votis ejus obtemperans, obtulerit, tota nocte pedibus armatis unguibus tenet inclusam, ut sic frigoris evadat incommoditatem. Postquam verò dies sequens beneficio solis ascendentis incaluerit, avem officio suo functam avolare permittit, quasi reddens eam libertati, pro timore servitij nocturni. Eam verò prosequi non dignatur, memor nobilitatis propriæ, & si etiam meticulosa, prædæ seu venationi suæ indulgenti. Quidam tamen non claris nobilitatis ejus titulis hoc ascribunt, dicentes accipitrem nosse avem illam nocturno timore adeo macilentam esse effectam, ut delitias aviditati appetitus accipitris desideratas ministrare non queat; hoc ipsum alij generositatis in insigne esse perhibent, aut naturæ nobilis pietatem munificam, seu piam munificentiam docentis, non solum miseris esse subveniendum; sed & exiguum dignum esse remuneratione servitium. Hinc etiam addiscere possumus, quoniam iis quibus beneficia conferre cepimus iurgentis articulo necessitatis, vel parcere debemus. Docemur etiam in dictis, quam sæpe nocte adversitatis nonnulli turpibus vacant quæstibus, quibus abrenuntiant postmodum, illucescente prosperitatis die. Accipiter autem à capiendo nomen accepit, sicut nomen asturconis ab australi plaga contraxit, quæ Austria dicitur.

De falcone.

Falconi etiam mensæ magnatum delicias suas debere fatentur, sicut accipitri. Sed cum accipiter in primo impetu conatus sui aut voti compos efficiatur aut desiderio destituatur, falco successus suos urgens prædam insequitur strenuissime. Multis igitur flexibus falcatis, miles aerius lætus indulget, unde & nomen Falconis sortitus est. Vel, ut aliis videtur, à falce nomen contraxit, propter impetum ictus, quo fugientem dejicit. Secundum Ysidorum dicitur falco, eo quod curvis digitis sit. Girofalcones à giro dicti sunt, eo quod in girum & circuitus multos tempus expendunt. Tam expeditis autem motibus, tam pernicibus agilitatis flexibus prædam insequuntur, ut Trojana

agmina quæ vulgo torneamenta dicuntur, quæ à puerulis hastiledia ad differentiam hastiludiorum dici solent, quæ Alexander tertius detestabiles nundinas vocat, ab exercitio falconum militari, initium sumpsisse videantur. Tanta autem virtute, nunc gruem, nunc ardeam proturbat falco, Aiacem inter oviculas ensem Hectoreum vibrare credas, salvo eo, quo Aiax pœnitentia ductus dicto mucrone se ipsum miserabiliter transverberavit. Nunquam oves tantum hostem habuerunt, sed & nunquam tantum mortis suæ habuerunt ultorem. Mira res; falco unica circulatione collum girat circulariter pectore immoto, adeo ut oculi ipsius duo, centum Argi luminibus ratione usus ejusdem naturalis discretionis videantur ex equo respondere. Prædæque post tergum est providus, invigilat, & insidias, si quæ imminent, vitare satagit, hinc ergo probitatis nobis est exemplar, hinc providentiæ monitor.

De commendabili fraude falconis aquilam seducentis, in ultionem mortis sui comparis.

Si tamen res quæ in nullius vel paucorum notitiam deveniunt, scripto commendarem, vix fidem relatiunculis meis lector adhiberet: si nota duntaxat prosequerer, subsannatione digna censerentur. Ea igitur varietate, opus istud distinxi, ut nunc notorum oppositio fidem cæteris promereri queat, nunc minus notorum relatio, in mente lectoris attentionem generet. Falcones igitur gemini, mollificationi aëris instinctu legis naturæ indulgentes, in regione qua nidificaverunt, dominium inter aves cæteras vindicasse visi sunt. Tandem aquila in illam se transtulit regionem, indignationis regiæ non immemor, repentinum potestatis usurpans privilegium. Orta igitur invidia inter aquilam & falcones dictos. Aquila, pro Regiæ Majestatis arbitrio, falcones expellendos esse, aut sponte cessuros censuit, illis verò sedem propriam retinendi fiduciam ministravit innatæ probitatis strenuitas, indignantibus se tueri longævi temporis præscriptione, huic virtus roboris cum audacia pectoris animosi, victoriam spondere ausa est. Illos animavit ex fideli consortio securitas procedens, cum agilitate discreta ipsis enim pariter aëra secantibus aquila intercepta non nunquam crebris, sed & continuis vexabatur insultibus acerrimis: sed & quandoq; proturbabatur. Ad conflictus igitur fere cotidianos istarum avicum, tanquam ad insigne spectaculum, consueverunt indigenæ oculos convertere, & labores susceptos spectandi gratia intermittere. Si verò aliquis casus emergens falcones dissociasset ad horam, tempore desiderato utens aquila, falconem interceptum prosequi & infestare, variisque propulsibus affligere consuevit, usque dum alterius adventus, intercepto subsidium gratum conferet, aut fugæ celeritas arreptæ ei remedium præberet. Tandem alterum, solatio comparis sui destitutum, pro dolor, interceptum aquila victrix interemit. Nec latuit superstitem rei eventus, sed dolorem alto in corde reposuit. Regionem itaque notam exul gemebundus dereliquit, in remotas se transferens partes. Foramen igitur, in ligneo ponte notavit tantæ quantitatis, ut pervium esset corpori ipsius, aliquantisper autem majus corpus non admitteret, leviter postea descensibus quibusdam quasi introductoriis, & rudis sui ipsius discipulus & magister, è vicini aëris partibus se demittens, nunc intra dicti foraminis angustias sese recipere, nunc per ipsum foramen in partes inferiores descendere consuevit. Hanc lectionem cotidie pluries repetens, descensus solitos iteravit. Demum de sublimi pernicibus decensibus audacissime, relegato procul timore, officium consuetum exercens, foramen tam notum adiit celeriter, jam bene à consuetudine, quæ in multis optima magistra est, instructus. Temporis autem nanciscens opportunitatem, aquilam insequitur acerrime, & pectore audaci præpes eam fere perturbat. Quæ indignans illum prosequitur, sed ille fugæ se tuetur patrocinio. Sed ecce subito iterũ aquilã impetit & acrioribus solito eam infestat insultibus. Avis igitur regia, indignanti pectore, acerrime prosequitur falcone, cui pernicis volatus remediũ confert & subsidiũ. Sœpius igitur attẽptato congressu, tandem post multas fugas simulatas veram fugam inire cogitur sæpe dictus falco.

Impetu

Impetu namq; fulmineo arctat eum aquila, nimis in iram præcipitem provocata, & vix artis notæ beneficio tantum evadit præpes fugitivus discrimen. Ad familiare igitur receptaculum se transfert falco noster, & timens & sperans, tam odio plenus, quam amore, nunquam sui comparis immemor, quem Jovis armiger impetuose prosequitur, jam jam prendenti similis. Sed raptor Frigis, optatis carens successibus, ad angustias foraminis supradicti pontis præcipiti, conatu impetus propriis tam elusus quam elisus, ruit; confractus in partes, adeo ut credere queas pontem hostis falconis sui sentientem adventum opem suo præpeti contulisse. Eventus autem quem jam scripto commendavi testes sunt invictissimi cives Rothomagenses, quibus falco generosus, regiæ victor avis certum, visus est præsagium dedisse Francorum insidias evadendi potenter. Addiscamus hinc defunctis fidem esse servandam, & amoris insigne in superstitibus superesse debere. Et ut à ad parvis ad magna transeam. Ubi locorum, vel unicum par amoris reperitur? ubi sunt Tydei & Polinicis fides, & amoris indissolubile vinculum? Mortui sunt Pylades & Orestes, nec in successoribus hereditario jure fides amoris successit. Quando vel ubi Nisum & Euryalum reperiemus? aut Patroclum & Achillem? Quis amorem David & Jonathæ cum lachymis non recolat? Quis in amore Petri & Pauli fide constantiaq; non glorietur? Superiora, ex Alexandri Nechami libro exscripta, debeo Bibliothecæ illustris viri Johannis Seldeni, quod quidem quantæ sit notæ Manuscriptum, toties à nostro ad testimonium citatum, judicium ferat æquus lector.

Equestris familia *BURSTOWSIORUM* primum pro Insignibus Gentilitiis gessit *tres falcones argenteos in arvo rubro*, nomenque sibi sumpsit à parochia in agro Surriæ, in qua Prætorium, sive Manerium in suum nomen ascivit. Eorum posteri (liceat interim digredi) ut liquido constat ex tabulis, tum meis, tum quæ penes sunt Illustrem virum Guilielmum *Pierpontium*, de pluribus filiis Comitis Kingstoniæ secundum, sic se habent. Stephanus de *Burstowe*, qui, ni fallor, æqualis fuit temporibus Richardi primi, dono dedit prædia Cœnobio de *Robertsbridge*, sive *Ponte Roberti*, in Comitatu Sussexiæ. Quin & eidem Cænobio data ab aliis plura prædiola rata habuit, quæ fidem faciunt eum agris prædivitem fuisse (omnia enim illa prædia quorum donationem ratam fecit primariæ clientelæ jure possidebat.) In illis tabulis vocatur Stephanus de *Burstowe* sed in ambitu sigilli scriptum est, Sigillum Stephani filij Hamonis. Sed quo patre natus hic Hamo nondum liquet. Stephanus filium habuit Rogerum, itidem in idem Cœnobium donatione aliquot prædiorum beneficum: hic in tabulis suis vocatur Rogerus de *Burstowe*, in sigillo *Rogerus filius Stephani*: cujus filius Joannes de *Burstowe* in sigillo cælavit *Falconem unum alis expansis*, sed non in scuto. In tabulis illis, conscriptis regnante Henrico tertio, in turba testium, quorum nomina apposita sunt, quatuor sunt cognomines mei, è quibus duo equestris ordinis viri; quibus adjuncti tres itidem equestris ordinis ex *Hornorum* familia, una cum Guilielmo de *Sholvestrode*, cujus sororem idem Joannes uxorem duxerat, nec non Adamo de Haddresham. Sed postmodum sigillo insculpsit tres falcones in scuto, eadem avium positione quæ prius, paululum tamen variante. Ejusdem nominis filium habuit equestris ordinis virum, cujus mentio fit in libro *Manwoodi*, qui est de legibus sylvaticis, seu forestariis. Ejus nomen ascriptum est, ad majoris fidei testimonium, tabulis cognominis mei, & ejusdem mecum stirpis, quibus Cœnobium de *Rhigate*: prædiis donavit. Duxit uxorem Johannam filiam & heredem Roberti *Burnavilli*: ex quo matrimonio natus Rogerus, cujus tessera gentilitia, ut sigillum exhibet, Rosa erat, quæ Matris insigne fuit. Hic Rogerus ex uxore Matilda filia & hærede Roberti *Chastillon* Equitis aurati, suscepit filium Joannem dictum; quod nominis jam tertium in eadem stirpe inditum est. Hic claruit tum equestris ordinis dignitate, tum militiâ in Gallia sub Principe Nigro, duxitq; uxorem filiam & hæredem Guilielmi de *Sancto Amando*: ex quo conjugio nati Joannes, & Guilielmus. Joanne mortuo illiberi, in bona fratris successit Guilielmus, qui ex uxore Joanna filia Joannis *Gainsford* de *Crowhurst*, unicam suscepit filiam & heredem, nuptam Joanni *de la Bysshe*, quo ego, jam nona sobole, oriundus sum. Hic Joannes de *Burstowe* postremus, in sigillo suo insculpebat

HORNE, de gueules, à vn frette de vair.

BURNAVILLE, d'or à vn rosé de gueules.

CHASTILLON, de gueules, à trois pals de vair, un chef d'or chargée de trois ogresses.

GAINSFORD, d'argent, au cheuron de guenles accompagnè de trois leuriers de sable

pebat florem Lilij, adjunctâ rosâ, quam, constat ex archivis, & antiquis M. S S. nec non ex depictis insignibus in vitreis fenestris, fuisse *rubram, arvo aureo, florem* vero, *lilij aureum* fuisse *in arvo cæruleo.* Id sigilli hîc curavi incidi, cum aliis superius memoratis.



Hoc *lilium* proculdubio Patri indultum propter ingentia merita, & operam quandam notabilem in Gallia præstitam. A majoribus etiam meis ad nos transmissum est, Bartholomæum quendam Baronem de *Burgersh*, in conflictu in Gallia, ex equo dejectum, & ad terram afflictum, opposi tu & incessu corporis Ioannis de *Burstowe* præsenti periculo liberatum; qui mox, officij specie, dixit, si unquam mutuo conspectu daretur frui in Anglia, donatione agelli (nos *Smalfield* dicimus) memorem gratumq; futurum, & revera dictis fidem constitisse, collatis in eum illis prædiis quæ olim *Crullings* nunc, ab ejus dicto, *Smalfield* appellantur: quæ quidem sub ea denominatione hodie successionis jure in possessionem nostram venerunt. Post reditum ex Gallia sumptibus propriis viam publicam, tertio ab urbe lapide, silice constravit, quæ in hunc usque diem dicitur Pavimentum, seu Lithostroton de *Burstowe.* Sed è diverticulo in viam redeo.

Pag. 199, lin. 1. *Pellicanus dicitur quasi pellem canam habens.*]

Pellicanus avis est solitudinis; dicta sic eò quod pellis ejus tractata canere videatur propter sui asperitatem. Sic Alexander Necham. Isidorus, ineptè admodum, à pelle & Canopo dici innuit. Nomen esse à πέλεκυς, *securis, bipennis*, quæ lata, quia rostrum magnum latumq; habet instar πελέκεως, seu dolabri, aptum dolationi, scribunt Gesnerus, & Hadr. Junius.

Omnium fermè regionum pictores, Pelicanum adunco rostro pectus sauciantem, & effluentem subtus sanguinem, hiante ore excipientibus pullis, pinxerunt, suo quidem jure usi,

—*Pictoribus*, enim, *atque Poetis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Peleca-

Pelicanum aureum, cerulea in area HONRODTIOS nobiles Brunsvicenses portare scribit *Hoepingus*.

Nostrorum scuta Pelecanis insignita summatim cognoscere fastidio non erit.

Pelicanus aureus, alis expansis, cum aureis pullulis suis, supra nidum ejusdem metalli in coccinei coloris valvulo, pectore sanguinem stillante, est *CARNEORUM.*

Argenteus Pelecanus cum nido & pullulis aureis, in parmula nigra, LYNDEORUM.

Tres Pelicani cyanei, circa fasciam nigram, in argenteo scuti valvulo, est *PITLESDINORUM.*

Totidem Pelicani argentei, alis eorum expansis, cum pectoribus sanguineis, in scuto cyaneo sunt antiquissimæ equestrisq; familiæ *PELHAMIORUM.*

Bini Pelicani aurei in apice scutario, cum instita perinde aurea, in parmula ostro lita, sunt antiquissimæ familiæ *LECHMERIORUM,* in agro Wigornensi.

Tria pelecani capita aurea, avulsaq;, in clypeo nigro, sunt equestris familiæ *GODFRYORUM,* in agro Cantiano.

Emanuel Serveira Pereira retulit nuper juxta amnem Coanxa in regno Angolæ, cui præfuit ipse, invenisse incolas illius regni verum Pelicanum, quem describit talem. Erat avis major ansere, subcinereo colore; rostro longo & in fine acuto, crucibus nigris, & proceris, digitis pedum membranula quadam complicatis, medio pectore implumi, ubi sibi ipsi (sic tradidère Incolæ) Vulnus Pelicanus infligit, ut sanguine effuso famelicos pullos alat. Hæc Ramirez, Pent. cap. 35.

Pag. 199. lin. 30. *Perdix à voce nomen habet, ut dicit Isidorus.*]

Perdix παρὰ τὸ πέρδειν *Eum enim sonum edit.* Scalig. ad Varron. *Habui perdices*(inquit, *Busbequius epist.* 3.) *Chio allatas ex eo genere, quod & rostro & pedibus rubris, tam cicures, ut eo ipso tædio essent, assiduè meis pedibus adhærebant, è crepidis holosericis rostro pulverem excitantes, quo se pulverarent. Cum essent molestæ, & secludi in cameram jussissem, omnes præ nimia pinguedine paucis diebus extinctæ sunt, si modo famulis meis fidem habeo. Nam Plinius, quodam loco, leporem & perdicem negat pinguescere. Nihil dum hîc habes quod mirere; sed audi reliqua. Plena est Chios hujusmodi avibus, ubi cum hominibus sub eisdem tectis hospitantur. Agrestes pœnè singuli plures paucioresve nutriunt, ut cujusq; fert animus aut res, primo diluculo pastor publicus eas sibilo evocat, procurrunt catervatim, congreganturq; in via. Inde pastorem, ut apud nos oves, secutæ procedunt in agrum, ubi totum diem apricantur pascunturq;, sub vesperum eodem signo revocatæ, facto agmine domum & ad nota cubilia se recipiunt: hanc consuetudinem ita fieri memorant, statim ut ovis exclusæ sunt, eas rustici in sinum, intra indusium, transferunt, itaq; una die & altera circumferentes fovent, & ori subinde admotas saliva nutricant, quo beneficio devinctæ (ut sunt ferè reliquæ animantes hominibus magis memores & gratæ) nutricios non obliviscuntur. Una tamen adhibenda cautio est, ne in agro pernoctent, id enim si semel atq; iterum fiat, facile ad naturam redeunt, vitæ libertatem humano contubernio præferentes.*

Perdices tres aurei, circa cantherium ex hermoniaca dipthera, in scuto viridi, sunt *PARTRIDGIORUM, in agro Essexiano.*

TANE, d'azur à vne Perdrix d'or, aux ailes étendües. Le Martyl. des Chev. de Malte, par Mathieu de Goussancourt.

Pag. 206. lin. 24. *Regem illum inclitissimum Arthurum legimus*

legimus duos Dracones in ſuis armis portaſſe. Non tamen, ut creditur propter aliquas præſcriptas proprietates, ſed pro eo quod pater ſuus Uter, qui Pendragon vocabatur, habuit magnum corpus & longum, cum capite multum parvo, ad ſimilitudinem Draconis: qua de cauſa Pen-dragon, id eſt, Caput Draconis vocabatur. Et ſic dictus Rex Arthurus portavit Arma paterna, propter habitudinem corporis patris ſui aſſumpta.]

Pindar. Pyth. 8.

θεάομαι σαφὲς δράκοντα ποικίλον αἰθᾶς Ἀλκμᾶν' ἐπ' ἀσπίδος νωμῶντα πρῶτον ἐν Κάδμου πύλαις.

Intueor apertè Alcmanem in clypeo coruſco quatientem draconem verſicolorem primum in Cadmi portis.

Τοῦτό φησιν, ὡς τοῦ Ἀλκμᾶνος ἔχοντος ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐπίσημον δράκοντα. θεωρῶ γὰρ φησι σαφῶς ἐν ταῖς Θήβαις τὸν Ἀλκμάονα, ποικίλον δράκοντα ἐπὶ τῆς καταπληκτικῆς ἀσπίδος διακινοῦντα. Διατί δὲ ὁ Ἀλκμάων εἶχεν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος δράκοντα; Ὅτι ἐπιτήδειον πρὸς οἰωνοὺς τὸ ζῶον· καὶ καταδυόμενον εἰς τὰς ὀπὰς τῆς γῆς. μάντις δὲ καὶ ὁ Ἀμφιάρεος, καὶ κατέδυ καὶ αὐτὸς ὑπὸ γῆν. ὁ δὲ παῖς, σημεῖον τῆς τοῦ πατρὸς ἐσώζε τέχνης. ἢ καθὸ ἦν ἀπὸ Μελάμποδος. ἱστοροῦσι δὲ δύο δράκοντας διαλεῖξαι τὰς ἀκοὰς τοῦ Μελάμποδος, καὶ διατρῆσαι πρὸς ἄλληλα. διὸ καὶ δοκεῖ αἰσθάνεσθαι τῆς τῶν ἀλόγων ζώων φωνῆς.

Hoc dicit, eò quod Alcmaon clypeum dracone inſignitum geſtabat: Video enim manifeſte, inquit, *Alcmaona Thebanum verſicolorem draconem clypeo tremendo vibrantem. Quare verò draconem, tanquam inſigne, clypeo geſtabant Alcmeon? Quia hoc animal uſum ſuum in Auguriis habet; & quia in terræ etiam cavernas deſcendit. Amphiaraus verò vates erat; ſed & ipſe etiam ſubter terram deſcenderat:* Filius autem paternæ artis inſigne geſtare voluit. *Vel ideo hoc dicit, quia à Melampode erat oriundus: aiunt autem dracones duos Melampodis aures perlinxiſſe, unde & brutorum animalium vocis intellectum habuiſſe creditus fuit,* hæc ejus Scholiaſt.

Amphiaraus tamen, ſi fides Papino, *Thebaid.* 4.

Clypeo victum Pythona coruſcat.

Vide Æſchylum, Euripidem, & eorum Scholiaſt.

Draconum Herois plurimi, inclytiq; Duces pro teſſera, omni ævo ſuſceperunt. *Poſteaquam Apollo,* inquit Iſidorus, *Draconem Pytheum confecit, ipſe primus Draconis ſimulacrum geſtavit: deinde Græci, & poſtmodum Romani talia ſimulacra ad bellum proficiſcentes deferre cæperunt.* Hercules Draconem ſcuto geſtabat, inquit Heſiodus, ſi modo is auctor ſit poematij, quod inſcribitur Ἀσπὶς Ἡρακλέους Longinus dubitare videtur. Vide in eum notas doctiſſimi Langbanij. In thorace Agamemnonis tres Dracones, teſte Homero, conſpiciebantur. Interfectorem Lyſandri, enſis capulo Draconis iconem geſtare refert Plutarchus. Nec deſunt noſtra ætate familiæ, quæ in Inſignibus gentilitiis effigiem Draconis gerunt.

Draconem aureum, in ſcuto viridi, iconem eſſe gentilitiam familiæ *CUEVÆ* in Hiſpania, ſcribit Petra Sancta. Quæ de hiſce inſignibus habet Julius Chiffletius in Epiſtola Claudij Chiffletij libro de *Numiſmate antiquo* præfixa, quam ad Alphonſum Cardinalem *de la Cueva* ſcripſit, (Hiſpanicorum inſignium non

non nihil præ se ferentia, ideoque quod multis profutura sperabam) iconemq; pariter gentilitiam, sine qua nihil horum intelligi possit, adduxi.

IN DEXTRA SCUTI DEVISI AREA CÆRULEA, SPLENDENT AUREA LILIA TRIA, ab Hugone, è Comitibus Tolosanis oriundo, nominis Tui instauratore, qui in memorabili prælio de Salado, contra Maurorum Reges, Vexillum Cruciatum Avenione à Summo Pontifice, benedictum, prætulit, jubentibus Alphonsis, Castellæ XI. & Lusitaniæ VII. Regibus Anno Christi, 1340.

IN SINISTRA PARTE SCUTI AUREA, DUO SUNT PALI DIRECTI COCCINEI, quos à Regibus Aragoniæ, ob præclarè bellis gesta, majores Tui habent.

IMO SCUTO ARGENTEO, EXARATUS EST DRACO PRASINUS EX ANTRO, SIVE CAVEA EMERGENS, Symbolum fortitudinis, vetustissima gentis tuæ tessera.

ORA SCUTI MINIATA, OCTO DECUSSIBUS AUREIS IMPRESSA EST, quas Tui sibi vindicarunt, post celebrem pugnam anni 1227. *qua Civitas Beca à Maurorum servitute liberata est, quæ quia die S. Andreæ festo contigit, Nobiles plerique victores, Cruce Apostoli, scutorum suorum limbos exornaverant.* Hæc Chiffletius.



Pag. 207. lin. 8. *Est etiam quoddam genus Delphinorum specialiter de Nilo, cum dorso serrato, quod teneros ventres Crocodilorum secat, & sic eos interimit.*]

Sunt Delphines in Nilo, quorum dorsa cerratas habent cristas. Hi delphines crodilos eliciunt ad natandum, demersiq; astu fraudulento teneros ventres subter natantes, secant, & interimunt. Solinus cap. 32. Salmasius tamen, ex authoritate Plinij, scribit, Delphinos illos qui in Nilo crocodilos interimunt, non esse indigenas Nili, sed è mari immeare, nec quicquam privi habere præter cæteros delphinos, cùm omnibus commune sit gererecristas dorsuales. Vide Senecam lib. 4. Nat. Quæst. Strabo quoq; lib. 17. nullum piscem ex mari in Nilum immeare dicit, præter mugilem & delphinos, metu crocodilorum.

Ibidem. lin. 14. *Et est Comes Forestarum qui portat unum Delphinum aureum de Nilo barbatum in campo rubeo.*]

Je priseray tousiours ces Comtes de Forest, inquit Marcus Gilbertus Devarenius, in libro, qui inscribitur, *Le Roy d'Armes, qui portoient DE GUELESS, AU DAUPHIN D'OR; come aussy les Comptes ou Dauphins d'Auuergne, qui portoient DOR, AU DAUPHIN PASME D'AZUR. Marqués soigneusment ces termes de Pasmé, & de vif; car quand il est vif, come en celles du Dauphine, & de*

Forest

Foreſt, il à la gueule cloſe, la ou le paſmé l'a beante, & come tirant à ſa fin; en quoy eſt la difference des Armes du Dauphiné d'Auuergne, & du Viennois. In eandem ſententiam hæc habet Ioannes à Boſco. *Porro Albonis,* inquit, *& Viennæ Comitatus eminebant, ſed & Albonis & Viennifij Comes, cognomen Delphini gerebat ſcutoq; DELPHINVM piſcem Marinum repreſentabat. Et quia Comitatu Arverniæ etiam potiebatur, duorum ſuperſtitum liberorum prior, comitatus Vieneſium & Albonenſium hæreditatem aſſecutus, Delphinum ſe Vineneſium & Albonenſem dixit. Poſterior Delphini Arvernici titulum obtinuit. Et cum ſuccedentibus annis inter amborum fratrum Delphinorum poſteros, ex ſignorum repreſentatione, lis emoveretur; cedentibus virorum ſapientium ſententiæ partibus, decisum fuit: Primogeniti nempe Albonenſis & Viennesij Comitis ſucceſſores DELPHINVM VIVUM, CVM RVBEIS BRANCHIIS gerere pro ſigno debere: Alvernici verò poſteros, DELPHINVM EXANIMATVM, CVM SVBPALLIDIS BRANCHIIS: in quem modum lis ſopita eſt*, hæc ille. Ulyſſem Lycophron δελφινόσημον vocat, rationem his verbis reddit Izacius Tzetzes, Στησίχορος φησὶν, Ὀδυσσέα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος φέρειν δελφῖνος τύπον. καὶ Εὐφορίων ὁμοίως τούτῳ συμφθέγγεται. *Steſichorus ſcribit, Vlyſſem in clypeo geſtaſſe imaginem delphini: cui ſuffragatur Euphorion.* Hæc Tzetzes, quæ è Plutarchi libro. *De ſolertia animalium*, accepiſſe videtur. *Ulyſſis porro ſcutum*, inquit, *inſigne habuiſſe Delphinum etiam Steſicorus ſcripſit. Zacynthi narrant cauſam, ut Critheus teſtatur. Nam Telemachum puerum in mare profundum de litore prolapſum Delphini ſervarunt, ſubeunteſque natando extulerunt, & pater ut animali gratiam referret, annulo & ſcuto Delphinum inſculpſit.*

Libet vero hîc noſtratium aliquot ſcuta Delphinis inſignita recenſere.

JAMES, de ſabl', à un Dauphin couché d'argent.

FITZ-JAMES, d'azur, à vn Dauphin couché d'argent.

FISHER, d'argent, au chef de gueules, à vn Dauphin couché d'argent.

ROLT, d'argent, au bend de ſable chargée de trois Dauphins d'argent.

BLEVERHASSET, de gueules, au cheuron d'hermines, accompagnée de trois Dauphins couché d'argent.








JAMES, de gueules, à un Dauphin couché d'or.

Pag. 208. lin. 14. *Lucios, vidi certos nobiles in Armis portare, qui eodem nomine vocabantur.*]


Familia *LVCIORVM*, de *Cherlecote* in agro Warwicenſi, pervetuſta & equeſtris, nobilium crebra affinitate decora, quæ hodie prædia opima poſſidet, lociq; prædicti dominium à Richardi primi temporibus ad hunc uſq; diem conſtanter obtinuit (quod è tabulis tam publicis quam privatis manifeſtum fecit V. Cl. Guilielmus Dugdalius in Comitatûs ejuſdem deſcriptione, propediem jam in lucem proditura) *Tres Lucios argenteos, cum crucibus ejuſdem metalli, aliis terminatis cruciculis, incerto numero parmæ impreſſis, in ſcuto coccineo præferebat.* Cruces illæ, notæ ſunt minoris natu fratris è gente Luciorum Septentrionalium. Nonnulla eorum ſigilla hîc delineanda curavi, nec non alia congenera, quæ jam ad manum ſunt, de quibus aliquid in his notis vel dixi, vel dicturus ſum.

Et





37°. H. 3



5. H.6.



42°. E.3.



23°. E.3.



39. E 3.



13 H 4



9. H.5.



4. H.4.



22. R.2.





2. E 2.



2. E 2.



16. E 2.



16. E 3.



28. E 3



28. E.3



32. E.3.



17. R 2.




7. H.7.




19. E 2.



35 E 3.





17 R 2



2. H 4.



5. E 2

Et nunc alias insuper tesseras gentilitias, nominibus gestantium respondentes libet ascribere.

Comites de *Derbi*, de *FERRARS* cognominati, Henrico de Ferrars Normanno, ad magnas opes, in diversis Angliæ partibus, temporibus Guilielmi *Victoris*, evecto, oriundi, *Parmulam impressam vellere cymbalite, ex auro & coccino, cum soleis equinis argenteis, lymbo cyaneo*, gestabant.

Ille Johannes *HAREWELL* fuit prædij Dominus in agro Warwicensi, & *& fasciam furvam undulatam, ternis leporis capitibus aureis impressam, in valvulo scuti argenteolo*, gestabat; quod, filiâ istius familiæ, & cohærede in uxorem ducta, adeptus est Johannes *Smith*, Scaccarij Baro, Henrici octavi temporibus; cujus stirpis est Carolus *Smith*, equestris dignitatis vir, Dominus *Caringtonij*.

SMITH, d'argent, à la croix de gueules, contonnée de quatre Paus d'zur.

CARINGTON, d'argent, à la band de gueules chargé de six cimiterres posées en sautoir d'argent, pomettez, croisez, virolez, & cloüez d'or.

Baldwinus *DE BEREFORD*, fuit equestris dignitatis vir, in pago Warwicensi, cujus agros hereditarios illic loci, *Pudsei*, affinitate cum illis junctâ, nacti sunt.

BEREFORD, d'argent, semé de croix recrosettes à trois fleurs de lys de sable.

PUDSEY, d'azur, au cheuron accompagné de trois moletts d'or.

Descriptionem insignium *THOMENHORNIORUM*, & *HATTONORUM*, nondum inveni.

Argenteæ tres equinæ soleæ, intra pullatum verò bâlteum, quo aurea parmula obstringitur, sunt *SHOISWELLORUM*.

Totidem aureæ, intro balteum puniceum, cum laciniolis cyaneis, in scuto argenteo, sunt *FERRERIORUM*, equestris familiæ in agro Lincolniensi,

Tria Poma rubra, cum interposita institа nigra, in solo argenteo, sunt antiquissimæ & equestris familiæ *APULTONORUM*, in agro Norfolkshiensi.

DOVE, de sable, à la fasce viurée d'hermines, accompagné de trois columbes d'argent.

Pag. 209 lin. 26. *Intelligo insuper istud signum Crucis alio tempore miraculose missum fuisse à Deo Beato Mercurio, ut notat Vincentius, in speculo historiali, sub rubrica, De mirabili nece Juliani Apostatæ, l. xv. cap. 43. per Angelum: qui dicto Mercurio omnia Arma necessaria detulit, unà cum scuto azorio, & cruce florida, cum quatuor rosis aureis.*]

Sit apud te honor antiquitatis, sit ingêtibus factis, sit fabulis quoq;, ut cum Plinio loquar. Vincentius sane Julianum à Mercurio occisum tradidit, sed de tessera cœlo missa ne verbum quidem. A Dæmone interfectum narrat Socrates: at Damascenus & Nicephorus, Mercurij, & Artremij Martyrum manibus cecidisse. De morte Juliani videas Ammianum Marcellinum, Eutropium, Theodoretum, Jacobum Gotofredum in dissertationibus in Philostorgium, & multos alios. Quæ de Juliani morte habet Joannes Antiochenus Malala (qui liber apud me est, & annum jam integrum Typographum desiderat) descripsi: illum transtulit vir doctissimus Edmundus Chilmeadus, cujus immatura mors eo nomine flebilior est, quod expectatissimis tanti ingenij laboribus nos privaverit.

Kal.

Καὶ περὶ ὥραν δευτέραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς παριὼν τὸ στράτευμα, καὶ δυσωπῶν αὐτοὺς, μὴ ἀτάκτως φέρεσθαι, ἐτρώθη ἀδήλως· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν ἴδιον παπυλεῶνα, διὰ τῆς νυκτὸς τελευτᾷ· ὡς ὁ προγεγραμμένος Μάγνος ἐξέθετο. Εὐτυχιανὸς δὲ ὁ χρονογράφος, ὁ Καππάδοξ, στρατιώτης ὢν, καὶ βικάριος τοῦ ἰδίου ἀριθμοῦ τῶν Πριμοαρμενιακῶν, παρὼν καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πολέμῳ, συνεγράψατο, ὅτι κατελθὼν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς μονὰς ιε΄ ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη, διὰ τοῦ Εὐφράτου ἐσῆλθε, καὶ ἐπικρατὴς γενόμενος καὶ νικήσας, πάντας παρέλαβεν, ἕως πόλεως λεγομένης Κτησιφῶντος, ἔνθα ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐκάθητο, ἐκείνου φυγόντος ἐπὶ τὰ μέρη τῶν Περσαρμενίων. Καὶ βουλομένου μετὰ τῆς ἰδίας συγκλήτου, καὶ τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ, ἄχρι τῆς Βαβυλῶνος τῇ ἐξῆς ὁρμῆσαι, καὶ ταύτην παραλαβεῖν διὰ τῆς νυκτὸς· καὶ ὡς καθεύδει, εἶδεν ἐν ὁράματί τινα τέλειον ἄνδρα, ἐνδεδυμένον ζάβαν, καὶ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν, εἰς τὸν παπυλεῶνα αὐτοῦ, πλησίον τῆς πόλεως Κτησιφῶντος, ἐν πόλει λεγομένῃ Ἀσίᾳ, καὶ κρούσαντα αὐτὸν λόγχῃ· καὶ πτοηθεὶς, ἐξυπνίσθη κράξας· καὶ ἐξανέστησαν οἱ κουβικουλάριοι εὐνοῦχοι, καὶ σπαθάριοι, καὶ ὁ στρατὸς, ὁ φυλάττων τὸν παπυλεῶνα· καὶ εἰσελθόντες πρὸς αὐτὸν μετὰ λαμπάδων βασιλικῶν· καὶ προσεσχηκὼς Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς ἑαυτὸν σφαγέντα κατὰ τῆς μασχάλης, ἐπηρώτησεν αὐτούς· πῶς λέγεται ἡ κώμη, ὅπου ἐστὶν ὁ παπυλεὼν μου; καὶ εἶπον αὐτῷ, ὅτι Ἀσία λέγεται. Καὶ εὐθέως ἔκραξεν· ὦ Ἥλιε, ἀπώλεσας Ἰουλιανόν. Καὶ ἐκχυθεὶς τὸ αἷμα, παρέδωκε τὴν ψυχὴν, ὥραν νυκτερινὴν πέμπτην, ἔτους κατὰ Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην χρηματίζοντος υια.

Καὶ εὐθέως ὁ στρατὸς, πρὸ τοῦ γνῶναι τοὺς πολεμίους Πέρσας, ἀπῆλθον εἰς τὸν παπυλεῶνα Ἰοβιανοῦ, κόμητος τῶν δομεστίκων, καὶ στρατηλάτου τὴν ἀξίαν ἔχοντος· καὶ ἀγνοοῦντα ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸν βασιλικὸν παπυλεῶνα, ὡς δῆθεν τοῦ βασιλέως Ἰουλιανοῦ ζητήσαντος αὐτόν. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὸν παπυλεῶνα, συσχόντες αὐτὸν, ἀνηγόρευσαν βασιλέα, τῇ κζ τοῦ Δεσίου, τοῦ καὶ Ἰουνίου μηνὸς, πρὸ τοῦ διαφαῦσαι. Τὸ δὲ πλῆθος τοῦ στρατοῦ τὸ ἐπὶ Κτησιφῶντα, καὶ τὸ ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος ἀπληκεῦον, οὐκ ἔγνω τὰ συμβάντα, ἕως ἀνατολῆς ἡλίου, ὡς ἀπὸ διαστήματος ὄντες. Ἐτελεύτα οὖν ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς βασιλεὺς, ὢν ἐνιαυτῶν λγ΄.

Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ εἶδεν ἐν ὁράματι καὶ ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Βασίλειος, ὁ Καισαρείας Καππαδοκίας, τοὺς οὐρανοὺς ἠνεῳγμένους, καὶ τὸν σωτῆρα Χριστὸν ἐπὶ θρόνου καθήμενον, καὶ εἰπόντα κραυγῇ. Μερκούριε, ἀπελθὼν φόνευσον Ἰουλιανὸν τὸν βασιλέα, τὸν κατὰ τῶν χριστιανῶν. Ὁ δὲ ἅγιος Μερκούριος, ἑστὼς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου, ἐφόρει θώρακα σιδηροῦν ἀποστίλβοντα· καὶ ἀκούσας τὴν κέλευσιν, ἀφανὴς ἐγένετο. Καὶ πάλιν εὑρέθη ἑστὼς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου, καὶ ἔκραξεν· Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς σφαγεὶς ἀπέθανεν, ὡς ἐκέλευσας, Κύριε. Καὶ πτοηθεὶς ἐκ τῆς κραυγῆς ὁ ἐπίσκοπος Βασίλειος, διυπνίσθη τεταραγμένος. Ἐτίμα γὰρ αὐτὸν Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς, καὶ ὡς ἐλλόγιμον, καὶ ὡς συμπράκτορα αὐτοῦ· καὶ ἔγραφεν αὐτῷ συχνῶς. Καὶ κατελθὼν ὁ ἅγιος Βασίλειος διὰ τὰ ἑωθινὰ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καλέσας πάντα τὸν κλῆρον αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς τὸ τοῦ ὁράματος μυστήριον, καὶ ὅτι ἐσφάγη Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς καὶ τελευτᾷ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Καὶ πάντες παρεκάλουν αὐτὸν σιγᾶν, καὶ μηδενὶ λέγειν τι

τοσοῦτον. Ὁ δὲ στρατιώτης Εὐτρόπιος ὁ χρονογράφος, ἐν τούτων οὐχ' ὡς μεμνημόνευσεν ἐν τῷ αὐτοῦ συγγραφῇ.

Circa horam verò diei secundam, Julianus interim dum lustrato exercitu militem se continere hortaretur, ab incertâ manu vulneratus, & in tentorium suum se recipiens, eadem nocte mortuus est: uti scriptis prodidit Magnus supradictus. Eutichianus autem Chronographus, Cappadox, qui est miles, & Vicarius cohortem suam Primoarmeniorum bello hoc duxit, scriptum reliquit; Imperatorem Julianum, emenso XV. *dierum itinere, in regiones Persicas, per Euphratem penetrasse: ubi bello superior factus, est ubique Victor, omnia subegit, adusque Ctesiphontem urbem, regni Persici sedem Regiam; Rege ipso in Persarmeniam fugâ elapso. Sequente autem die Primoribus, & Exercitu stipatus, Babylonem usq; penetrare destinaverat, urbem eam de nocte aggressurus. Inter dormiendum verò, per somnum vidit virum quendam adultum, loricâ indutum, qui tentorium Regium in Asiâ, urbe Ctesiphonti vicinâ, erectum ingressus, hastâ eum percussit. Ipse autem horrore expergefactus, exclamitare: Confestim itaque consurgentes Cubicularii, Eunuchi, Spatharij, quique ad tentorium regis excubias agebant Milites, cum lampadibus regiis ad eum ingressi sunt. Julianus autem Imperator, ubi animadvertisset se sub axillâ lethale vulnus accepisse, de Vici nomine, ubi positum erat tentorium, sciscitatus est. Asiam verò vocari, respondentibus eis; elatâ statim voce, exclamavit:* O Sol Julianum perdidisti! *Et effuso sanguine ejus omni animum efflavit, horâ noctis* V. *anno Æræ Antiochenæ* CCCCXI.

Exercitus itaque absque morâ, priusquam id hostes rescirent, tentorium Joviani, Comitis Domesticorum, & Tribuni militum, adeuntes ipsum, nil tale cogitantem, Regis ad tentorium, tanquam à Juliano accersitum, deduxerunt: statimque ut ingressus est, tenentes eum, Imperatorem salutarunt, Desii, sive Junij XXVII. *tempore antelucano. Reliquus autem exercitus, qui ad Ctesiphontem castra posuerat, quique longo abierat intervallo, de his quæ acciderant, usque ad ortum solis, nihil cognovit. Mortuus est itaque Julianus Imperator, ætatis suæ anno* XXXIII.

Porrò eadem ipsa nocte sanctissimus Basilius, Cæsariensis in Cappadociâ Episcopus, per somnum vidit cœlos apertos, Christumq; salvatorem solio insidentem magnoque clamore dicentem, Mercuri! egressus, Julianum Imperatorem, Christianorum hostem, interfice. *Aderat coram Domino S. Mercurius thorace ferreo coruscante armatus: acceptoque mandato, disparuit protinùs. Rursus autem coram Domino comparere visus, exclamavit:* Occisus est Imperator Iulianus, uti imperasti, Domine. *Clamore tanto perterritus Basilius Episcopus è somno excitatus est. Colebat enim eum Julianus Imperator, & eruditum & studiorum suorum socium: frequentesque ad illum literas mittebat. S. itaque Basilius in templum, ad Preces Matutinas descendens, cleroque universo ad se vocato, Visionis arcanum illis aperuit, & quòd Julianus Imperator eâdem nocte interfectus esset. Illi verò Episcopum, uti taceret, nec quid tale Evulgaret, rogarunt omnes. Verùm Eutropius Chronographus ex his nonnulla in scriptis suis aliter tradidit.*

At tessera hæc quam Mercurio noster dono dat, insignia *HOTOTORUM*, familiæ priscæ, & equestris, mihi in memoriam revocavit; quæ in hunc modum fetialium nostrorum libri tradidere.

HOTOT, d'azur, à la croix fleurdelisée d'hermines, cantonnée de quatre roses d'or.

Icona Guilielmi *Hotot*, equestris dignitatis viri, in fenestra Ecclesiæ de *Clapham* (vulgo *Clopton*) in agro Northamptoniensi depictam (eò quod rerum antiquarum studiosis non ingratam fore confido) hîc dedi.

Ibidem



Ibidem lin. 35. *Nec unquam reperi quod aliqua Arma fuerunt de cœlo missa, nisi in iis fuissent, vel fuisset, signa, vel signum Crucis, præterquam in armis Regis Francorum, cui Arma certa fuerunt de Cœlo*

per

per Angelum transmissa, videlicet, Tres flores Gladioli de Auro. in Asoreo.]

De Franciæ insignibus varia, quæ scriptores tradidere, in medium proferam, de quibus liberum cuique sit judicium. Non Lilia, sed *flores gladioli* è Cœlo missos esse noster asserit: *Irides aquaticas* esse sentit doctissimus Fauchetus, flavi coloris, in solo cyaneo, seu aqueo; quas à palustri Sicambriâ Franci detulerunt in Galliam. *Quia porrò Iris domestica*, inquit V. Cl. Chiffletius, *ob cæruleum colorem LILIVM CÆLESTE, vulgo dicitur. Tres bufones* eos olim gestasse non negat Gaguinus. *C'est vne chose digne destre notée*, dicit Bl. Vigenerius in annot: ad Cæsar Comment: à se Gallice versos, *que la cervelle de cest animal*, loquitur de gallo gallinacio, *quand apres estre bien cuit, on la tire tout nette & entire sans la corrompre, represente d'un costé vn crapault, & de l'autre, une fleur de lys d'armoiries, la mieux formeé qu'il est possible.*

Hoc autem lilium à cœlo semel confessum, cum antea Reges Galliæ bufones pro insignibus haberent, utrumque in natura sigillo abdito reconditum, nunc forsan à me primo scripto prolatum: siquidem quod non semel admiratus sum in capite galli gallinacei in cerebro integro sine fractura exossato (quod fit facile in multum elixato) comperies facie una bufonem, quo in dorsum verso altera facie exprimitur miro artificio, lilium unde mihi symbolum certissimum monarchiam ultimam in regem Galliarum devolui debere, utpote qui à Deo tantis doceretur cœlestibus donis, ut quemadmodà Deo Gallis cœpit post inundationem aquarum disseminari genus humanum, ita in eos ultimum Imperium redeat, fuerunt enim Galli dicti hi qui in arca Noæ salvi evaserunt, id est, inundati, hoc enim Galli nomen Hebraice denotare creditur. P. Gregorius *in prælud. opt. ICti. probique magistrat. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 2.

Les premiers Monarques Francois, soient qu'ils eusent emprunté la facon des Romains, ou qu'elle fut practiquée entr'eux, portoient outre le LYON, LE CROISSANT pour leurs Armes. Et telles les auoit Pharamond nostre premier Roy, le quel portoit DE GVEVLES A TROIS CROISSANTS D'ARGENT, selon les Aucheurs Allemands, & non TROIS COVRONNES, ainsi que l'escrit Paul Emyle, ny trois Crapaux, *come les estrangers l'escriuent. Et la faute vient de là, que les Francois sortis des marests de la Westphalie, ayans vne voix enroüée, ainsi que le dit Sidonius Appollinaris, & Marcellin devant luy. Les estrangers envieux de leur grandeur les appellerent crapaux ainsi que font les Wallons, & leur semblables. Clovis auoit pareilles Armes auparauant son sacre & baptesme, & apres iceluy, il retint ses trois CROISSANS pour sa deuise & par ce moyen l'opinion de Du-Tillet seroit soustenable parlant d'vn fief assis en la ville d'Anners, donné au mois de Mars, mil trois cens, par le Roy Philippes le Bel à vn, nomme Adam de Villemonde, au devoir & mutation de seigneur, de deux arcons de selle de cheual, L'VNE AVX ARMES DE FRANCE, & L'AVTRE A CELLES DE CLOVIS, ce qui se doit entendre de la deuise du dit Clouis, par le quel ce fief peut auoir esté erigé aux charges de telle recognoissance. On uoid la representation du Roy Cloiaire premier du Nom, enterré a S. Mard de Soissons par luy basty, ayant sa Dalmatique conuerte de CROISSANS. La maison d'Angoulesme issuë de celle d'Orleans, PORTOIT D'ORLEANS, AV LAMBEAV D'ARGENT CHARGE DE TROIS CROISSANS DE GVEVLES.* Andre Fauyn au Histoire de Navarre, pag. 50.

Securem Francorum Regum esse Insigne Clodoveus indicat, cui semper in promptu & ad manum fuit, ut constare potest, dum miles, qui Vrceum templo suppilatum restituere noluit, Regia bipenni fuit percussus; deinde idem ex monumento ejusdem Regis in D. Genouefæ paucis adhinc annis effosso elucescit. At vocari Regium tale signum (securim scilicet) Francisam, id est, Francorum Ferrum seu Arma. (Hoc enim adhuc Celticâ & Germanicâ linguâ sonat: Et malè apud Gregor. legitur Francesca*: Isa enim aut Isen est Ferrum, Telum, Arma, Franc est Francus) è Gregorio*

Turon-

Turonensi dicimus. Hinc dubio procul immunitates & libertates apud Francos Francisæ vocantur, securi Regia defendendæ, aut hoc signo tanquam sigillo Regio confirmatæ. Vnde & accidit, ut sigilla, insigniáque Regia vocemus Arma Franciæ: cùm enim initio Francisæ, id est, Securis insignia fuissent & sigilla, ideo ab his armis impressis, sculptis, sive effigiatis, Insignia Franciæ vocata fuerunt Arma.

Sed nemini ista hactenus observata cùm fuerint, ut merentur, ut quid de Insigni Gallorum Lilio ad fidem historiæ meditatus sim primus benigne legar, audiárque. Subjit mentem sæpè cogitatio, quodnam genus Liliorum foret, quod hac figura, quâ Lilia Gallicana depinguntur, efflorésceret: & nullum, curiosiùs licet omnibus investigatis, reperire potui. In eam tandem sententiam delapsus sum, esse non Lilij, sed Fancisæ, seu bipennis, id est teli Francici formam, cui rei vox ipsa, qua Insignia Gallorum solemus vocare Arma, favet: cum auctores magni Procopius & Agathias, qui hoc teli genus sic describunt. Secures, inquiunt de Francis, ancipites gestant: In superiori parte ferri circa ipsam aciem recurvæ extant utrinque, tanquam hami laminulæ, & ad ipsius teli partem inferiorem devergunt. Item, Securis ferrum crassius erat, & utrinq; acutum. Annon hæc germana est Armorum, seu Insignium, quæ Lilia vocare consuevimus descriptio? præsertim verò si inferiores etiam partes, incurvas sursùm, inspiciamus, & quasi nodo seu lamina ferrea junctas. Et certè similes Secures quæ Regibus præsertim solent adhuc præferri inter regios aulicos officiarios &c. intueri licet, forma tamen sæculorum decursu mutata aliquantum.

Quicquid sit, hoc tamen ego admiror, quod cùm vetustissimi Francorum à Scythis sint oriundi, eædem fuerint Regni Scythici, quæ Merovingiorum Regni, Regiæ Notæ. Apud Herodot. Aratrum cum Jugo, Bipennis, & Phiala Regni sunt decora. Francis Phiala, Bipennis Lili-formis, Boves Aratores, quibus vehi soliti primi Reges, sunt Regni insignita: & Scythis, & Francis creduntur cœlitus delapsa. Janus Cæcilius Frey in admirand. Gall. Bipennis formam vide in Christophori Broweri Fuldensium Antiquitatum lib. 2. cap. 15. *Per ea adhuc tempora,* inquit Justinus lib. 43. cap. 3. *Reges hastas pro diademate habebant, quas Græci scripta dixere. Nam ab origene rerum, pro Diis immortalibus veteres, hastas coluere: ob cujus religionis memoriam, adhuc Deorum simulacris hastæ adduntur.* Vide C.Barthij Animadversiones in Claudianum.

Lilium argenteum, intra parmulam luminis cærulei, apud nos, gestat perillustris, & pervetusta *DIGBEIORUM* familia.

Sex Lilia sapphirini coloris, in scuto argenteo, cum aureo scutario vertice, denticulatoque, sunt antiquissimæ, equestrisq; familiæ, *PASTONORUM*, in agro Norfolkiensi.

IRELAND, de gueules, à six fleurs de lys d'argent.

REDESHAM, d'argent, à six fleurs de lys de gueules.

DARLEY, de gueules, à six fleurs de lys d'argent, à la bordure engreslée de mesme.

FOWKE, de sinople, à vne fleur de lys d'argent.

COKFIELD, de gueules, à une fleur de lys d'hermines.

AGUILLON, de gueules, à vne fleur de lys d'argent.

PALMES, de gueules, à trois fleurs de lys d'argent, au chef de vair.

PYKERING, de gueules, au chéuron accompagné de trois fleurs de lys d'or.

FANSHAWE, d'or, au cheuron accompagné de trois fleurs de lys de sable.

AYNSCOMBE, d'argent, au cheuron accompagne de trois fleurs de lys de sable.

DISNEY, d'argent, à la fasce de gueules chargée de trois fleurs de lys d'or.

LENNARD, d'or, à la fasce de gueules, chargeé de trois fleurs de lys du champ.

WHITHEAD, d'zur, à vne fasce accompagné de trois fleurs de lys d'or.

ASHFIELD, de sable, à vne fasce engreslée accompagné de trois fleurs de lys de sable.

Ashurst,

ASHURST, de gueules, à la croix engreslée, cantoniée de quatre fleurs de lys d'argent.

HAWKINS, d'argent à vne sautoir de sable chargée de cinq fleurs de lys d'or.

Pag. 217. lin. 24. *Et possidens ista Arma, portat unam crucem ingradatam de nigro, in campo aureo.*]

Crux nigra, striataq́, in scuto aureo, est perillustrium & pervetustorum Baronum de *MOHUN* ab ipsius Guilielmi Conquestoris temporibus: ex hac familia duos olim habuit Comites Somersetensis Comitatus. Eorum digma antiquum, *manica, ex pontica dipthera, in alveolo scuti puniceo. Sub Henrico tertio,* inquit Camdenus, *ut habetur in libro Gallicè scripto, memoratur quòd Innocentius Papa in solenni festivitate instituerit Reginaldum Mohun Comitem de Eeste, traditâ Rosâ aureâ.*

Pag. 218. lin. 7. *Horum autem armorum possessor Portat Unam Crucem truncatam de nigro, in campo argenteo.*

Hæc est tessera gentilitia Baronum *SANDES, Horum Baronum primus erat,* inquit Camdenus, *Guilielmus Sandes, quem Rex Henricus octavus, eò dignitatis evexit, cum sibi esset Camerarius, & rem nuptiis cum Margeria* Bray, *filia & herede Joannis Bray, cognata Reginaldi Bray, Ordinis Georgiani, Baneretti que clarissimi, adauxisset.*

Pag. 222. lin. 7. *Et qui habet ista Arma Portat vnam Crucem Erminalem sive Eremetticam.*]

D'argent à quatre queües d'hermine en croix, le haut desdites queües confronté en cœur. Digma HURLESTONORUM.

Pag. 224. lin. 23. *Portat Arma quarteriata irrasa de Albo & Nigro.*]

Parma hæc quadrifariam dirempta ex argento & nigro, fasciæ loco dentata, est *BRASTORUM.*

Scutum hujusmodi, ex argento, & coccino, habuerunt *FITZ-WARINI,* viri nobilissimi, quod *BOUCHIERI* Bathoniæ Comites, è *Fitz-Warrinorum* stirpe oriundi, in suum Digma transtulerunt.

Ex coccino, & auro, BROMLEI. Familia *Bromleiorum* antiquissima in Comitatibus Staffordiæ & Salopiæ sedes elegit: unde originem duxit Thomas *Bromleius*, temporibus Reginæ Elizabethæ Angliæ Cancellarius. Unde etiam oriundus Clarissimus ille Johannes *Bromley* equestris dignitatis vir, qui regnante Henrico quarto, prælio illo ad *Corbiam* memorabili, *Aquitaniæ* vexillum (quod, multa vi Gallorum equites invecti in alam cui præerat Hugo *Stafford* dominus Bourchier, eripuerant) summa virtute recuperavit. Ob istud egregium facinus non solum dignitate equestri ornatus, sed prædiis in Normannia amplissimis donatus, & summa præfectura istius loci fidei ejus concredita. Avitis insuper insignibus adauctis, tesserâ nimirũ signiferi quem in congressu occiderat, & vexilla *Aquitaniæ* in apice galeæ. Quæ hodie gestat Guilielmus *Bromley* de *Baginton*, in Comitatu Warwicensi, perpetius stemmatis masculi Johannis modo memorati hæres,

pag. 226.

Pag. 226. lin. 26. *Portat Arma partita irrasa de Argento & nigro.*]

Scutum semiargenteum, & seminigrum à summo ad imum directè partitum, dentatumq;, fuit equestris familiæ *BIRMINGHAMIORUM.*

A dextris puniceum, sed sinistris argenteum, est *PENRICEORUM.*

A dextris argenteum, à sinistris cæruleum, est Equestris, antiquissimæq; familiæ *HICMANORUM.*

Pag. 227. lin. 26. *Portat Arma partita secundum longum de asorio & argento innebulata.*

Parmula à dextris cærulea, à sinistris aurea, ad eum modum partita, est *POWRORUM.*

Pag. 229. lin. 20. *Portat de argenteó, & caput scuti de asorio, cum duabus maculis perforatis de auro.*]

Clypeus argenteus, cum cæsia scutaria coronide, duabus echinatis calcarium molulis aureis, perforatisq; impressa, nobilissimæ familiæ *CLINTONORUM*, Comitum Lincolniensium, tessera est gentilitia. Clintonij è Galfrido *Clinton* Normanno Henrici primi Camerario, Thesaurarioque genus repetunt. Galfridus ille Castrum, Cænobiumq; de *Kenelworth*, in agro Warwicensi, construxit. Thomas de *Clinton* de *Colshill* in eodem Agro, Equestris ordinis vir, qui sub Henrico tertio floruit, *Parmulam argenteam cum apice scutario cyaneo*, gestabat. Ejus filius & heres Johannes, ejusdem ordinis vir, *Bina Lilia aurea* adjecit Hujus filius Johannes, itidem eques, *Tres v cerras acutas, cyaneasq;, cum cantone ex aluta hermonica, in clypeo argenteo:* at ejus filius Johannes *scutarium apicem, cum liliis* resumpsit. Clintonij verò de *Maxstoke*, prædicti Thomæ filio natu minori oriundi, *Apicem scutariam, duabus echinatis calcarium molulis aureis, perforatisque ex coccino*, gestabant. Ab his originem ducens, Guilielmus de *Clinton*, *Huntingtoniæ* Comes, rerum potienti Edvardo tertio, *Sex nig as cruces in spicum mucronatas, aliis terminatas cruciculis*, adjecit. Ille vero ἄπαις mortuus est.





5. E. 3



19. E 2.





10. R 2.



23. E 3.

Pag. 236. lin. 12. *Portat Arma de auro, fimbriata sive bordurata de nigro ingradata, cum uno leone rapaci de rubeo.*]

Leo puniceus, rapaxque; intra limbum furuum & striatum, eſt *POMERATORUM.*

Pag. 240. lin. 12. *Portat tres pilas nigras, in campo aureo.*]

Tres vacceræ nigræ, acutæq; in aureo ſcuto, ſuunt *KATERLIORUM.* Guido *BRIANUS* Equitum Ordinis Periſcelidis unus, regnante Edvardo tertio, *totidem cæruleas in clypeo ejuſdem metalli* geſtavit. Johannes (cognomento à patria terra accepto) *SCOTUS* dictus, Ceſtriæ & Huntingtoniæ Comes, Davidis Anguſiæ, & Huntingtoniæ Comitis (qui Guilielmi Regis Scotorum frater fuit) filius pro inſignibus *totidem puniceas habuit, in clypeo etiam aureo. BASSETTI* (quorum familiæ complures à Radulpho *Baſſet* originem traxere, quem *de pulvere*, inquit Ordericus Vitalis, extulit Henricus primus, & ad Angliæ Juſticiarij honorem evocavit) qui in *Weldon* in agro Northamptonienſi conſederunt, *In parma aurea, quam fimbria ambit cærulea nummis Byzantinis impreſſa, tres adſimiles vacerras* geſtavere.

Qui *Sapcotam*, in agro Leiceſtriæ occupavere, primùm *ſex vacerras, cum cantone ex vellere petaſite*, deinceps *tres tænias undulantes*, poſtremo *tres vacerras rubras*

rubras, cum angulo ex vellere petasite, ut in eorum sigillis videre est. Qui verò sunt ex *Draytona Bassettorum* in comitatu Staffordiensi, *Tres vacerras acutas, rubrasque cum angulo ex aluta hermionica in clypeo aureo habuere*. Sed cum ea domus (uti etiam supra dictæ) Baronis titulo esset ornata.

Vexillis *tres Palos cum angulo, ex vellere hermionico*, gestavit, ut ex icone Radulphi Dom'ni Basset, quæ in fenestra orientali ecclesiæ de *Drayton-Basset* conspicitur cum insignibus, hoc loci inserta.



Hanc ego imaginem doctissimo, solertissimoq; antiquitatis indagatori, & acerrimi judicij Viro, Guilielmo Dugdalio acceptam refero, qui si egregiâ, quam præ manibus habet, Comitatus Warwicensis descriptione sæculum hoc bearit, nunquam me lector in tanti viri laudibus longius evagatum arguerit. *Bassetti* de *Blore* in Comitatu Staffordiensi *vacerras, cum triente argenteo Gryphe nigro impresso* gestarunt. Clarissimus Johannes Chandos, *vacerram puniceam, in scuto aureo* gestavit, quam in clypeo quadripartito habet nobilissimus Baro *Bridges* de *Chandos*, sorore illius, quæ etiam heres fuit, oriundus.

BRIDGES, d'argent, à la Croix de sable, chargée d'un teste de lyon d'or possée en front.

Vacerra furva, striataq; in scuto aureo, est antiquæ, Equestrisq; familiæ *WATERHOUSEORUM.*

Pag. 245. lin. 6. *Portat arma palata, de auro & asorio, cum una quarta herenetica.*]

Tetrans ex villere hermionico, in scuti area palis aureis, cyaneisq; sexiès virgata, quæ tessera est gentilitia antiquissimæ Equestrisq; familiæ *SHIRLEYORUM.* Nomen de *Shirley* à Prætorio suo de *Shirley*, in Comitatu de *Derby*, sub Henrico tertio adepti sunt, prius enim de *Ethindon* cognominati fuerunt. Ab usq; Normannici victoris temporibus possessiones amplas habuerunt in *Ethindon* Agro Warwicensi. Sewallus de *Ethindon Palos tres aureos, totidemque nigros* gestabat. Ejus sigillum, una cum Shirleanæ familiæ aliquot sigillis, hîc delineandum duxi.



Pag. 247. lin. 5. *Portat duas partes capitis scuti de rubeo, & tertiam partem de albo ad modum signi capitalis, & tres rosas de iisdem coloribus transmutatis.*]

Tres rosæ argenteæ, circa capreolum ejusdem metalli, in scuto puniceo, sunt *WADHAMIORUM.*

Totidem puniceæ, circa capreolum etiam puniceum, in arvo argenteo, sunt, pervetustæ, Equestrisque familiæ, *RUGLEIORUM.*

Pag. 248.

Pag. 248. lin. 11. *Portat Arma superius scissa & jaggata de auro, elevata super rubeum colorem, pulverizata cum parvis campanis sive sonets de argento.*]

ANGLURE, d'or à sonnettes d'argent sans nombre, supportées sur cheurons de gueules, renversés. André du Chesne.

ANGLURE, porte d'or, semé de grillets d'argent soustenues de Croissans de gueules. Goussancourt.

ENCORNE, d'or, à trois grillets ou sonnets de gueules.

ENT, de sable, au cheuron accosté de trois grillets ou sonnettes d'or.

Pag 249. lin. 18. *Portavit tres fusilos rubeos in campo argenteo, Quæ quidem arma portavit ratione cetrarum terrarum ad Baroniam de Monteacuto pertinentium.*]

Quibus terris hæc insignia primùm adheserint non satis compertum habeo. Satis constat eos antiquitus *in scuto cæruleo*, *Gryphem aureum* gestasse: nam in facie altera sigilli Simonis de *Monteacuto*, qui Edvardi primi temporibus Baro fuit, adhuc conspicitur. Et Johannes *Montagu*, Equestris ordinis vir, gryphem integrum in cassidis apice habuit. Præterea complures familiæ Equestres, clari nominis apud nos, scutis gryphes insignivere; quales sunt *Granthami*, *Evelini*, *Gardineri*, alij, sed properanti non vacat singulas persequi. Verum Tesseras quondam agris proprias fuisse scripto Walteri de *Gaunt*, quod hic adscripsimus, satis patet. Terræ, & insignia, hereditario jure, ad pervetustam & equestrem familiam, de *Swale* dictam, in Comitatu Eboracensi, devenerunt.

SWALE, d'azur, à vne bande nebule d'argent.



Walteri

Walterus Gaunt Comes, omnibus hominibus suis Francis & Anglicis, Clericis & Laicis, tam præsentibus quam futuris, salutem. Notum sit vobis, quod dedi, concessi, & præsentis carta mea testimonio confirmavi Aluredo nepoti meo, & principali Camerario meo totum Manerium & Dominium meum quod Westgrenton in Swale dale appellatur, cum omnibus terris & tenementis. cum suis pertinentiis sibi contingentibus, boscis, subboscis, aquis, stangnis gurgitibus, piscariis, vivariis, pratis, pascuis, pasturis, communiis, vastis, moris, mariscis, turbariis, tresidiis, petariis, gardinis, curtilagiis, homagiis, wardis, maritagiis, releviis, eschaetis, bondagiis, curiis curiarum & sectis eorum, & quibuscunque aliis commoditatibus & aysiamentis prædicto manerio & dominio, & terris cum pertinentiis incumbentibus, libertate faldiæ liberi tauri, & liberi Apri, & cum duobus molendinis, quorum unum est aquaticum, & aliud est tritiscium, & cum armis, dominio & terris pertinentibus *videlicet ferendum* Scutum Sabellum cum tribus dami masculi capitibus argenteis. *Et dedi etiam prædicto Aldredo totam tertiam partem ville de Reth, cum omnibus suis pertinentiis, infra villam & extra undiq; expectant. Dedi præteria prædicti Aluredo nepoti meo totum solum prædicto manario dominio & omnibus terris & tenementis suis cum pertint. undiq; incumbens, proveniens, pertinens, & expectans, & totum prædictum sotum ira includendum, & ab omnibus hominibus sine aliquo excepto in ceperali tenendum, & sine aliquo impedimento pacificè conservandum boseis, aqueis, & omnibus modis aliis commoditatibus & aysayamentis, ut plenius & apertius in alia carta libertatum & Communiarum prædictis manerio, dominio, & terris prædictis, cum pertind. postea ostendatur. Habendum & tenendum prædictum Manerium cum dominico, quod Westgrenton in Swaledale appellatur, cum omnibus suis pertinentiis, & omnibus aliis libertatibus, juribus, commodis, preficui, aysiamentis prænominatis in modo & formis supradictis. Et tertiam partem villæ de Rethcum dominio cum pertinentiis suis, & etiam totum solum manerij de Westisrengon cum dominio, & tenement sibi pertinentibus tenendum includendum, & annuatim ab omnibus in ceparali Habendum prædicto Aluredo heredibus & assignatis suis in perpetum. Reddendum inde michi & hæredibus meis laxam leporariorum, & hoc nisi semel vita hæreditariè pro omnimodis servitiis secularibus, exactionibus & damandis quæ, corde humano imaginari, loqui, vel lingua exprimi poterint, imperpetuum. Hiis testibus Galfrido de Aumũdavilla; Gilberto Folyot; Elya Aumumdavilla; Malgero filio Gaufridi; Adam de Rotham. Henrico Camerario. Yuone Capellano; Galfrido filio Briani. Hugone Ossiario.*

Pag. 253 lin. 10. *Petrus quidem vocatus de Rupibus, olim Episcopus Wintoniensis portavit in armis suis Tres pisces ejusdem nominis, quos in vulgari nostro* Roches *appellamus, quos etiam ipsè portavit ratione sui nominis.*]

Tres scyphi aurei cum operculis, in apice scutario nigro, scuto pariter aureo in

presso

presso sunt equestris familiæ *BUTLERORUM* in agro Cantiano.

Arcus tres punicei, circa cantherium ejusdem coloris, in argento scuti laterculoi sunt *BOWMANNORUM*.

PIPE, d'azur semé de croix recroisettées d'or, à deux trompes (nos Pipes dicimus) *de mesme*.

Scutum, prout superius describitur, quadratim, cum suis avitis insignibus, gestat antiquissima, & equestris familia *VERNORUM*.

VERNON, d'argent à une frette de sable.

Tria pocula nigra, ad instar cotyli, seu cotylisci, qui unicam tantum habebat ansam, & Bacchi proprius, testibus Atheneo lib. xi. & Julio Polluce lib. vi. *in parmula argentea*, fuit *BUTLERORUM*. Hanc tesseram gentilitiam quadratim gerunt pervetustæ, & Equestres familiæ *COBSEORUM*, & *WALPOOLORUM* in agro Norfolkfiensi.

Sinistræ tres sanguineæ, circa capreolum cæruleum, in scuto argenteo, sunt *MAINARDORUM* Baronum de *Estaines*.

Dexteræ quatuor sanguineæ, circa taniam nigram, in parmula argentea, sunt *QUATERMAINORUM*.

Brachia tria, auro manicata, & quæ flexis cubitis, more pugilum, videntur ictum validum interminari, in miniato scuti alveolo invicem juncta, sunt *TREMAINORUM*.

Tres sinistræ argenteæ, in apice scutario puniceo, cum ima scuti regione ex vellere hermionico, sunt *MALMAINORUM*. Hunc clypeum quadratim gestant *DERINGII*, & *TOOKII*.

DERING, d'or, au sautoir de sable.

TOOKE, de sable mételé d'argent, à trois testes de gryffon arrachées de l'un en l'autre.

Tres sinistræ argenteæ, in scuto cæruleo, sunt *MALMAINEORUM*.

Thomæ *Malmaine*, qui sub regibus Johanne & Henrico tertio floruit, Gilbertus de *Clare*, Comes Gloverniæ, & Hartfordiæ Prætorium sive Manerium de *Upwinborne* dedit. Ejus filius Nicholaus unicam genuit filiam & heredem, enuptam Roberto de *Plecy*. Roberto Joannes ortus, Joanne Edmundus, Edmundo Nicholaus, omnes hi *Plecei* Equestris ordinis fuerunt. Nicholaj de *Plecy* filia & heres uxor erat Iohannis *Hameline*, Equitis Aurati, cui unicam peperit filiam, ejus heredem, elocatam Roberto *Ashley*, Antonij *Ashley* Equitis & Boronetti, Attavo. Anna, hujus Antonij filia & heres, nuptui tradita est Iohanni *Cooper* Equiti & Baronetto, ex quo matrimonio natus, Virtute & Sanguine nobilissimus, Dominus Antonius *Ashley Cooper* Baronettus.

COOPER, de gueules, à une bande engreslée accompagnée de six lyons d'or.

ASHLEY, dazur, à une quintefeuille à la bordure engreslée d'hermines.

ASHLEY, d'argent, à trois taureus de sable, accornées d'or.

PLECY, d'argent, à six anneaux de gueules.

Supports, *à un taureau de sable, & un talbot d'azur.*

Cimier, *un chappeau ducal surmonté de un taureau de sable.*

HAMELIN, de gueules au Lyon d'hermines, couronné d'or.

HERCY, de gueules, au chef d'argent chargée de une lambeau d'azur.

Lambella, ut mihi quidem videtur, genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad extirpandas herbas in agris. Vide Festum.

Famila *Archeriorum* re splendida, repetitisq; nobiliū affinitatibus decora, in pago *Tamworth* in Comitatu Warwicensi à temporibus Henrici secundi consedit, unde oriundus ille Thomas Archer qui, regnante Edvardo secundo, Equitum Sancti Johannis Hierosolymorum Prior extitit.

Tres aureæ sagittæ, in clypeo cyaneo, sunt *ARCHERIORUM*.

Scutum ex argento & prasino diremptum ex transverso, cum duobus conchyliis prasinis & totidem argenteis, circa Capellam rubram, est *CHAPPELLORUM*, hujus familiæ heres, ante ducentos annos, Waltero *Tailard* fuit ellocata. Catherina *Taillard*, heres familiæ, Mater erat Thomæ Baronis *Brudenell*, quem sua, & Majorum Virtus Nobilissimum fecit. pag. 255.

Pag. 155. lin. 2. *Sunt insuper diversi nobiles qui portant lingulas sive labellas, pro quibus est sciendum quod tales Lingulæ sive Labellæ non dicuntur proprie signa, sed differenciæ signorum.*]

Lambellæ non semper distinctionum notæ sunt, sed quandoq; insignia ex parte constituunt. Utrivis usui inseruisse exemplis commonstrabo, & insuper quo se pacto quondam juniores natu à familiæ principe, atq; invicem, distinxerint.

Tres cantherij punicei, cum lambella cyanea, in argenteo parmulæ solo, tessera gentilitia est antiquissimæ, & equestris familæ *BARINGTONORM.*

Capreolus niger, cum lambella coccinea, in clypeo argenteo, est symbolica tessera pervetustæ & Equestris familiæ *PRIDIEUXIORUM.*


WINTERSHULL, d'or, à deux fasces de gueules, vn lambeau de sable.

BYRKIN, d'argent, à la fasce d'azur, un lambeau de gueules.

SCOBELL, d'argent, à trois fleurs de lys de gueules, vn lambeau d'azur.


KETLEBY, d'argent, à deux cheurons de sable, vn lambeau d'or.

Illustrissimi Comites Hertfordiæ, de *CLARE* dicti, *Tres capreolos coccineos, in scuto aureo* gestabant. Gilberti de *Clare*, Comitis Gloverniæ, & Hertfordiæ, sigillum delineatum do.



Gilbertus de *CLARE* (Gilberti filius natu minor) cui Stephanus Rex, Pembrokiæ

Pembrokiæ Comitis titulum contulit, *Scutum capreolis plenum habuit.* Ejus quoque sigillum hîc appictum imus.



Barones de *FITZ-WALTER*, eorum gentiles, *binos capreolos cum interiecta instita.*

Thomas de Clare *Tribus Cantheriis* superimposuit *lambellam quinque partium cyaneam*, Majores mei, *nigram.*

HILDIARDORVM pervetusta & equestris familia, *Tres echinatas calcarium molulas, aureasq́, in parmula cærulea* gestabat. Petrus de *Hildiard cantherium argenteum*, notam minoris natu filij, interjecit.

Minor natu filius è familia equestri *Savillorum, differentiæ caussa, Balteum striatum* gessit. *Tres noctuæ argenteæ, balteo impressæ furuo, in clypeo argenteo,* sunt tessera gentilitia *SAVILLORVM.*

Pardi caput aureum lilio argenteo perforatum, in clypeo nigro gestabant *MORLEI* in agro Lancastriensi. Illi in agro Sussexiano, ab iis oriundi, *Tria* habent.

Litera Græca T *aurea, ter adscripta in scutario apice puniceo dentatoq́, in aluta Muris Pontici*, est Antiquissimæ familiæ *THVRLANDORVM.* Nonnulli minores natu filij eiusdem familiæ *Argenteas* literas gestabant.

IN JOHANNEM DE BADO AVREO NOTÆ.

Pag. 23. lin. 24. *Portat unam Crucem rubeam ingradatam, in campo argenteo.*]

Tessera est symbolica equestris, pervetustæque familiæ *GOVRNAIORVM* in Comitatu Norfolksiensi.

Crux argentea, ſtriataq́ꝫ, in clypeo rubro, fuit equeſtris olim familiæ *INGOLDESTHORPIORUM*, in eodem agro.

Paq. 24. lin. 4. *Portat unam crucem truncatam rubeam, in campo argenteo.*]

Teſſera eſt gentilitia, antiquiſſimæ, & equeſtris familiæ *LAURENCIORUM* agri Lancaſtriani olim, jam incolæ.

Pag. 25. lin. 5. *Portat unam crucem cruciatam de rubro, in campo aureo.*]

Eſt *BYERLEYORUM.*

Pag. 26. lin. 15. *Portat de argento, cum cruce florida patenti de rubeo.*]

Eſt equeſtris familiæ *TROUSSELLORUM.*
Aurea, in parmula veneta, eſt *PAVELEIORUM.*
Nigra, in parmula argentea eſt equeſtris familiæ *SWYNERTONORUM.*
Familia *PESHALORUM* Staffordienſis, vulgo *PERSHALL* dicta, à *Swinertonis* oriunda, ſed ſedis, quam elegerant, nomine aſſumpto, *Peſhale* ſe dixere, ſervatis tamen inſignibus *Swinertonorum*, ſed adauctis *Leone prædabundo argenteo, ſcutulo rubeo impreſſo, & in medio crucis poſito*, ut ex ſigillo Richardi *Peſhale* Equitis patet. Et hæc inſignia quidam, antiquarum rerum ſatis gnari, à Ranulfi, ejus nominis ſecundi, Ceſtriæ Comitis clypeo mutuata eſſe opinantur. Sed hic Richardus fratrem habuit minorem natu Adamum, Equeſtris etiam ordinis Virum, qui ſcutulo omiſſo, eandem Crucem geſtàvit, ac inſuper in *Cantone* (ut loquuntur fæciales) *rubro, ereptum lupo caput argenteum, auro coronatum*, ut etiam in ipſius ſigillo videre eſt. A quo Guilielmus *Peſhale* Eques, vir doctiſſimus, Johannis nuper de *Suggenhall* in eodem Comitatu Baronetti, filius natu ſecundus, originem traxit.



Pag. 31. lin. 34. *Il port d'argent, vn cheuern de ſabil.*

Teſſera gentilitia fuit equeſtris familiæ *WANTONORUM.*
Cantherius puniceus, in clypeo aureo, fuit *BUCKINGAMIÆ* Ducum, Comitum *Staffordiæ.*

Ibidem

Ibidem lin. 35. *Il port de sabil, deux cheuerns d'argent.*]

Tessera gentilita *CECILLORUM.*

Cantheri bini punicei, in parmula aurea, est pervetustæ & equestris familiæ *MUNSONORUM* in agro Lincolniensi.

FETIPLACE, de gueules, à deux cheurons d'argent.

ASHE, d'argent, à deux cheurons de sable.

FENNER, dehermines, à deux cheurons de sable.


Trifolia nigra terna, circa cantherios binos eis concolores, scuti valuulo aureo, est pervetustæ & equestris familiæ *ABDIORUM.*

Aurei tres nummi Bizantini, circa cantherios binos perinde aureos, in cyanea scuti areola, est *KIDDERMISTORUM.*

Rosæ tres rubræ, circa cantherios binos furuos, fuit *WICKHAMORUM.*

Pag. 33. lin. 17. *Portat sex anulos aureos in campo rubeo.*]

Robertus de *Veteri Ponte*, sive *Vipont*, tempore Regis Johannis, *in clypeo rubro sex aureos anellos* gestavit. Robertus vero ultimus, duas solummodo filias reliquit, Sibyllam Rogeri Domini *Cliffordi* uxorem, & Idoneam Rogero de *Lejbourne* enuptam.



Ibidem lin. 24. *Portat de rubeo, cum tribus talentis auri.*]

Est *DINHAMORUM.*

Tres nummi Bizantini aurei, in fascia conchiliata, supra parmulam argenteam, sunt equestris familiæ *JENNINGSORUM.*


Totidem nummi argentei, in tænia furva, in aureo scuti alveolo, sunt equestris familiæ *BRAMSTONORUM.*

Cyaneæ placentulæ tres, circa cantherium concolorem, in aureo scuti solo, sunt equestris familiæ *CLEPOOLORUM.* Eos olim gestasse *clypeum ex vellere hermionico, cum apice scutario cyaneo, tribus balteis aureis impresso*, compertum habeo.

Terni nummi Bizantini aurei, circa capreolum perinde aureum, in parmula auro constrata, sunt equestris familiæ *BEVILLORUM.*

Pag. 38. lin. 18. *Portat Leonem rapacem rubeum in campo argenteo, cum una bordura de nigro, pulverisata cum talentis aureis.*]

Cùm autem Richardus ille (Camdenum legis de Comitibus Cornubiæ differentem) *& filius Edmundus è stirpe regia Angliæ fuerint, & diversis tamen à Regiæ stirpis insignibus, sc.* in Clypeo argenteo Leone rubro insurgente, & coronato intra limbum nigrum globulis, sive Bizantinis bullatum, *usi sunt, subinde cum aliis sum demiratus. Nec aliam sane rationem afferre possum, nisi quòd illi regiam Gallorum familiam in hoc (à Gallis enim hæc insignium ratio ad nos promanavit) sint imitati. Filii enim Regum Galliæ natu minores, ad hæc usq; tempora, alia quàm regia gestârunt insignia, ut in familia Veromandua, Druidensi, Courteneia videre est, atq; ut Robertus Dux Burgundiæ, frater Henrici primi Regis Galliarum, antiquum Burgundiæ Ducum scutum assumpsit; ita hic Richardus cùm Comitatum Pictonum ab Henrico tertio fratre accepisset*, Leonem illum rubrum coronatum *assumpsisse, quod priorum erat Pictonum Comitum, ut tradunt scriptores Galli, &* Limbum illum bullatum *ex antiquo Comitum Cornubiæ clypeo addidisse existimare licet. E Britanici enim sanguinis Comitibus ultimus Cornwalliæ Comes, ut Heraldicæ artis periti tradunt*, Clypeum nigrum 15. globulis aureis inspersum *gerebat*. Hactenus Camdenus. Edmundi Comitis sigillum huic loco non alienum puto.



Margareta filia Richardi de *Clare* Gloverniæ Hertfordiæque Comitis, ejus erat uxor.

Pag. 39. lin. 16. *Portat de auro, cum una benda de nigro, cum tribus aquilis de argento.*]

Tessera gentilitia fuit minoris natu filij è *Mauleorum*, sive de *Malo Lacu*, gente nobilissima. Aquilæ in hoc clypeo minoris filij notæ sunt. *Tres aquilæ aureæ, balteo impressæ puniceo, in clypeo argenteo*, sunt pervetustæ equestrisque familiæ *HABINGTONORUM*.

Binæ aquilæ prasineæ, circa balteum nigrum fimbriatum cum laciniolis striatis puniceis, in clypeo argenteo, est *SIUDALLORUM*.

Aquila viridis, & crux cruciata nigra, circa balteium ejusdem coloris, in parma argentea, est icon symbolica *RUSHWORTHORUM*.

Est autem quod hîc mirer *BORLASIORUM* insignia, tàetsi antiquissima, & quibus haud quicquam affine aut simile extare apud nos crediderim, à nemine tamen nostrorum, tesserarum scutariarū interpretum, memorari, nec, si bene memini, succurrit, vel apud Gallos, vel Italos, vel Hispanos ejusmodi tesseram gentilitiam describi, cujusmodi *Borlasij* designant.

Ne

Ne autem mentem meam minus dilucide aperiam verbis, ipsa porro Insignia hic incidi curavi.



Princeps familiæ penes se habet diploma Guilielmi filij Guilielmi, *Conquestoris* dicti, indulgens decessori suo Borlasio, Domino Castri de *Talfer* in Normannia, *Borlasium* in *Cornubia*. Stetitq; hactenus hoc *Borlasium*, longo ordine Stemmatis, sedes principis familiæ *Borlasiorum* connubio junctæ heredibus familiarum *Payton*, *Reytone*, *Trevinor*, *Buscowen*, *Kindown*. A quibus oriundi Borlasij in Comitatu Buckinghamiæ; splendida sanè familia, largis fundis locupletata, accessione amplissimæ dotis per matrimonium cum filia & herede *Baldwini* Senatorij ordinis principis viri, quem patria lingua summum Justitiarium indigitant. *Ex* hoc itidem genere prodiit Johannes *Borlasius* Eques Auratus, qui cum ab Imperatoriis muneribus, quibus, cum in *Hollandia*, tum in *Germania*, & *Dania* defunctus est, requieuisset, postmodum cum provinciæ socio Guilielmo *Parsono* Equite Aurato vices Proregis in *Hibernia*, amoto *Stafforda* Comite, obivit, sub titulo Justiarij *Hiberniæ*, majori virtutis fama, quam sibi & suis consulturus de re familiari amamplianda, ut qui tam divitiarum contemptor, quàm fortitudinis, & veræ pietatis cultor. Isque pari famæ integritate ab obitum usque summam præfecturam æneorum tormentorum in *Hibernia* sustinuit. Per maternam *Ishamiorum* in *Northamtonia* originem, sanguine annexus erat vetustissimæ, & nobilissimæ familiæ Comitum *Oxoniensium*, quos Heroicarum virtutum, & sanguinis juxta cognatione, contingebat.

Ibidem lin. 27. *Portat unam barram nigram, in campo aureo*]

Familia *BOND* cognominata pervetusta, & equestris, *Fasciam auream in clypeo furvo*, gestabat; è qua oriũdus Dionisius *Bond*, quem honoris causa nomino, ei enim hæc studia plurimum debent.

Pag. 42. lin. 16. *Portat de Auro, & Azoreo, scaccariatim*]

Guilielmi de WARRENNA, quem Guilielmus RVFVS Rex Angliæ cum Comitis honore Surriæ primùm præfecit, insignia erant, Scutum aureum, cæruleo interstinctum. Hæc Camdenus.

Monumen-



Monumentum hoc ad auſtrum in choro Eccleſiæ Cathedralis Worceſtriæ poſitum, in marmore ſumma arte exciſum, ob antiquitatem (cum ab Henrici tertij temporibus duraverit, quod ex habitu iſtius Dominæ, aliaque ſculptura facile collegimus) hunc locum meruit. Paterno genere ex familia *Verdonorum* fuit, & coniux cujuſdam Comitis Surriæ, è *Warrennis*; veſtis enim interior *Verdonorum* habet inſignia, exterior *Warrenorũ*. Per quem morem ortum, & conjugia Heroinæ olim exprimebant. Nec vetuſtius uſquam temere reperias, itaque hujus loci merito eſt.

IN HENRICUM SPELMANNUM NOTÆ.


Pag 40. lin. 32. *Hinc multis, nec ignobilibus, familiis ſua defuere inſignia, etiam uſq; Henrici ſexti ætatem, ut videre eſt in Haſtingiarum cum Ruthino Barone litium formulis, in quas juratus quidam è ſtirpe nobili reſpondit nihil ſibi inſignium accidiſſe, quia nec ipſe, nec*

nec Majores sui in bellum unquam descendissent.]

Lis illa, de titulo gestandorum Insignium Domini de *Hastings*, Comitis Pembrochiæ, paulo antea defuncti, *Manicæ*, nempe, *puniceæ*, *in clypeo aureo*, coorta est inter Reginaldum de *Grey* Dominum de *Ruthen*, *Actorem*, & Edvardum de *Hastings* Equitem, *Partem ream*, quæ cum temporibus Richardi secundi agi esset incepta, anno undecimo Henrici quarti super ea re latum est judicium; verùm, provocatione ad Regem factâ, temporibus Henrici sexti adhuc in Curia pendebat. Quam nos ex Jurisconsultorum argumentis, causæq; testimoniis, quæ in libro Ms. satis amplo, ad Comitem Cantianum, à modo memorato Reginaldo oriundû, pertinente, & qui nunc in Summi Viri Johannis Seldeni bibliotheca habetur, exaravimus: nec non ex variis chartis, rotulisque membraneis, tunc temporis exaratis (quæ quidem ipsa sunt protographa) quas nobiscum communicavit Hamo *Le Strange* Equestris Ordinis Vir, & Baronettus, nuper fato functus: et habet nunc penes se Nicholaus *Le Strange*, Eques pariter & Baronettus, ejus filius & heres, ab Edwardo *Hastings* genus ducens.

Baro de *Grey* ad hunc modum titulum suum asseruit.

Primò, jure majorum, legitimaque & hereditaria successione, ut qui esset Johannis Comitis Pembrochiæ, fato apud *Woodstocke* functi, per fœminas, heres proximus: quod ut palam omnibus fieret, suum Stemma commonstravit, ut hic habetur.



Secundò, restitutione & *libertatione* Dominij, & omnium terrarum ad prædictos Dominos de *Hastings* pertinentium, quæ prædicto Reginaldo *Actori* post mortem ipsius Domini Johannis facta fuerat, qui sub tutela Regis Richardi secundi mortem obiit: qua facta *liberatione* Insignia sibi, aiebat, accedere, ut partem *liberationis*, hereditati inherentem, eique annexam & ab ea indivisibilem.


Tertiò, continuatâ possessione: Quod nimirum de facto post liberationem, & possessionem hereditatis, Dominij, terrarumq; prædicti Dominij de *Hastings*, ejus insignia gestasset.

Adeoque conquerebatur quod Dominus Edvardus *Hastings* injuste istam Scuti tesseram usurpasset, ejusque gestatione eum prohiberi, at sibi soli adjudicari orabat.

Gestationem Insignium Edvardus Dominus *Hastings* vindicat, & defendit: Primò, jure Majorum, & successione legitima, & hereditaria; utpote qui heres sit nominis *Hastingij*, & ejusdem Johannis Comitis *Pembrochiæ* nuper defuncti, heres masculus: & *Actorem* asserit jus tantum habere à latere materno & fœmineo, ideoq; titulum habere suo remotiorem.

Secundò

Secundò, jure & more gestationis insignium. Quo jure & dominium & insignia *Hastingorum* sibi aiebat deberi, ut qui legitimus esset heres masculus nominis *Hastingij*, perpetuo stemmate. Quod ut confirmaret, stemma hoc proposuit



Tertiò, quod sanguini, nomini, & heredi masculo insignia debeantur, quæ nec ab agris, nec à liberatione dependeant

Quartò, quantumlibet insignia agrorum possessionem sequantur, ipse tamen ea debuerit gestare, eo quod isti agri, aut eorum maxima pars, nunc ad *defendētem* jure devoluta fierit cartas licet & tabulas id probantes *Actor*, & cum eo confederati subduxrant: aut potius ad Guilielmum *Beauchamp* qui istos agros (injuste quamvis quæsitos) jam possidet.

Quintò, quod restitutio, aut liberatio terrarum, frustra, & per errorem facta sit, cum ipse, & frater ipsius natu major infra ætatem essent, nec pro eis quisquam compareret qui causam eorum ageret, eòq; magis quod liberatio illa facta esset salvo jure cujusque.

Sextò quod si secundum Jus Commune Anglorum ista liberatio bona sit, Jus tamen illud Commune non debuerit locum habere in curia Constabularij & Marescalli, nec admisceri, aut confundi cum legibus aut institutis istius Curiæ.

Denique se non decessurum à probatione juris sui per corpus suum, viva voce coram affirmavit, & quædam verba ad Monomachiam Provocantia palam locutus est, quibus ut *Actor* ipse eodem modo responderet petiit, & Chartam sua manu scriptam, insigniumque suorum sigillo obsignatam, *Actorem* appellans, Curiæ intulit.

Titulum Defendentis Dominus de *Grey* partim admittebat, partim evitabat, fatendo eum sanguine quidem ortum Domini Joannis de *Hastings* prædicti, sed utique dimidiato. Nam cum haberet, inquit, Joannes Dominus de *Hastings*, à quo uterque originem ducimus, binas uxores, Isabellam, nempe, de *Valencia*, primam, ex qua Ioannem secundum, & Elizabetham, Actoris aviam, tantummodo suscepit, alteram, Isabellam *Despenser*, ex qua genuit Hugonem de *Hastings*

ings Defendentis proavum ; tamen quia Joannes ſecundus filius Joannis primi & Iſabellæ de *Valencia*, & ejus heredes Inſignia & hereditatem Ioannis primi, actu poſſediſſent,illique nullis relictis heredibus objiſſent,inſignia,hereditatemq; potius ad Elizabetham integri ſanguinis heredem,ejuſque heredes, defendere debere affirmabat, quam ad Hugonem fratrem Ioannis ſecundi, ex ſecundo ventre natum, qui ex demidiato tantum primi Ioannis ſanguine eſſe credendus eſt, quemadmodum in prædicto ſtemmate *Actor* exhibuerat.

Liberationem juſtam eſſe aſſerit ; pernegat de ſubductione Chartarum ſe quicquam ſcire,aut ullum ſcriptum fraude ſuſtuliſſe.

Defendens ſe nihil ad ea reſponſurum conſtanter affirmavit, niſi prius Chartæ, quam ille Curiæ obtulerat, manu ſua ſcriptam,& ſuorum inſignium ſigillo obſignatam, reſpondiſſet : & ſuper ea re aliud ſcriptum in Curia dedit.

Quibus lectis *Actor* viva voce reſpondit, *Defendentem falsò mentiri, chartularum contenta falſa eſſe, cujus rei veritatem, prout Curia ordinaret, ipſe vitæ ſuæ periculo eſſet comprobaturus* ideoque, provocationis pignus, chirothecam dejecit. Defendens etiam palam reſpondit, *Illum falsò mentiri, & ea quæ allegaſſet vera eſſe & ea ſe vitæ periculo confirmaturum*,& chirothecam projecit.

Unde ex tota litis conteſtatione, duæ quæſtiones ortæ ſunt, & utræque de facto. Prima criminalis,eò quod lis de ſcriptis fraude ſublatis intendebatur.

Altera civilis,viz.Num Defendens ejuſq; majores,prolis maſculi nominis *Haſtingiorum*, ex dimidiato tantum ſanguine eſſent Domini de *Haſtings*, Comitis *Pembrochiæ* nuper fato functi ; quam rem, cum *Actor* potiſſimum urgeret, ut Curiæ probaret Defendens obnoxiè petiit.

Sed criminali Defendens præcipue inſtitit,orans obteſtanſque ut,juxta legem,moremque Curiæ ſe prius ſuper ea re audirent, judiciumque ferrent, obtulitque iterum ſe armato corpore cum adverſario dimicaturum. Sed cùm hoc Curia non ſineret, ad *Commiſſarios rem detulere*, & certos utrinque elegerunt, qui ex teſtibus veritatem elicerent, & teſtimoniorum omne genus tam in criminalibus quam civilibus reciperent ; ſed in ijs obiter, & tantum ad informandum conſcientiam.

Publicatis juratorum teſtimoniis, aliiſque probationibus, ſumma rerum utrinque confirmatarum huc recidit. Primùm ex parte *Actoris*, ut evinceretur proximus heres Iohannis de *Haſtings* nuper defuncti, & ex ſanguine integro. Et hoc probare aggreſſi ſunt *Inquiſitionibus* captis *per Breve de Diem clauſit extremum, & Liberationibus* terrarum, in tabulas publicas relatis. Præterea ex antiquis monumentis, chartiſque manu ſcriptis variis, Martyrologijs, Archivis, Regiſtriſque, quæ in Cœnobiis ſupererant:

Tertiò, viva voce teſtium ; qui audiviſſent quidem, & obſcuram quandam notitiam habebant rerum, ſed tantum ad Laurentium memoria penetrare potuerunt ; qui, uti utraque pars convenit, Julianam de *Leibourne* uxorem duxerat.Et hoc de teſtibus illis memoratu dignum eſt, cùm ab illis unde hoc illis conſtaret quereretur : *Actor*, inquiebant illi,*ex integro ſanguine eſt, & heres proximus, eò quod terras liberatione accepiſſet, & accepiſſe liberationem terrarum eò quod ex integro ſanguine eſſet, & hæres proximus.*

Quartò, genealogiis: & fuiſſe tantum duos Iohannes ante Laurentium,quorum prior duas habuiſſet uxores,quod argumentis ex ipſa Proſapiæ ſerie ductis,ab inquiſitionibus,tabulis publicis,& ſcriptis antiquis ductis ſatis apparebat:ex teſtibus, etiam ex rumore ; præterea ex eorum teſtimonio, quibus Iohannes, Laurentij pater notus eſſet. Quorum tamen teſtimonio ad hanc litem dirimendam non nihil antiquitatis deerat.

Quintò ex ore Comitiſſæ *Norfolciæ*, quæ Comitis Pembrochiæ ultimi avia fuerat,ex eo, & ex Comite Pembrochiæ qui in itinere marino captus fuerat, quorum uterque *Actorem* (modo ille Comes diem ſine prole obiret) proximum heredem declaravere, & deſignavere.

Sextò, voce populi, & fama.

Manifestum etiam reddere enitebatur Iohannem fratrem Elizabethæ, quæ Rogero de *Grey* nupsit, hereditate prius possessa & occupata, diem suum obijsse: quo facto, Elizabetha, possessione fratris, titulum haberet: que res lege Angliæ necessaria est ut soror ex integro sanguine sit heres. Legis enim regula hæc est, *Possessio fratris de feodo simplici facit sororem esse heredem*: & hoc factum est, per testem qui se hoc rumore accepisse, aiebat; & per *Herveum* quendam, qui hoc se vidisse in tabulis publicis affirmabat. Per multos quoq; confirmatum est (quantum tamen illis videbatur) ad *Actorem* pertinere insignia, eo quod in terrarum possessione per *liberationem* esset.

Interea scitu dignum est, quod per quæsita quæ, *Actoris* testes illaqueantia, Defendens proposuit, palam factum est quod *Actoris* pene omnes testes (sic enim fassi sunt) aut illi affines, aut servire illi, aut *Beauchampio*, vel eis aliquo modo esse obnoxios. Quod *Actor* & *Beuchampius* ad mutuam defensionem in hac caussa conjurassent. Quod *Liberatio* illla facta sit, *Actori* durante minoritate Defendentis & fratris sui, & fraude Ducis Lancastriæ, eorum Tutoris.

Quod Defendēts Majores omnes, Hugones dicti, ista insignia gestarint cū lambella argentea tricuspide. Quod ejusmodi lambella esset nota proximi heredis. Quod *Actor*, *Beuchampius*, & eorum amici multa Defendentis scripta fraude sustulissent; arcam, inquit quidam, istorum plenam; alius quot rhedâ poterant componi, inter quæ multæ erant genealogiarum deductiones, & alia monumenta.

Nec parum ad negotium præsens conferet, si paulum observemus qui mos, quodnam institutum fuerit istorum temporum in gestandis insignibus, & quales in hujusmodi litibus testes desiderabantur.

Illaqueantium igitur questionum una, quam testibus *Actoris* omnibus proposuit Defendens, hæc erat, nempe. Num genere nobilis esset? num gestaret insignia? quos reditus haberet? Questioni de Nobilitate, quidam, ex iis quos Armigeros appellarant, se quidem genere Nobili affirmabant oriūdos, verùm eò quod castra illi, nec eorum majores essēnt secuti, se tesserarum gestationem susque deque habuisse. Et inter illos unus, cui nomen Iohanni *Edom*, se genere quidem nobilem non esse fassus est, tesseram tamen scutariam, quæ illi, presente illo Comite Pembrochiæ, qui super mari captus fuit, data esset, habere, sed illius descriptionem non tenere, eò quod novem & viginti annis elapsis eam non vidisset.

Iurarunt etiam quidam Comitem *Pembrochianum*, quem captum fuisse supra diximus, tanto odio *Actoris* patrem fuisse prosequutum, ut *Beuchampio* terras suas assignaret, ea lege ut nomen & titulum Comitis *Pembrochiæ*, & insignia assumeret. Moris quoque fuisse insignia hæc in gladiorum capulis cælata habere. Quod ante tempora Edvardi III. Lambella tricuspide moris fuit proximos heredes denotare; sed Rex ille omnibus suis filijs cum lambella (factâ tamen aliqua in lambellis differentiâ) insignia gestare permisit, excepto solummodo Duce Gloverniæ, qui suam tesseram cum limbo gestavit.

Testimonia ex parte Defendentis potissimum laborabant ut ostenderent eum esse ex sanguine integro IohannisDomini Hastings, Comitis Pembrochiæ nuper defuncti. Et hoc fiebat Inquisitionibus captis post mortem Comitis Iohannis ultimo mortui, & Annæ uxoris suæ, & post mortem Mariæ de *St. Paulo* quæ uxor fuit Adomari de *Valencia*, quibus compertum erat Hugonem fratrem Defendentis natu majorem consanguineum esse & heredem proximum prædicti Iohannis filij Iohannis: viz. filium Hugonis, filij Hugonis, fratris Iohannis, patris Laurentij, patris Iohannis, patris Iohannis qui ultimo obiit. Atque eadem inquisitio pro Defendente capta fuit, illo licet nihil attendente, & in ejus ab entia.

Ordine prosapiæ quam Defendens produxit, qua planùm factùm erat, ante Laurentium tres Iohanes fuisse, quorum primus duas uxores non habuit: & hoc ex ipso stemmate satis apparebat, cujus verum exemplar Dominus de *Morley* in manibus Episcopi Norwicensis viderat.

Et hoc etiam satis magno argumento ex tabulis publicis desumpto, nempe, Quod

Quod Adomarus de Valencia ante fororem fuam objiffet, & quod primus Iohannes de *Haftings* ante Ifabellam uxorem fuam, quæ foror fuit Adomari, fato functum fuiffet: non igitur ille potuit Ifabellam Defpenfer, fecundam uxorem, ducere. Quod, ut clarius fiat, apparet, & fic ab actore conceffum eft, Iohannem de *Haftings* qui uxorem duxit Ifabellam de *Valencia* mortuum 6. E. 2. Hoc infuper fatetur, Adomarum non fato functum fuiffe ufque ad ejufdem Regis annum feptimum decimum, quod Inquifitionibus poft eorum mortes captis confirmatum eft. Et jurifconfulti, à partibus *Actoris*, ipfi fatebantur, poft mortem Adomari, ejus hereditatem ad duas ipfius forores fuiffe devolutam, nec non hereditatem, quam ex morte fratris prædicta Ifabella acceperat, jure illam in morte fua filio fuo reliquiffe: Idq; *Harvæum* Actori à confiliis de tabulis publicis legiffe. Iohannem igitur de *Haftings* annis undecim ante Adomarum mortuum fuiffe, & Adomarum ante fororem fuam Ifabellam, quæ vxor prima Iohannis fuerat, deceffiffe, fic ut præter Ifabellam neminem poffet uxorem ducere.

Verùm hoc argumento demum allato, tam appofito, perfpicuifque adeo teftimoniis confirmato, *Actor*, publicatis teftium teftimoniis, & poft exceptiones teftibus & teftimoniis utrinque exhibitas, cumq; caufa jam parata effe judicio, Libellum per modum revocationis errorum Curiæ exhibuit; fed in hoc uno fe deceptum profitebatur, nempe cum dixiffet Adomaro, qui duas habuit forores Ifabellam & Ioannam, mortuo, ejus hereditatem ad forores fuas fuiffe devolutam, & quod poftea Ifabella, Johanni de Haftings nupfiffet, fe jam revera compertum habere quod Ifabella ante fratrem Adomarum diem fuum objiffet, & quod Adomarus fororibus fuis fuperftes fuiffet: adeoque quoniam ejus declaratio falfa fuit & erronea, & fuæ cauffæ obnoxia, eam fe jam revocare. Suorum tamen teftium major pars, ftemma ab eo propofitum juramentis confirmaverat.

Nihilominus id in rem *Actoris* fecit maxime. Teftes enim idem qui prius ftemmatis ab eo propofiti veritatem jurati affirmarant, nimirum quod Adomarus ante forores fuas occubuiffet, & ad eas illius perveniffet hereditas; duo, inquam, Harvæus, & Styveclius, Apprenticij Iuris, jurarunt Ifabellam quarto die Octobris oppetiiffe anno 1305. circa trigefimum tertium Edvardi I. ut in *Mortilogio* & *Datario* Fratrum Minorum *Coventriæ* cernere erat. At illi ipfi prius juraverant Iohannem de *Haftings* objiffe 6. E. 2. & Adomarum 17. ejufdem Regis: unde, computatione facta, neceffe eft Ifabellam plurimis annis ante fratrem fupremum diem objiffe.

Sed ut his etiam refponderet *Defendēs*, per Commiffarios aliofq; qui in Concilio erant, quibus hæc *Mortilogia* in rei teftimonium oftendebantur, planum fecit, his merito fufpicionem fraudis ineffe; nuper enim exarata fuiffe & conficta; ac præterea *in Theologia Magiftrum*, aliofque iftius ædis fratres ad eum veniffe dixit, ut iis veniam daret obnixe rogantes, caufantes hæc non debere fraudi effe Conventui, nec Ordini eorum; neque enim adeo pronum, aiebant, nobis effe prohibere iftjufmodi injurias, cùm Dominus de *Grey* tam potens in propinquo fit. Et fic confictum illud Mortilogium amotum eft.

Cùm Dux Eboracenfis, qui tunc temporis in vivis erat, audiviffet quod liberatio terrarum ad *Haftingorum* familiam pertinentium, *Actori* effet facta, mirari fefe aiebat; eò quod Patrem fuum Edvardum III. aliofque rerum gnaros fæpe audiviffet dicentes, fi fine liberis Comes Pembrochiæ mortuus fuiffet, Hugonem de *Haftings* heredem ejus futurum.

Denique juravit quidam Apprentitius juris *Beauchampio* à confiliis, quod liberatione terrarum *Actori* nondum factâ, & cùm inter *Actorem* & *Beauchampium* fuper hereditate Comitis Pembrochiæ lis effet, omnibus fuis Jurifconfultis in prandium in domo fua (quæ tum in platea titulo *Patris noftri* infignita erat) convocatis, viz. *Roberto Charlton Juftitiario*, *Guilielmo Pinchbecke*, *Guilielmo Brenchly*, *Joanne Catefby* & aliis Jurifperitis, finito prandio Beauchampium in capellam fuam feceffiffe, indeq; paulo poft rediiffe, velut irâ commotum, & Jurifconfultorum fingulis aureum projeciffe in menfam, ac dixiffe. *Quefo ego vos, Domini, mihi fine*

mora enarrare ſiquid mihi juris titulique ſit, in Dominium, terraſq; Haſtingiorum. Conticuere omnes, veriti ne *Beauchampius* eos ſuſpectos haberet, tandem *Pinchbeckius, Nemo,* inquit, *hîc, vel in Anglia eſt, qui te aliquod jus habere in illis terris dicere audebit, niſi prius Haſtingij tibi de ſuo jure decedunt.* At cum illi id temporis infra ætatem eſſent, eorum conceſſionem nihil profuturam conſideratum eſt.

Actorem pecunia corrupiſſe Vicecomites, Subvicecomites, Eſcheatores, Juratores, & multos alios palam factum eſt.

Hæc ſunt pleraque eorum quæ teſtibus utrinque comprobata fuere. Deinde utraque pars de teſtibus, teſtimoniis invalidis ad Curiam retulit generatim & ſed ſuper his nihil magni decretum eſt. Hoc ſolummodo obiter annotemus, quod inter teſtimonia ex ſcriptis deſumpta, unum Officialis manu exaratum, & ab eo à Domina *de la Mare* acceptum, productum eſt: cui *Defendens* objecit quod id teſtimonium à non Judice receptum erat; prætetea quod fœminæ teſtimonium in cauſſis inſignium recipi non deberet.

Deniq; dies ad audiendam ſententiam utrique data eſt; & Judices *Defendenti* hiſce verbis præfati ſunt: *Quoniam Actor in ſtemmate ſuo propoſito dixiſſet Johannem de Haſtings filium Henrici uxorem duxiſſe Iſabellam de Valencia, ex qua genuiſſet Johannem & Elizabetham, quæ Elizabetha Rogero de Grey nupſiſſet, unde genus ſuum ACTOR ducebat, cui rei ille fuiſſet aſſenſus, ab eo igitur querere, ecquid jam haberet, cujus Judex præmonitus, judicium pro Actore non daret.* Quibus reſpondit, *Se negare nolle Actorem ab Elizabetha filia Johannis & Iſabellæ de Valencia genus ducere; nihilominus,* aiebat, *Actorem fateri ipſum quoque à fratre iſtius Elizabethæ eſſe oriundum; atq; ita ſtirpem maſculam omni jure fœmineæ eſſe præferendam, niſi cauſa inſignis intercederet: quod verò Actor cauſam demidiati ſanguinis à ſe allatam non probaverit, omnibus manifeſtum eſſe, eum causâ cecidiſſe.*

Defendēs etiam orabat ut criminalia prius diſcuterent (de chartarum nempe expilatione) quibus maximam lucem ſibi in jure ſuo defendendo dari potuiſſe aiebat. Sed cum ad hæc Curia nihil reſponderet, chartam obtulit, qua ad Regem provocavit. Qua licet ſuſcepta Judices nihilominus perſtabant judicium ferre. Sed legente ſententiam judice, quamvis juſſus manere, Curiâ exceſſit. Tum, orante *Actore*, Judex in legenda ſententia uſque ad finem perſtitit: dein *Actori* tempus exhibendis impenſis dedit.

Hoc Iudicium nono Maij, anno H. IV. undecimo, latùm eſt.

In hoc ſtatu rerum quievit hæc controverſia uſque ad menſem Februarij anno H.V. quarto, quo tempore dies dicta *Defendenti*, ut comperaret, & cauſam diceret, quare impenſarum ſumma, ſecundum Curiæ ſententiam, non decerneretur. Comparuit ille, poſt aliquot dies per Attornatum ſuum & dixit, ſe à criminalibus, & provocatione ſua non receſſurum. Et Attornatus hanc cauſam attulit: Quod *Defendens* ab injuſta iſtius Curiæ ſententia ad H. IV. provocaſſet, & provocationem ſuam ſecundum jus proſequutus fuiſſet, & quod omni modo nixus fuiſſet provocationem ſuam & litem ad judicium ultimum perducere, qnod nihilominus illa adhuc penderet: qua de cauſa quod in Curiam non conveniret ſibi condonari orabat, & ut judices de ſententia ulterius ferenda ſuperſederent. Nihilominus Curia impenſas ad *Nongintas & ſeptengintas libras, decem ſolidos, totidem denarios, obolum cum quadrante decrevit.* Et tunc *Actor* ſuper Evangelia juravit ſe hanc ſummam, & mille amplius marcas liti impendiſſe. Tunc Judex *Defendentis* corpus Mareſcallo dedit cuſtodiendum.

Hoc, in hac lite, de teſtibus memorabile omitti non debet, nempe quod pene omnes *Actor* habebat affinitate vel alio vinculo ſibi obnoxios, *Defendens* ne unum quidem, ſed ad minimum Equeſtris Ordinis Viros quindecim, nominis præclari omnes, *Actor* ne unum quidem Equitem excepto Guilielmo *Hoo*, quem etiam *Defendens* protulit.

Feret quod volet judicium de his æquus Lector, ſunt enim ex Ms. ad ipſum Actorem olim pertinente fideliter exarata.

Fortaſſe

Fortaſſe non abs re fuerit commonſtrare quid animi in hac ſententia *Defendens* ipſe habuerit, cujus verba ad Thomam *Bartonum* hæc ſunt.

Hoc Thomæ Bartono ſignificari velim, quod cùm quidam è ſervis Reginaldi Grey Domini de RUTHEN illi denunciaverint, quod ſi me fortè velim Domini Reginaldi fidei & miſericordiæ committere, me mulctâ abſolutum, & carcere liberatum iri. Deo habeo gratiam, & Greio, quod hoc illi placuerit. Verum enimvero adeo Grei pectus à Deo commotum iri confido, ut ſecum expendat quæ ſint cœli ſolatia, & quæ inferorum pœnæ, & num iure me incarceratum detineat vel injuria. At niſi ſe citò mihi meliorem exhibeat Deum obteſtor, ut ex ſuo Tribunali nobis judicium ferat, cùm corpora noſtra animæ dereliquerint. Nam ſibi ſatis conſcius eſt, & certo die bene ſciet, cùm è corpore ſuo animus migraverit, num me ipſius Dominatio, poteſtas, & divitiæ incarceratum teneant, an jus, fas, & ratio. Scietque quam longo tempore me inſontem detinuerit, dum chariſſima uxor, liberi, & ſervorum multi perierint, &c.

Poſtea multoties inter eos de pace actum eſt, viz. inter Reginaldum prædictum & *Defendentem*, inter eum & Johannem de *Grey* Equitem filium *Actoris*.

Ut *Defendentis* filius, *Actoris* filiam uxorem duceret.

Ut jure, nomine & Inſignibus *Haſtingiorum* decederet, & alter mulctam tolleret. Reſpondet, *ſe jure ſuo nunquam deceſſurum propter falſam ſententiam judicibus à Patre tuo* (ad Johannem *Grey* ſermonem dirigens) *pecuniâ corruptis*

Sed Haſtingius velle ſe aiebat filium ſuum & heredem Johannem *Haſtings* filiæ Reginaldi *Grey* matrimonio conjungere, iiſque, & eorum heredibus, nomine, titulo, & inſignibus Haſtingiorum cedere. *Nam ſe non dubitare*, aiebat, *quin manifeſtum facere poſſit, quod jus, titulusq́ue, quem habuiſſent ipſius Pater, Fraterq́ue ad eum deſcendiſſet. Quod jus ſanguinis, tituli, & hereditatis, quiqunq́ue de mea ſtirpe mecum nolit repetere, & vindicare; maledictionem Dei, & meam poſſideat.*

Cum hæc parum aut nihil promoviſſent, Edwardus Haſtings ſupplicavit *Omnibus Venerandis, bonis, & benignis Dominis, Ut longam ſuam, duram, & gravem incarcerationem expenderent, à menſe Maio, Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſſimo quadringenteſſimo decimo ſeptimo, uſque ad diem Januarij nonum, Anno Milleſſimo quadringenteſſimo triceſſimo tertio & ut perpenderent quemadmodum, illuſtris Comes de Huntingdon ad eundem Edwardum veniſſet, illi ſuadens ut finem faceret litis cum Reginaldo, quodq́ue prædictus Edvardus reſpondiſſet, velle ſe quovis modo cum eo finem facere modo filius ipſius Johannes Haſtings uxorem duceret filiam Reginaldi, tunc ſe filio ſuo remiſſurum titulum hereditatis, & portationem inſignium, quam prædictus habet Edwardus poſt mortem fratris ſui Hugonis, qui Iohannis Comitis Pembrochiæ heres fuit, uti ſatis conſtat ortu, ſanguine, ſtemmatibus, nec non inquiſitionibus captis coram diverſis Eſchaetoribus, etiam confeſſione Duciſſæ Norfolkſiæ, quæ avia fuit Comitis Pembrochiæ ad Woodſtoke occiſi; Nimirum quod ſupradicta Duciſſa dixerit, Comitem Pembrochiæ Hugonem prædicti Edwardi patrem oraſſe, ut quoniam conſanguineus eſſet & heres proximus, eum familiæ honorem tribuerit, ut inſignia familiæ, MANICAM, nimirum, RUBRAM, IN VEXILLO AUREO geſtaret, cùm in Hiſpaniam cum Johanne Rege Caſtellæ proficiſceretur. Quæ Arma ille geſtans, ad Villam Novam in Hiſpania obiit. Nec ita multo poſt ſine heredibus mortuus eſt Comes Pembrochiæ. Quo defuncto Hugo Haſtings, ex iure patris Hugonis inſignia aſſumpſit. Qui cùm Cateti ſepeliretur, Reges Angliæ, & Franciæ, unà cum utriusq́ue Regni Proceribus, in Nuptiis Iſabellæ Reginæ obtulerunt, & inſignia, cum caſſide, oſſibus illius impoſuere. Reſpondit Comes de Huntingdon, nihil eſſe quod de nuptiis loqueretur, verum id dignaretur Reginaldo alium titulum concedere. Reſpondet Edwardus, ſe illi nullum alium titulum remiſſurum, nec ſuper ullâ alia re cum eo tranſigere velle, nec nummum, vel in ipſa morte, ſoluturum. Reſpondit Comes, Eum igitur certo moriturum, atq́ue ita deceſſit.*

Et poſtea quam Johannes filius Reginaldi de Grey Comitis ſororem in uxorem duxiſſet, Comes ſubito Edwardum in carcere ferreis onuſtum catenis aſſervari juſſit, inter traditores, fures, & damnatos, qui datis vadibus liberi ambulabant, cum interim

Digni-

Dignitas Equestris, & sanguis despectui & contemptui haberentur.

Quocirca ut sponsor pro illo sisteretur orabat, nec jam senio urgente *carcere interficiretur.*

Etiam & Regi in Parlamento supplicem obtulit libellum.

Interea Rex Henric s V. bello in Gallia gerendo occupatus, super ipsius provocatione, & petitione decernere non potuit. Sed Rege demum reverso, alteram ei petitionem obtulit.

Rex verò denuo in Galliam proficiscens, Episcopo Wintoniensi, & quibusdam aliis qui Regi à Consilijs erant, rem commisit.

Sed mortuo Hen. V. in provocationis negotio nihil erat determinatum, partim quod actus & processus Curiæ Militaris non inveniri possent, & Cartæ tabulæque ipsius Edwardi *Hastings* ab Henrico *Chichley* Archiepiscopo Cantuariensi interceptæ fuerant.

In Dei nomine, Amen. Per præsens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter; quod Anno ab Incarnatione Domini secundum cursum & computationem Ecclesiæ Anglicanæ millesimo quadragintesimo vicesimo tertio, Indictione secunda Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Martini Divina *providentiâ Papæ quinti anno septimo, mensis Februarij die vicesima septima; In quadam camera vulgariter nuncupata* le Counsel Chaimbre *infra palatium Regium Westmond. scituat; In mei notarij publici & testium subscriptorum præsentia constitutus personaliter nobilis vir Edwardus dictus Dominus de Hastyngs ut asseruit Eboras. Diocess. quendam Johannem Brigge super materia certorum munimentorum dictum Dominum Edwardum, Dominum de Hastings, & Reginaldum Dominum de Grey & Ruthyn ut asseritur concernentium, extitit allocutus sub hac forma: Numquid idem Johannes Brygge sciens erat aliquid de hujusmodi monumentis, & ubi fuerant in custodia? Qui quidem Johannes Brigge per viam confessationis, taliter respondebat, quod mense Novembris anno regni Regis Henrici sexti primo, magister meus Johannes Euderby venit ad mansionem circumspecti viri magistri Johannis Stafford, pro tunc ut asseruit, Thesaurarij Angliæ pro munimentis supradictis babendis, ubi tunc contigit Reverendissimum in* Christo *patrem & Dominum Henricum Dei gratia Cantuariensem Archiepiscopum tunc venire, & prædictum Iohannem Enderby Magistrum meum taliter extitit allocutus; Quid habes tu facere in hiis partibus? scito namque pro eo quod tu in materia Ecclesiæ de Bykkelswade fuisti adversarius secundum posse tuum, quod ego te secundum posse mei impediam ne ad propositum devenias praoptatum; quia nunc es ibi ubi te impedire possum si voluero. Cui Magister meus, Reverende Domine si vobis placuerit me juvare in proposito meo præconcepto ita qnod imposterum, eque vestra dominatio non sit michi gravata per offensam, totum jus, necnon & sectam quam prætendi in Ecclesia de Bykkelswade prædicta, tota[illegible] & realiter cessabo ammodo nullatenus prosecuturus pro eadem. Cui Dominus [illegible] tuariensis, si hoc facias quod promiseris te juvabo ut pro nunc habeas quod intendis; unde pro tunc temporis ad rogatum dicti Domini Cantuariensis prædicta munimenta à quadam camera prædicti thesaurarij in quadam mantica fuerunt allata, & prædicto domino Iohanni Enderby Magistro meo liberata: quam quidem manticam cum munimentis prædictis, prædictus Magister meus tradidit michi servo suo ad suum hos[illegible] m[illegible] suam cameram deportandam; ubi prædictam manticam cum munimentis posuit in quadam cista, salvo custodiendam. Et deinde fecit me servum suum, & alium hominem pro duodecim denariis conductum, prædictam cistam ad hospitium prædicti domini de Grey deportare; ac fenestras & hostia propriis suis manibus clausit, Dicens ipsum nolle pro magna quantitate pecuniæ prædicta munimenta auferri, vel quomodo libet adportari. Quia dixit quod munimenta in mantica prædicta contenta pertinebant tam domino de Hastings quam Domino de Grey prædictis de placitis inter eosdem habitis. Et quod dictus dominus de Grey cum toto consilio suo per terminum quatuordecim annorum & amplius cum eorum tota diligentia prosecuti fuerunt eadem munimenta perquirere, & nunquam adquirere potuerunt usque ad istud tempus: Asserens michi servo suo ipsum pro prædictis centum marcas perdidisse, & me suum servum*

centum

centum solidos pro eisdem. Imposterum namque fatebatur præfatus Iohannes Brigge prædictum Magistrum suum venisse in præsentiam prædicti domini de Grey; Cui prædictus dominus taliter locutus fuit; Iohannes Enderby bene venisti, & Deo laudes quia tu bene expedivisti: Cui Iohannes Enderby, Domine bene in materia vestra expedivi; sed pro vobis in propria persona male expedivi, quia centum marcas perdidi amore vestro, in materia Ecclesiæ de Bykkeleswade prædicta. Cui prædictus dominus de Grey, pro me nullum pro certo patieris detrimentum pro eo quod prædicta munimenta habeo, quæ nollem amittere pro mille marcis & ultra. super qua confessione per dictum Iohannem Brigge facta præfatus Edwardus Dominus de Hastings examinator materiæ prædictæ, requisivit me Notarium publicum sibi conficere publicum instrumentum in juris communis evidentiam, & singulorum Christi fidelium notitiam manifestam. Acta sunt hæc prout supra scribuntur & recitantur sub anno, Indictione, Pontificatu, mense, die, & loco prædictis, præsentibus discretis viris Willielmo Dayuile; Henrico Dayuile; Iohanne Prene, Iohanne Doie, & Thoma Stanford literatis Eborum, Winton. & Norwycen. Dioces. testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

> *Et ego Willielmus Wright Cleric. Londin. Dioc. publicus auctoritate Apost. Notarius, præmissis omnibus & singulis, dum sic ut præmittitur, sub Anno Domini, Indict. Pontific., mense, die, & loco prædictis agerentur & fierent una cum prænominatis testibus præsens personaliter interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, scripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ac signo & nomine meis solitis & consuetis signavi, manuque mea propria me hîc scripsi rogatus specialiter & requesitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.*

Hæc caussa nullibi, quod sciam, post provocationem dijudicata est. Ultimus igitur hujus Tragediæ actus sit, quod Edwardus *Hastings* decimo septimo Henrici VI. anno moriens, nomen & titulum Domini de *Hastings* & *Stoteuile* ad ultimum vitæ diem retinuerit. Quod Inquisitione capta sexto die Novembris anno supra dicto, post mortem ejus, patet.

Pag. 49. lin. 22. *Postea tamen nonnulli, qui in Magnatum obsequium se tradidderant, è Patronorum symbolis sua etiam sortiti sunt, vel auxerunt; ut quatuor illi Armigeri Audlæi Baronis sub Edwardo tertio.*]

Johannes *Touchettus* Baro de *Audley* Johanni & Thomæ de *Mackworth* fratribus, quod illi & illorum Majores operam fortem & fidelem sibi & suis Majoribus præstitissent, anno 1404. Insignia, è *Touchetorum*; *Audleorumq;* clypeis composita permisit.

AUDLEY, de gueules, à vne frette d'or.

TOUCHET, d'hermines, au cheuron de gueules.

MACKWORTH, party dentellé de sable & d'hermines, au cheuron de gueules, fretté d'or.

Memorandum, multas tum familias fuisse satis celebres, qui quod bellis non interfuissent, insignia non habuerunt,

Hæc *Mackworthorum* familia semper deinceps summo in honore fuit. Pluribus fortasse de hac familia mihi quandoque erit differendum.

Johannes *Wellesborow*, anno vigesimo primo Richardi secundi, dedit sua insignia, *Tres, nempe, vacerras aureas, in clypeo puniceo, cum angulo nigro impresso echinatâ*

natâ calcarium molulâ, argenteâ, perforatâ, ſex echinis aſperâ, dedit, Thomæ *Purefoy.*

Non quod inſignibus antea deſtituti, iſta tulerunt, nam bina altera prius geſtarant.

Sachent toutz gentz que ſont en preſent, & que ſont à venir que Jeo Gernais de CLIFTON Chevalier aye donée grantée, & par ceſte ma preſente chartre confirmée à mon bien amé amy Richard de BEVERCOTES vn heaume, ceſt aſſouoir vn Tufte de Plume, la moite ceſt adire, par amont, de Plume noire, & l'autre moite, ceſt adire par aual de Plume blanche. A auoir & tener la dite heaume oue toutz apurtenantz à la avant dit Richard & ſes heires franchement bien & en pees à touts iourz. Et ieo l'auandit Gervais & mes heires l'auant dit heaume oue ſes appurtenantz à l'avant dit Richard & à ſes heires encontre toutz gentz garentirons à toutz iours, En teſmoignance de quele choſe à ceſt ma preſent chartre ay mis mon ſeal. Ceſtez gentz teſmoignes. Monſeur Iehan de Gray de Codinore, Monſeur Jehã de Loudhã, Mons. Ichan D'anneſley, Hugh D'anneſley, Richard de Biron, & altres. Donne à Clifton Lundy proſcheyn apres la feſte Seint Ambroſe l'an du regne noſtre Seigneur Le Roy Richard ſecund apres le Conqueſt D'Angleterre tierce.

Crux florida, Cyaneaque, ſuperimpoſita tricuſpide lambella, fuit *BEVIRCOTESEORUM.* Hanc quadrifariam cum avitis inſignibus geſtat *Wingfieldius Bodenham,* equeſtri loco natus. Antiqua & equeſtris familia *BODENHAMIORUM,* geſtat, *Tres roccas latrunculorum aureas, circa taniam ejuſdem metalli, in clypeo cyaneo.*

CLIFTON, de ſable, ſemé de quinteſeuilles, au lyon d'argent.

Ibidem lin. 26. *Nec crediderim Peytonorum familiam celebrem & antiquam in agro Suffolcienſi Symbolum ſuum Zebellinum Cruce imbricata aurea, aliunde fabricatum, quam ex Uffordorum Clypeo, Reguinculæ Comitum, penticono argenteo, priori quartæ, ad differentiam aſcripto.*]

Peitonij à *Peiton* Suffolciæ opidulo ubi diu inſederunt, nomen pro more ejus ſeculi deſumpſerunt: ejuſdem vero ſtirpis erant cum *Uffordiis*, agri ſupra memorati Comitibus,

Hujus antiquiſſimæ & equeſtris familiæ tibicen, & decus, genere & ſtudiis nobiliſſimus Dominus *Thomas Peitonus* Baronettus, cujus amicitia merito glorior.

PEYTON, de ſable, à la croix d'or engreſlée, & vn molette d'argent ſur le primier canton.

Pag. 67. lin. 4. *Effigiem è veteribus ſigillis expreſſimus.*]

Noſtro nullum hîc ponente ſigillum, hoc *Saeri de Quinci* Comitis Wintoniæ, qui temporibus Richardi I. & Johannis fratris ejus in vivis fuit, libuit inſerere.


Inſignium

Insignium explicationem nusquam invenimus. *Ejus filius*, uti seculi mos erat, relicto scuto paterno, *Septem rhombos aureos, in plinthidem perfossos, in clypeo puniceo* gestavit. Cujus Sigillum hîc proponere visum est.



Pag. 110. lin. 18. *Manicæ formam ex vetustis sigillis & monumentis restauravimus.*]

Quædam hujus nominis sigilla, nam ea rerum antiquarum studiosis non ingrata fore speramus, hîc habentur.







FINIS.

Errata graviora ſic emendentur,

IN *Epiſt. ad Lectorem, pag.* 1. *lin. ult. pomptius leg. promptius p.* 2. *l.* 21. *oſidio, obſidio. pag.* 3. *l.* 17. *duodecimus, duodecimo.* In Notis. *Pag.* 1. *lin.* 11. *Lituprandum, Luitprandum. pag.* 41. *lin.* 6. *repuantibus, reputantibus. ibid. l.* 8. *habitores, amabiliores. ib. l.* 17. *ad, eo. p.* 59. *lin.* 8. *dele ac. p.* 86. *l. ult. pariter aureo, argenteo. p.* 88. *l.* 15. *d'or, de gueules.*











EMBLEMS




GANG FORWARD
I AM READY

BERNARD M. ROSENTHAL, INC.

BOOKSELLERS

251 Post Street, San Francisco, California 94108

Telephone (415) 982-2219

UPTON, NICHOLAS, [d. 1551] De studio militari. IOHANNES DE BADO AUREO. Tractatus de armis, cum Francisco de Foveis. HENRICI SPELMANNI Aspilogia. Edoardo Bissaeus [= Edward Bysshe]. E codicibus Mss. primus publici juris fecit, notisque illustravit. Richly illustrated with hundreds of engravings and plates (details below). 31.2 cm, late 19th-cent. red morocco, back with bands and lettering of titles, gilt top, gilt arms of Stirling Maxwell on covers. London: Norton for Martin & Allestrye, 1654.

The only edition of these three works. Clearly, they were published as a unit, under a general title page (as transcribed above), but Wing records the three works separately. They are not recorded under the name of the herald Edward Bysshe (1615?-1679), general editor.

i: Wing U124. 259 pp. There are, altogether, c.150 engraved coats of arms, 2 engraved head-pieces, 2 initials and 1 tail-piece.

ii: Wing J244. 1 leaf, 45 pp. There are ab.64 engraved coats of arms.

iii: Wing S4919. 3 leaves, 142 pp. There is a fine full-page engraved frontispiece portrait of Sir Henry Spelman (1564?-1641), 2 engraved head-pieces and historiated initials, and ab.19 engravings.

iv: This section, Spelman's In Nicholam Uptonum notae, would logically belong at the end of the first text above. This detailed commentary is embellished with a head-piece, a large historiated initial, ab.33 engravings in the text (coins, scenes from ancient Roman history, portraits, coats of arms, seals, tombstones, reliefs, etc.) and two remarkable double-page engravings, with a total of 24 scenes, most of them illustrating ceremonials of knighting.

A very fine volume, from the distinguished library of William Stirling Maxwell, with the gilt arms on both covers and his large bookplate.